

sv. Robert Bellarmin

Sedm slov pronesených Kristem z kříže

latinsko-český text

Sv. Robert Bellarmin (1542–1621), kardinál a učitel Církve, je jedním z nejplodnějších katolických autorů novověku. Jedinečná duchaplnost, jež jeho dílo prostupuje, v sobě pojí obdivuhodnou genialitu s prostotou, vynikající učenost s jasností a názorností výkladu; prozíravost proroka s praktičností duchovního pastýře.

Toto své dílko *Sedm slov pronesených Kristem z kříže* (*De septem verbis a Christo in Cruce prolatis*) sepsal sv. Robert Bellarmin na podzim r. 1617 v rámci každoročních duchovních cvičení, při nichž se v posledních letech své pozemské pouti připravoval na vstup do nebeské vlasti. Poprvé pak knížka vyšla v Římě r. 1618. U každého ze sedmi Kristových slov z kříže – jak nám je podávají evangelisté – Bellarmin začíná stručnou biblickou exegezí a doplňuje několik rozjímání, zaměřených převážně na budování křesťanských ctností. Kromě sedmi slov si poměrně podrobně všímá také zatmění slunce i dalších zázračných znamení při Kristově ukřižování. Kniha je původně určena řeholníkům, stala se však inspirací a zdrojem duchovního života již pro mnoho generací křesťanských laiků, nejen katolíků. V češtině ovšem dosud nevyšla.

Protože se světcův odchod do nebe jaksi odkládal, vznikly v rámci dalších duchovních cvičení také knihy: *O vystupování mysli k Bohu po stupních stvořených věcí*, Řím 1615 (česky v překladu Jakuba Demla, Brno 1948); *O věčné blaženosti svatých*, Řím 1616 (česky v překladu Zdeňka Kašičky, Krystal OP 2001); *Úpění holubice neboli o užitečnosti slz*, Řím 1617 (česky v překladu Timothea Vodičky, Dominikánská edice Krystal, Olomouc 1948); a *Umění dobré smrti*, Řím 1620 (česky vyšlo už r. 1630 v Starém Městě Pražském nákladem Jiřího Příchovského z Příchovic). K těmto Bellarminovým spisům z oblasti duchovního života bychom mohli přiřadit i knížku *Úloha křesťanského knížete* (*De officio principis christiani*), která vznikla někdy po r. 1610, a samozřejmě i Bellarminův slavný katechismus. Tak bychom dostali soubor sedmi světcových knih věnovaných duchovnímu životu.

Kromě toho je Bellarmin především autorem věhlasných *Kontroverzí o sporných otázkách křesťanské víry*. Tyto jeho apologetické přednášky jsou teologicky mimořádně hutné a budily rozruch téměř po celé Evropě už před svým prvním knižním vydáním (Ingolstadt 1586), jak to poměrně pouhavě podává James Broderick v monografii *Robert Bellarmino, kardinál a inkvizice* (Olomouc 2007), v níž čtenář najde světcův podrobný životopis i bibliografii.

o. Václav, SBM

Nitra 21. července 2026

Dedicatio

Christus eximium exemplar omnium virtutum.

Ven. Congregationi Caelestinorum
Monachorum ordinis s. Benedicti
Robertus cardinalis Bellarminus
ejusdem congregationis protector
S. D.

Sapienter omnino¹ Pynuphius Abbas apud Cassianum (Lib. 4 de instit. renuntiant. cap. 4.) perfectum monachum cum Christo Domino crucifixo comparandum censuit². Virtutes enim, quae in perfecto monacho potissimum requiruntur, tres numerari solent: paupertas, omnem proprietatem excludens, castitas, carnalium voluptatum semper expers,³ et oboedientia, a nutu praefecti omnino dependens; quibus in regula S. Benedicti loci stabilitas adjungi solet. Si quis autem velit voluntariae paupertatis usque ad omnimodam nuditatem et egestatem exemplar cernere, Christum crucifixum intueatur, qui, sicut, dum viveret, non habuit, ubi caput reclinaret, sic in morte ipsa etiam vestimenta, quae sola illi reliqua erant, inter crucifixores dividenda dimisit. Et si quis cupiat speculum intueri

Věnování

Kristus jedinečný vzor všech ctností.

Ctihodné Kongregaci Celestýnů
mnichů řádu sv. Benedikta
Robert kardinál Bellarmin
též kongregace ochránce
pozdrav v Pánu

Zajisté moudře usoudil opat Pynufius, [jak se píše] u [sv. Jana] Kassiána,¹⁶ že dokonalý mnich se má porovnávat s Kristem ukřižovaným. Bývají totiž jmenovány tři ctnosti, které se u dokonalého mnicha nejvíce vyhledávají: chudoba, vylučující každé vlastnictví, čistota, vždy prostá tělesných žádostí, a poslušnost, naprosto závislá na pokynu představeného. K nim bývá v řeholi sv. Benedikta připojováno setrvávání na jednom místě. Jestliže však někdo chce pohledět na vzor dobrovolné chudoby až po nahotu a naprostý nedostatek, ať pohlíží na Krista ukřižovaného, jenž, stejně jako dokud žil, neměl, kde by hlavu složil, tak i v samotné smrti opustil dokonce i oděv, který byl tím jediným, co mu ještě zůstávalo, aby byl rozdělen mezi jeho katy. A jestliže někdo touží pohlížet do zrcadla tělesného

¹ Omnino, adverb. – prorsus, plane, funditus, usquequaque.

² Censeo, es, censusui, censitum et saepius cenum, ere – rem aliquam diligenter perpensam aestimare, rationem inire, rei pretium statuere.

³ Expers, pertis, adject. omn. gen. (ex et pars) ἄμοιρος – qui alicujus rei nullam habet partem.

¹⁶ Opat Pynufius z pokory utekl ze svého kláštera a chtěl žít nepoznán mezi obyčejnými mnichy. – Sv. Jan Kassián, *De institutis coenobiorum* / *O pravidlech klášterního života*, 4, 30–43: PL 49, 190.

mortificationis carnis, quae castitatem impolutam custodiat, in Christo crucifixo sine dubitatione reperiet, quippe⁴ quem a planta⁵ pedis usque ad verticem dolor continuus occupabat. Quodsi⁶ et oboedientiae perfectae typum requirat, nusquam alibi clarius cernet quam in illo, qui *factus est oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (Phlp 2,8). Neque solam oboedientiae virtutem, sed etiam comites ejus individuas, patientiam et humilitatem, et principium ejus et finem, ardentissimam caritatem, et in his omnibus perseverantiam usque in finem, quae per stabilitatem significatur, in Christo crucifixo, tamquam in eminentissima virtutum omnium idea⁷, concipiet.⁸ Vere igitur et Christus in Cruce pendens exemplar est clarissimum monasticae perfectionis, et perfetus monachus crucifixum Dominum verissime repraesentat. Hanc Christi crucifixi repraesentationem vel similitudinem sanctus Petrus Caelestinus⁹ in primis ad vivum¹⁰ expressisse videtur; ejus enim vita ab ipsa paene infantia usque ad extremam senectutem et mortem nihil fuit aliud nisi assidua meditatio Crucis et perpetua imitatio Crucifixi. Ad quam rem proprie designandam crux aurea in aere divino miraculo pendens visa est ante fores cubiculi ejus morientis, a Feria sexta usque ad vesperam

umrtvování, které chrání neposkvrněnou čistotu, bez pochyby ho nalezne v Kristu ukřižovaném, jenž byl zajisté od paty až po temeno hlavy sužován nepřetržitou bolestí. A ptá-li se i po vzoru dokonalé poslušnosti, nikde jinde nezahlédne jasnější než v tom, jenž „*se stal poslušným až na smrt, a to na smrt kříže*“.¹⁷ V Kristu ukřižovaném, jako v nejvznešenějším vzoru všech ctností, nerozpozná pak jen samotnou ctnost poslušnosti, ale také její nerozdílné společnice, trpělivost a poníženost, a jejich počátek i konec, nejvroucnější lásku a vytrvalost v těchto všech [ctnostech] až do konce, která je znázorňována skrze setrvávání [mnicha] na jednom místě. Skutečně tedy je i Kristus rozpjatý na kříži [tím] nejzářivějším příkladem řeholní dokonalosti a také dokonalý mnich nejpravdivěji představuje ukřižovaného Pána. Zdá se, že toto zastupování či napodobování Krista ukřižovaného živě uskutečnil především sv. Petr Celestýn. Jeho život téměř od samotného dětství až po nejzazší stáří a smrt nebyl totiž ničím jiným než neustálým rozjímáním kříže a dokonalým napodobováním Ukřižovaného. K zvláštnímu vyjádření této věci byl před vchodem do jeho cely, kde umíral, od pátku až do soboty večera, kdy svého ducha přešťastně odevzdal Bohu, ve vzduchu viděn zlatý kříž visící zde Božím

⁴ Quippe, adverbium, vel conjunctio, confirmans qua rationem reddimus ejus, quod praecessit, ut quum, quia, nam, nempe.

⁵ Dicitur enim planta pedis, et planta absolute, solum pedis, et ipse pes.

⁶ Quoad, ex ad et quo, sed ordine inverso, ut in hactenus, quatenus fit, est idem atque donec, quousque, usque dum, quamdiu. Ergo quoadsi; Bohem. a jestliže dosud (ještě).

⁷ Idea, ae, f. l. *idēa* et poetice *eidēa*, species, forma, exemplar alicujus rei faciendae vel factae.

⁸ Concipio est idem quod capio, vel simul, aut intus capio, comprehendo, contraho, recipio.

⁹ Sv. Petr Celestýn – (1209–1296) – poustevník, zakladatel řehole celestýnů – ve věku asi 80 let zvolen papežem, po pěti měsících odstoupil.

¹⁰ Ad vivum – adverb. modo; Bohem. živě, věrně, realisticky.

¹⁷ Flp 2,8.

Sabbati, in qua spiritum Deo felicissime reddidit. Quam crucem a multis inspectam cum stupore fuisse, refert Petrus ab Alliaco Cardinalis Cameracensis (In Vita S. Petri Caelestini lib. 2. cap. 19.); et res eadem, ut plane caeleste signum, in ipso canonizationis ejus diplomate¹¹ commemoratur. Quae cum ita sint, jure mihi videor libros meos de Septem verbis in Cruce a Christo pronuntiat Caelestinis meis offerre ac dicare potissimum debuisse. In his enim libris explicare conatus sum Crucifixi virtutes praecipuas, quae omnibus fidelibus valde utiles sunt, sed iis, qui crucis mortificationem ex proprio instituto sequuntur, omnino necessariae. Qui enim cum Christo cruci affixi sunt et mundo mortui per externam observantiam regularem, et virtutibus Christi crucifixi carent, ii cum infelice latrone crucis ignominiam¹² et dolores patiuntur, sed Christi crucifixi gloriam et praemia non assequuntur;¹³ et *melius erat illis*, ut loquitur S. Petrus (2 Ptr 2,21), *non cognoscere viam justitiae* (perfectae), *quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato*. Quare monachos omnes, sed imprimis Caelestinos meos admoneo, ut, si velint esse, quod nomine praeferunt, librum Crucis Christi assidue¹⁴ legant et iterum atque iterum volvunt et revolvant, ac, ut commentarium habeant ad obscura loca intellegenda

zázrakem. Tento kříž byl s úžasem spatřen mnohými, jak svědčí Petr z Ailly, kardinál cambrayský.¹⁸ Totéž se jako zjevně nebeské znamení vzpomíná i v samotném jeho kanonizačním spisu. A když je tomu tak, právem se mi zdá, že jsem zavázán zasvětit a věnovat mou knihu o sedmi slovech prohlášených Kristem z kříže především mým celestýnům. V této knize jsem se totiž pokusil vysvětlit hlavní ctnosti Ukřižovaného, které jsou velice prospěšné všem věřícím, avšak těm, kteří následují umrtvování kříže z vlastního povolání, jsou naprosto nezbytné. Kdo jsou totiž s Kristem přibiti na kříž a mrtví světu skrze vnější řeholní poslušnost, a přitom jim scházejí ctnosti Krista ukřižovaného, ti potupu a bolesti kříže trpí spolu s [oním] nešťastným lotrem, ale slávu a odměny Krista ukřižovaného neobdrží; a „*bylo by pro ně lépe*“, jak říká sv. Petr, „*aby nepoznali cestu (dokonalé) spravedlnosti, než aby se po jejím poznání znovu odvrátili od toho svatého přikázání, které jim bylo odevzdáno*.“¹⁹ A proto napomínám všechny mnichy, ale především mé celestýny, aby, jestliže chtějí [skutečně] být tím, co vyjadřuje jejich jméno, neustále četli knihu Kristova kříže a znovu a znovu se jí zabývali. Aby pak měli jasný a věrohodný komentář k porozumění nejasným místům, ať často čtou Život sv. Petra Celestýna i [životy] jiných svatých, a to, co se tam naučí, ať se usilují naplňovat.

¹¹ Diploma, atis, n. – litterae senatus, magistratus, aut principis, quibus aliquid alicui conceditur.

¹² Ignominia, ae, f. – ab *in* privativa et *nomen*, quasi boni nominis privatio, est dedecus, probum, nota, infamia.

¹³ Assequor *vel* adsequor, sequeris, secutus *vel* sequutus sum, sequi dep. 3. (ad *et* sequor) – est ad eum, quem sequor, pervenio, consequor; obtinere.

¹⁴ Assidue *vel* adsidue, adverb. (assiduus) – idem ac continenter, non intermisce, saepissime, usque; Bohem. neustále.

¹⁸ Petr z Ailly, kardinál cambrayský, *Vita S. Petri Caelestini*, 2, 19.

¹⁹ 2Ptr 2,21.

dilucidum et fidelem, beati Petri Caelestini et aliorum Sanctorum Vitas frequenter legant et, quae didicerint, opere complere studeant. Sic enim fiet, ut cotidie magis crux illis dulcescat et imitatio Crucifixi sic illis suavis amabilisque reddatur, ut facile contemnant scribas et pharisaeos, id est carnem et sanguinem, clamantes atque dicentes: *Descende de cruce*. Sic olim discipuli sancti Francisci, cum libros sacros nondum haberent, ut sanctus refert Bonaventura (In Vita S. Francisci, cap. 4.), librum Crucis Christi continuatis aspectibus diebus ac noctibus revolvebant, exemplo Patris et eloquio eruditi, qui jugiter¹⁵ faciebat eis de Cruce Christi sermonem. Accipite igitur, venerabiles Patres, munusculum a Protectore Vestro, quod erit etiam post obitum ejus pignus amoris, quo vos omnes ex corde dilexit et virtutum sancti Petri Caelestini heredes et Christi crucifixi veros discipulos et imitatores semper esse cupivit.

Tak se totiž stane, že jim kříž bude každodenně sládnout a následování Krista se jim stane tak sladkým a milým, že snadno pohrdnou zákoníky a farizeji, to je tělem a krví, jež volají a říkají: „*Sestup z kříže!*“ Takto kdysi žáci sv. Františka, když ještě neměli posvátné knihy, jak svědčí sv. Bonaventura,²⁰ neustálými pohledy ve dne v noci probírali knihu Kristova kříže, poučení příkladem a výmluvností [svého] otce, který jim neustále kázal o Kristově kříži. Přijměte tedy, ctihodní otcové, od svého ochránce toto dílko, které bude i po jeho odchodu důkazem lásky, kterou vás všechny ze srdce miluje a touží, abyste vždy byli dědici ctností sv. Petra Celestýna a pravými učedníky a následovníky Krista ukřižovaného.

¹⁵ Jugiter, adverb. (jugis). – est assidue, continue,

²⁰ Sv. Bonaventura, *Život sv. Františka – Legenda Maior*, kap. 4.

Praefatio

Verba Christi in Cruce prolata totam doctrinam eius colligunt; de forma Crucis.

Ecce, jam quartus agitur annus, cum, me ad exitum paraturus, ad locum quietis secedo a negotiis vacuus, sed non vacans a meditatione Scripturarum sanctarum et a scriptione eorum, quae meditati occurrunt: ut, si prodesse jam voce vel scriptione longa non valeo, saltem piis libellis fratribus meis possim utcumque²¹ prodesse. Cogitanti vero mihi, quid potissimum eligerem, quod et me ad bene moriendum disponeret et proximis meis ad bene vivendum prodesset, occurrit mors ipsa Domini, atque illa postrema contio,²² quam, septem brevissimis sed gravissimis sententiis constantem,²³ ex Cruce, quasi ex editissima²⁴ cathedra, Redemptor mundi ad humanum genus universum habuit, siquidem²⁵ in contione illa sive in septem verbis illis continentur omnia, de quibus idem Dominus ait: *Ecce, ascendimus Jerosolymam, et consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas de Filio hominis* (Lc 18,31). Ea, quae Prophetae de Christo futura praedixerunt, ad quatuor capita revocantur: ad contiones ad populum, ad orationem ad Patrem, ad mala gravissima patienda, ad opera sublimia et admirabilia perpetranda. Quae quidem omnia in ipsa Christi

Předmluva

Kristova slova pronesená na kříži shrnují celou jeho nauku; o tvaru kříže.

Hle, již je to čtvrtý rok, co jsem se rozhodl připravovat na odchod [z tohoto světa] a utáhl se na klidné místo, oproštěn od povinností, avšak neodpočívaje od rozjímání Písma svatého a od psaní věcí, které rozjímajícímu prospívají, abych, jestliže již nemohu být užitečným svým hlasem nebo dlouhým psaním, mohl svým bratrům jaksi prospět alespoň zbožnými knížkami. A když uvažuji, co bych si nejlépe vybral, aby to i mně disponovalo k dobrému umírání, i mým bližním prospělo k dobrému žití, nabízí se samotná smrt Páně a ono poslední kázání, které – složené ze sedmi kratičkových, ale nejzávažnějších vět – přednesl Vykupitel světa k celému lidskému rodu z kříže, jako z nejvýšešenější katedry; jelikož v tomto kázání, neboli v oněch sedmi slovech, je obsaženo všechno, o čem samotný Pán řekl: „*Hle, vystupujeme do Jeruzaléma a završí se všechno, co je psáno skrze proroky o Synu člověka.*“³⁰ Všechno, co proroci o Kristu předpověděli, se vztahuje na čtyři oblasti: na kázání lidu, na modlitbu k Otci, na nejtěžší zla, jež bude třeba trpět, a na vznešená a obdivuhodná díla, která měl [Kristus] vykonat. A všechny tyto věci se zajisté podivuhodně

²¹ Utcumque vel utcumque (utquomque), adverb. – quocumque modo, quomodocumque.

²² Contio, onis, f. – est conventus et coetus populi ad oratorem audiendum.

²³ Contionem in septem verbis constantem Dominus habuit...

²⁴ Edo, edis, edidi, editum, edere (ex et do) – Editus, a, um, adjective quoque usurpatur, unde comp. editor et sup. editissimus; et est idem atque altus, excelsus.

²⁵ Siquidem est quoniam, quandoquidem, quippe, etenim.

³⁰ Lk 18,31.

vita mirifice claruerunt. Contionabatur enim Dominus frequentissime in templo, in synagogis, in campis, in locis desertis, in domibus privatis, denique etiam de navicula ad turbas in litore consistentes. Porro²⁶ noctes ut plurimum consumebat in oratione ad Deum. Sic enim loquitur Evangelista: *Erat pernoctans in oratione Dei* (Lc 6,12; 21,37). Opera vero admiranda in expellendis daemonibus et aegrotis curandis et panibus multiplicandis et tempestatibus sedandis in Evangeliiis leguntur passim. Denique mala, quae reddebantur ei pro bonis, plurima erant, non solum in contumeliis verborum, sed etiam in lapidatione et praecipitio.²⁷ Ceterum haec omnia verissime consummata sunt in Cruce. Sic enim contionatus est ex Cruce, ut plurimi redirent tundentes²⁸ pectora sua; nec solum corda hominum, sed etiam petrae scissae sunt. Sic etiam oravit in Cruce, ut *cum clamore valido et lacrimis* orans *exauditus* sit *pro sua reverentia*, ut Apostolus loquitur ad Hebraeos (Hbr 5,7). Quae vero passus est in Cruce, tanto majora sunt iis, quae in reliqua vita passus est, ut haec sola ad passionem proprie pertinere videantur. Denique signa et prodigia numquam majora edidit, quam cum in Cruce veluti ad extremam imbecillitatem atque infirmitatem reductus esse videretur. Tunc enim non solum ostendit signa de caelo quae antea Judaei ab eo

zaskvěly v samotném Kristově životě. Pán totiž kázal přechoť v chrámě, v synagogách, na pláních, na pustých místech, v soukromých domech, a konečně i z loďky k zástupům stojícím na břehu. Dále noci mnohokrát strávil v modlitbě k Bohu. Tak to totiž říká evangelista: „*Strávil noc v rozhovoru s Bohem.*“³¹ O obdivuhodných dílech spočívajících ve vyhánění démonů, uzdravování nemocných, rozmnožování chlebě a utišování bouří se zajisté v evangeliích čte otevřeně. Nakonec to zlo, kterého se mu dostávalo za dobro, bylo mnohé, nejen ve slovních urážkách, ale také v kamenování a svržení ze skály. Ostatně všechny tyto věci byly nepochybně završeny na kříži. Na kříži totiž kázal tak, že se mnozí navraceli bijíce se v prsa a lámala se nejenom lidská srdce, ale dokonce i skály. Na kříži se také modlil tak, že: „*modlíc se se silným křikem a slzami, byl vyslyšen pro svou uctivost,*“³² jak říká apoštol Židům. A ta [utrpení], která vytrpěl na kříži, jsou o tolik větší než ta, která vytrpěl v ostatním životě, že vlastně jen ona samotná se zdají být utrpením. A nakonec, nikdy nevykonal větší znamení a divy než na kříži, kdy se zdál být dohnán do krajní bezmocnosti a slabosti. Tehdy totiž nejenom ukázal znamení z nebe, které od něj předtím Židé nevhodně žádali,³³ ale také krátce nato vykonal znamení ze všech znamení největší, když se – mrtev a pohřben – svou vlastní silou

²⁶ Porro, adverb. loci, quod, ut Graecum πρὸς, transpositione litterarum ex *pro* factum esse et est idem ac longe in anteriorem partem, ante oculos, sed procul, eminus, ultra: cui *retro* opponitur – dále (v textu).

²⁷ Praecipitium, ii, n. – locus praeceps, unde facilis est casus – trest svrhnutí z Tarpejské skály.

²⁸ Tundo, tundis, tutundi, tusum *vel* tusum, tundere – est repetitis ictibus caedo, pulso, verbero, percutio.

³¹ Lk 6,12; 21,37.

³² Žid 5,7.

³³ Mt 16,1.

importune²⁹ petierant (Mt 16,1); sed etiam paulo post signum edidit omnium signorum maximum, cum, mortuus et sepultus, propria virtute ab inferis rediit et corpus ipse suum ad vitam et vitam immortalem revocavit. Vere igitur in Cruce consummata sunt omnia, quae scripta fuerunt per Prophetas de Filio hominis.

Sed antequam de ipsis verbis Domini scribere incipiamus, visum est operae pretium,³⁴ ut de ipsa Cruce, quae sedes contionantis et altare sacrificantis et stadium pugnantis et officina mirabilia facientis fuit, pauca dicamus. De structura igitur Crucis communior veterum sententia est, quod ex tribus lignis constiterit, uno oblongo, in quo corpus crucifixi extendebatur;³⁵ altero transverso, in quo manus figebantur; tertio affixo ad partem inferiorem, in quo pedes crucifixi quiescebant, sed clavis³⁶ confixi, ne dimoveri³⁷ possent. Ita tradunt Patres antiquissimi, sanctus Justinus (In Dialog. cum Tryph. lib. 5.) et sanctus Ireneus (Advers. Haeres. Valentin.). Qui auctores satis aperte indicant, utrumque pedem supra scabellum stetisse, non unum pedem super alterum. Ex quo sequitur, clavos Christi quatuor fuisse, non tres tantum, ut multi existimant, qui ea de causa pingunt Christum Dominum ita Cruci affixum, ut unum pedem super alterum habeat. Sed apertissime

navrátil z podsvětí a své tělo sám znovu povolal k životu, a to životu nesmrtelnému. V pravdě je tedy na kříži naplněno všechno, co bylo skrze proroky napsáno o Synu člověka.

Dříve však než začneme psát o samotných slovech Páně, zdálo se stát za námahu, abychom něco málo řekli o samotném kříži, jenž byl stolcem kazatele, oltářem obětujícího, zápasistěm bojujícího a působištěm činícího divy. Co se tedy týče tvaru kříže, rozšířenějším míněním starých [autorů] je, že se skládal ze třech dřev: jednoho svislého, na kterém se zavěšovalo tělo ukřižovaného; druhého příčného, na němž se připevňovaly ruce; a třetího příbitého k spodní části, na kterém spočívaly nohy ukřižovaného, avšak příbité hřeby, aby se nemohly sesunout. Tak to podávají nejstarší otcové, sv. Justin³⁸ a sv. Irenej.³⁹ Tito autoři dosti jasně ukazují, že obě nohy stály na podnožce, ne jedna noha na druhé. Z toho plyne, že Kristovy hřeby byly čtyři, ne pouze tři, jak si myslí mnozí, kteří z toho důvodu Krista Pána malují na kříž příbitého tak, že má jednu nohu na druhé. Ale Řehoř z Tours otevřeně soudí opak⁴⁰ a jeho mínění je potvrzeno nejstaršími obrazy. Já sám jsem v Paříži

²⁹ Importune vel inportune, adverb. (importunus) – est praeter loci, aut temporis, aut personarum rationem – ἀκαίρως – sed occurrit morali tantum significatione.

³⁴ Operae pretium (esse) – stojí za námahu, za to.

³⁵ Extendere est extra seu ultra tendere, porrigere, explicare.

³⁶ Clavus, i. m. – Clavus dicitur et est id, quo aliquid figitur et alteri rei jungitur; Bohem. hřeb(ík).

³⁷ Dimovere est hinc inde movere, in diversas partes movere, separare.

³⁸ Sv. Justín Mučedník, *Dialog s Židem Tryfonem*, 96–97: PG 6, 705.

³⁹ Sv. Irenej Lyonský, *Proti herezím*, 2, 24: PG 7, 787.

⁴⁰ Sv. Řehoř z Tours, *Kniha o slávě mučedníků (Liber in gloria martyrum)*, 6: PL 71, 730.

contra sentit Gregorius Turonicus (Lib. de gloria Martyrum cap. 6.), et confirmatur ejus sententia ab antiquis picturis. Vidi ego ipse Parissiis in bibliotheca regia antiquissimos Evangeliorum libros manuscriptos, in quibus pictus erat frequenter Christus crucifixus, et semper cum quatuor clavis.

Porro lignum oblongum supra transversum aliquantulum eminuisse, tradit S. Augustinus (Epist 120.) et S. Gregorius Nyssenus (Sermo 1 de resurrect.) et ex Apostolo id colligi posse videtur. Cum enim Apostolus ad Ephesios (Eph 3,18) scribis: *Ut, quae sit latitudo et longitudo, sublimitas et profundum*, satis aperte describit figuram Crucis, quae quatuor habet extrema: latitudinem in longo transverso; longitudinem in oblongo; altitudinem, in ea parte oblongi, quae exstat atque eminet supra transversum; et profundum, in ea parte, quae sub terram absconditur. Hoc genus tormenti non casu neque invitus Dominus noster subivit, sed ab ipsa aeternitate praelegit, ut S. Augustinus docet (Epist 120), idque ex illo Actorum Apostolico testimonio: *Hunc definito consilio et praescientia Dei traditum per manus iniquorum interemistis* (Act 2,23). Et ideo Christus ipse initio praedicationis Nicodemo dixit: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis, qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam aeternam* (Io 3,14–15).

v královské knihovně viděl nejstarší rukopisy knih evangelií, v nichž byl často namalován Kristus ukřižovaný, a vždy se čtyřmi hřeby.

Dále to, že svislé břevno trochu vyčnívalo nad příčné, podává sv. Augustin⁴¹ a sv. Řehoř z Nyssy,⁴² a jak se zdá, může se to vyčíst i ze slov apoštolových. Totiž, když apoštol píše Efezanům: „*jaká je šířka a délka, výška i hloubka*,“⁴³ popisuje dosti zřejmě tvar kříže, který má čtyři okraje: šířku na břevně příčném; délku na svislém; výšku na té části svislého [břevna], která se zvedá a přechází nad příčné; a hloubku na té části, která se ukrývá pod zemí. Tento druh umučení Pán nepodstoupil náhodou ani nechtěně, ale předem si ho vyvolil od samotné věčnosti, jak učí sv. Augustin,⁴⁴ a to z onoho svědectví Skutků apoštolů: „*Toho jste podle záměru a předzvědění Božího vydali a skrze ruce hříšníků zabili*.“⁴⁵ Proto také sám Kristus na začátku kázání řekl Nikodémovi: „*Jako Mojžíš na poušti vyvýšil hada, tak musí být vyvýšen i Syn člověka, aby každý, kdo v něho věří, nezahynul, ale měl život věčný*.“⁴⁶ A často, když mluvil o svém kříži, povzbuzoval apoštoly k následování říkáje:

⁴¹ Sv. Augustin, *List 120*.

⁴² Sv. Řehoř Nysský, *1. řeč o vzkříšení Kristově (Oratio I in Christi resurrectionem)*: PG 46, 599; o tvaru kříže v souvislosti s Ef 3,18 viz sloupce 622–623.

⁴³ Ef 3,18.

⁴⁴ Sv. Augustin, *List 120*.

⁴⁵ Sk 2,23.

⁴⁶ J 3,14–15.

Et saepe Apostolos, de sua Cruce loquens, ad imitandum hortabatur, dicens: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* (Mt 16,24).

Cur autem hoc supplicium⁴⁸ Dominus elegerit, ille solus proprie novit, qui elegit. Sed tamen non desunt mysteria, quae sancti Patres excogitaverunt et nobis scripta reliquerunt. Sanctus Irenaeus libro paulo ante notato (*Adversus haereses*. lib. 5.) scribit, duo crucis brachia sub uno titulo convenire, in quo scriptum erat: *Jesus Nazarenus Rex Judaeorum*, ut intellexeremus duos populos, Hebraicum et gentilem, qui antea divisi erant, in unum corpus sub uno capite Christo aliquando fuisse jungendos. S. Gregorius Nyssenus in oratione de resurrectione (Orat. 1.) scribit, partem Crucis, quae caelum respicit, significare, per Crucem quasi per clavim caelum aperiri; partem vero, quae ad centrum mundi vergit,⁴⁹ significare spoliandum fuisse infernum a Christo, cum ad eum descendisset; duo Crucis brachia, quae ad Orientem et Occidentem porriguntur, repurgationem⁵⁰ mundi totius per Christi sanguinem futuram significare. Sancti vero, Hieronymus in Epistola ad Ephesios, Augustinus (Ep. 120.) ad Honoratum, et Bernardus de consideratione (Lib 5.), praecipuum Crucis mysterium

„Jestliže kdo chce jít za mnou, zapři sám sebe, vezmi svůj kříž, a následuj mne.“⁴⁷

Proč si však Pán vyvolil tento druh přímlyvné oběti, to ví nejlépe sám Ten, kdo si ho vyvolil. Přece ale nescházejí tajemství, která svatí otcové našli a zanechali nám je napsána. Sv. Irenej v kousek výše jmenované knize⁵³ píše, že dvě ramena kříže se potkávají pod jedním nápisem, na němž bylo napsáno: *„Ježíš Nazaretský, Král židovský“*, abychom pochopili, že dva národy, lid židovský a lid pohanský, které předtím byly rozděleny, měly být jednou spojeny do jednoho těla pod jednou hlavou, Kristem. Sv. Řehoř z Nyssy v řeči o vzkříšení⁵⁴ píše, že ta část kříže, která směřuje do nebe, znamená, že skrze kříž je jako skrze klíč nebe otevřeno; část, která je obrácena ke středu světa, znamená, že peklo mělo být Kristem oloupeno, když do něj sestoupil; a dvě ramena kříže, která se vztahují k východu a k západu, znamenají budoucí očistění celého světa skrze Kristovu krev. A svatí Jeroným k listu Efezánům a Augustin⁵⁵ k Honorátovi i Bernard O nazírání⁵⁶ učí, že hlavní tajemství kříže je apoštolem krátce zmíněno v oněch slovech: *„jaká je šířka, délka, výška a hloubka“*.⁵⁷ V těchto slovech se tedy nejprve označují Boží vlastnosti: ve výšce moc, v hloubce moudrost,

⁴⁷ Mt 16,24.

⁴⁸ Supplicium, ii, n. - in plur. num. significat supplicationes, preces diis habitas sive publicas sive privatas.

⁴⁹ Vergo est inclino, declino, propendo, specto.

⁵⁰ Repurgatio, onis, f. – purificatio, purgatio.

⁵³ Sv. Irenej Lyonský, *Proti herezím*, 5: PG 7, 1120–1260.

⁵⁴ Sv. Řehoř Nysský, *1. řeč o vzkříšení Kristově*: PG 46, 622.

⁵⁵ Sv. Augustin, *List 120*.

⁵⁶ Sv. Bernard z Clairvaux, *De consideratione*, 5, 13: PL 182, 804.

⁵⁷ Ef 3,18.

ab Apostolo breviter attingi⁵¹ docent in verbis illis, *quae sit latitudo, longitudo, sublimitas et profundum* (Eph 3,18). Significantur autem in his verbis primum attributa Dei: in altitudine potentia, in profundo sapientia, in latitudine bonitas, in longitudine aeternitas. Deinde virtutes Christi patientis: in latitudine caritas, in longitudine patientia, in altitudine oboedientia, in profundo humilitas. Denique virtutes in hoc tempore necessariae iis, qui salvantur per Christum: in profundo fides, in altitudine spes, in latitudine caritas, in longitudine perseverantia. Ex quibus intellegimus, solam caritatem, quae merito dicitur regina virtutum, ubique locum habere in Deo, in Christo et in nobis; reliquas virtutes alias esse in Deo, alias in Christo, alias in nobis. Proinde⁵² mirum non est, si in ipsis Christi novissimis verbis, quae nunc explicanda suscepimus, primum locum obtineat caritas.

Nos igitur primum explicabimus tria prima verba, quae dicta sunt a Christo circa horam sextam, antequam sole obscurato tenebrae fierent super omnem terram. Deinde considerabimus ipsam solis defectionem; et tunc veniemus ad explicanda reliqua verba Domini, quae prolata fuerunt circa horam nonam, ut scribit sanctus Matthaeus (Mt 27), videlicet recedentibus tenebris, et morte Christi propinquantem vel potius imminente.

v šířce dobrota a v délce věčnost. Potom ctnosti trpícího Krista: v šířce láska, v délce trpělivost, ve výšce poslušnost a v hloubce pokora. Nakonec ctnosti v tomto čase potřebné těm, kteří jsou skrze Krista zachraňováni: v hloubce víra, ve výšce naděje, v šířce láska a v délce vytrvalost. Z toho rozumíme, že pouze láska, která je právem nazývána královnou ctností, má místo všude: v Bohu, v Kristu i v nás. Ostatní ctnosti však, že jsou jiné v Bohu, jiné v Kristu a jiné v nás. A proto není divu, jestliže i v samotných Kristových posledních slovech, která nyní chceme vykládat, první místo zaujímá láska.

My tedy nejprve vyložíme první tři slova, která byla Kristem řečena kolem šesté hodiny [tj. kolem poledne⁵⁸], předtím, než po zatmění slunce nastala tma po celé zemi. Potom si všimneme samotného zatmění slunce, načeš přejdeme k vysvětlení ostatních Pánových slov, která byla pronesena kolem deváté hodiny, jak píše sv. Matouš,⁵⁹ rozumí se, když temnota ustupovala a samotná smrt Páně se přibližovala nebo spíše hrozila.

⁵¹ Attingo est idem fere quod tango, contingo.

⁵² Proinde conjunctio est idem valens, quod ideo, propterea, quapropter, ideoque.

⁵⁸ „Šestá hodina” je našich 12h; „devátá hodina” našich 15h atd. – ponechávám původní číslování hodin, protože to mimo jiného odpovídá i církevním hodinkám v breviáři – viz Bellarminův výklad zde v knize 2. kap. 2.

⁵⁹ Mt 27,46.

LIBER PRIMUS

DE PRIMIS TRIBUS VERBIS IN CRUCE PROLATIS

CAPUT I

*Explicatur ad litteram verbum primum:
Pater, dimitte illis, non enim sciunt, quid fa-
ciunt.*

Christus Jesus, Verbum aeterni Patris, et de quo idem Pater aperte dixit: *Ipsam audite* (Mt 17,5; Lc 9,35; 2 Ptr 1,17; Mc 9,6), et qui de se aperte pronuntiavit, *Unus est magister vester, Christus* (Mt 23,8); ut officio suo plenissime satisfaceret, non solum vivens a docendo numquam cessavit, sed etiam moriens ex cathedra Crucis verba pauca, sed ardentia, sed utilissima, sed efficacissima praedicavit; et plane dignissima, quae a christianis omnibus in intimo cordis recipiantur et custodiantur et examinentur et reipsa ac factis adimpleantur. Prima sententia haec est: *Jesus autem dicebat, Pater, dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt* (Lc 23,34). Quam sententiam tamquam vere novam et insolitam voluit Spiritus Sanctus praedici ab Isaia Propheta in illis verbis: *Et pro transgressoribus rogavit* (Is 53,12). Quam vere autem dixerit Apostolus Paulus: *Caritas non quaerit, quae sua sunt* (1 Cor

KNIHA PRVNÍ

PRVNÍ TŘI SLOVA PRONESENÁ NA KŘÍŽI

KAPITOLA 1.

*První slovo: „Otče, odpusť jim, neboť nevědí,
co činí.“*

Kristus Ježíš, Slovo věčného Otce, o němž i tentýž Otec otevřeně řekl: „*jeho poslouchejte*“⁶¹ a jenž i sám o sobě otevřeně prohlásil: „*jeden je váš Učitel, Kristus*“;⁶² aby co nejplněji učinil za dost svému úřadu, nejen že za svého života nikdy nepřestal vyučovat, ale také umíraje pronesl z katedry kříže slova – sice nemnohá, avšak horoucí, nejužitečnější a nejúčinnější. Tato slova si žádají, aby byla všemi křesťany přijímána do nejhlubšího nitra, uchovávána, rozvažována a také skutečně činy naplňována. První věta tedy zní: „*Ježíš však říkal, Otče, odpusť jim, neboť nevědí, co činí.*“⁶³ Tuto větu, jakožto skutečně novou a neobvyklou, chtěl mít Duch svatý předpovězenou prorokem Izajášem v oněch slovech: „*a prosil za přestupníky*“.⁶⁴ Avšak z pořadí těchto vět může být snadno vyrozuměno, jak pravdivě apoštol Pavel řekl: „*Láska nehledá svého.*“⁶⁵ Vždyť z počtu těchto vět se

⁶¹ Mt 17,5; Lk 9,35, 2Petr 1,17; Mk 9,6.

⁶² Mt 23,8.

⁶³ Lk 23,34.

⁶⁴ Iz 53,12 Vulgáta.

⁶⁵ 1Kor 13,5.

13,5), ex ordine harum sententiarum facile potest intellegi. Siquidem ex numero harum sententiarum tres ad bonum aliorum pertinent, tres ad bonum proprium, una est communis. Sed prima cura Domino fuit de aliis, postrema de se. Ex primis autem tribus sententiis, quae ad alios pertinent, prima dirigitur ad inimicos, secunda ad amicos, postrema ad consanguineos. Cujus ordinis haec est ratio: quoniam caritas primum succurrit magis egentibus; et qui tunc magis egebant, inimici erant; et nos quoque tanti magistri discipuli magis egebamus, ut nos institueret de dilectione inimicorum, quae difficilior et rarior est, quam de dilectione amicorum, quae facillima est, et nobiscum quodam modo nascitur et nobiscum crescit et saepe plus, quam oportet, invalescit. Ait igitur Evangelista: *Jesus autem dicebat*. Illud autem designat tempus et occasionem orandi pro inimicis, atque opponit verba verbis et operibus opera. Ac si diceret Evangelista: Illi Dominum crucifigebant et vestes ejus, ipso aspiciente, inter se dividebant; alii irridebant et infamabant, quasi seductorem et mendacem: ille autem cum haec videret et audiret et dolor atrocissimus esset ob manus et pedes⁶⁰ recens crudelissime perforatos, reddens bona pro malis dicebat: *Pater, dimitte illis*.

Patrem appellat, non Deum aut Dominum, quia intellegebat, in hac causa opus esse benignitate Patris, non severitate judicis; et quia ad Deum flectendum, sine dubio iratum ob tam ingentia scelera, opus erat amabile nomen Patris objicere. Itaque illud *Pater* hoc

tři týkají dobra druhých, tři dobra vlastního a jedna je společná. Ale nejprve měl Pán starost o druhé, až potom o sebe. Avšak z těch prvních třech vět, které se týkají druhých, se první obrací k nepřátelům, druhá k přátelům, třetí k příbuzným. A důvodem tohoto pořadí je, že láska přichází na pomoc nejprve těm, kdo více strádají, a ti, kdo tehdy více strádali, byli nepřátelé. A také my, učedníci tak velikého Učitele, více potřebujeme, aby nás poučil o lásce k nepřátelům, která je obtížnější a vzácnější než o lásce k přátelům, která je [věcí] nejsnadnější a jaksi se s námi rodí a s námi roste a často sílí i více než se sluší. Evangelista tedy uvádí: „*Ježíš však říkal...*“. Ono „*však*“ označuje čas a okolnosti modlitby za nepřátele a také staví slova proti slovům a skutky proti skutkům. Jako by evangelista říkal: Oni Pána křižovali a za jeho přihlížení si mezi sebou dělili jeho oděvy; jiní se posmívali a uráželi [ho] jako by byl svůdcem a lhářem. On však, když toto viděl a slyšel a pociťoval nejprudší bolest z právě nejukrutněji proražených rukou a nohou, oplácějíc dobrem za zlo, říkal: „*Otče, odpusť jim.*“

Obrací se na „*Otce*“, ne na „*Boha*“ či na „*Pána*“, protože si uvědomoval, že v tomto případě je zapotřebí dobrotivosti Otce, ne přísnosti soudce; a protože Bohu, pro tak nesmírné zločiny nepochybně rozhněvanému, bylo třeba laskavé jméno Otce připomenout.

⁶⁰ Ob, praepos. quae Accus. jungitur. In antiquo usu significat motum ad aliquem locum, aliquem locum versus, atque adeo est etiam ex adverso, e regione, coram...

significare videtur: Ego Filius tuus, qui patior, ignosco, ignosce et tu, Pater. Mihi Filio dona hanc offensionem, quamvis⁶⁶ isti non mereantur. Memento etiam, te quoque esse patrem istorum per creationem, quia eos fecisti ad imaginem et similitudinem tuam. Ostende igitur in illos paternam caritatem tuam, quoniam, etsi mali sunt, tamen filiis sunt.

Dimitte. Haec vox continet summam petitionis, quam Filius Dei, tamquam advocatus inimicorum suorum, Patri suo repraesentat. Potest autem illud verbum *Dimitte* referri tum ad poenam, tum ad culpam. Si referatur ad poenam, exaudita fuit haec oratio, quia, cum mererentur Judaei propter hoc scelus statim gravissime puniri, et vel igne de caelo cadente consumi vel diluvio aquarum perire vel ferro et fame exterminari, dilata fuit poena hujus peccati ad annos quadraginta; et, si interim gens illa paenitentiam egisset, salva incolumisque mansisset; sed quia paenitentiam non egit, immisit in eos Deus exercitum Romanorum, Vespasiano inperante, qui civitatem primariam⁶⁷ evertit, et gentem Judaeorum partim fame in obsidione, partim gladio capta civitate necavit, partim vendidit, partim captivos abduxit, partim in varias terras et loca dispersit. Quod ipsum Dominus primum per parabolam vineae (Mt 20,1–16) et regis, facientis nuptias filio suo (Mt 22,1–14), et similitudinem ficulneae infructuosae (Lc 13,6–9), deinde etiam disertis verbis in die palmarum

Proto se zdá, že ono „*Otče*“ [zde] znamená: Já, tvůj Syn, jenž trpím, odpouštím, odpustí i ty, Otče. Připočítej tuto urážku mě, Synovi, ačkoliv si to tito nezaslouží. Rozpomeň se, že jsi skrze stvoření také jejich Otcem, protože jsi je učinil k svému obrazu a podobě. Ukaž tedy na nich svou otcovskou lásku, protože, i když jsou zlí, přeci jsou [tvoji] synové.

„*Odpust.*“ Toto slovo obsahuje shrnutí žádosti, kterou Boží Syn, jakožto obhájce svých nepřátel, představuje svému Otci. Ono slovo „*odpust.*“ se však může vztahovat jednak na trest a jednak na vinu. Jestliže se vztáhne na trest, byla tato modlitba vyslyšena, protože, i když si Židé zasloužili být pro tento zločin hned co nejprísněji potrestáni a buďto být stráveni ohněm padajícím z nebe nebo zahynout záplavou vod anebo být vyhlazeni mečem a hladem, byl [přece] trest za tento hřích odložen o čtyřicet let; a kdyby byl onen národ mezitím konal pokání, byl by býval zachráněn a nedotknut. Ale protože pokání nevykonal, poslal na ně Bůh římské vojsko vedené Vespasiánem, který [toto jejich] hlavní město vyvrátil a židovský národ zahubil – částečně vyhladověním při obléhání, částečně mečem po dobytí města a z části je prodal [do otroctví], z části odvedl do zajetí, z části rozptýlil do různých zemí a míst. Přesně to Pán předpověděl, nejprve skrze podobenství o vinici⁶⁹ a o králi, který svému synu připravil svatbu,⁷⁰ i přirovnáním

⁶⁶ Quamvis adverb. – etsi, licet, quamquam, etiamsi.

⁶⁷ Primarius, a, um, adjunct. – qui primus est in aliquo ordine, princeps, primas, vel principum unus.

⁶⁹ Mt 20,1–16.

⁷⁰ Mt 22,1–14.

flendo et lamentando praedixit (Lc 19,41–44). Quod vero ad culpam attinet, exaudita fuit oratio, quia multis per hujus orationis meritum data est a Deo gratia compunctionis et resipiscentiae.⁶⁸ Inter quos illi sunt, qui *revertentur percutientes pectora sua* (Lc 23,48); et centurio, qui dicebat: *Vere Filius Dei erat iste* (Mt 27,54), et plurimi, qui paulo post ad apostolorum praedicationem convertentur et confitebantur, quem negaverant, et adorabant, quem despexerant. Cur autem non omnibus conversionis gratia data sit, ratio est, quia oratio Christi conformis erat sapientiae et voluntati Dei. Quod illis verbis scribit sanctus Lucas in Actibus Apostolorum, cum dicit: *Crediderunt, quotquot praeordinati erant ad vitam aeternam* (Act 13,48).

Illis. Per hanc vocem significantur ii, quibus indulgentiam Christus oravit. Et quidem primi videntur illi esse, qui Christum reipsa cruci affixerunt et ejus vestimenta inter se dividerunt, deinde omnes illi, qui causa passionis Dominicae fuerunt, ut Pilatus, qui sententiam tulit, ut populus, qui clamavit: *Tolle, tolle, crucifige eum* (Io 19,15) ut principes sacerdotum et scribae, qui eum falso accusaverunt; ac ut alius ascendamus, ipse etiam primus homo et ejus omnis posteritas, qui peccando causam passioni Christi dederunt. Itaque inimicis suis omnibus veniam petiit ex Cruce Dominus.

s neplodným fíkovníkem⁷¹ a potom to s pláčem a nářkem [vyjádřil] i jasnými slovy v den ratolestí.⁷² Jestliže se [slovo *odpust*] však vztáhne na vinu, byla modlitba vyslyšena, protože skrze zásluhy této modlitby byla Bohem mnohým dána milost zkroušenosti a kajícínosti. Mezi nimi jsou ti, kteří „*se navraceli bijíce se v prsa*“⁷³, a setník, který říkal: „*on byl skutečně Boží Syn*“⁷⁴ a [také] mnozí, kteří se o něco později obraceli na kázání apoštolů a vyznávali toho, kterého se předtím zřekli, a klaněli se tomu, jímž předtím pohrdali. Důvodem, proč nebyla milost obrácení dána všem, je to, že Kristova modlitba souzněla s Boží moudrostí a vůlí. To píše sv. Lukáš ve Skutcích apoštolských oněmi slovy, když říká: „*Uvěřili všichni, kteří byli předurčení k věčnému životu.*“⁷⁵

„*Jim.*“ Tímto slůvkem se označují ti, jímž Kristus vyprošoval odpuštění. Na prvním místě, jak se zdá, ti, kteří Krista skutečně přibíli na kříž a rozdělili si mezi sebou jeho oděv; potom [také] všichni ti, kteří byli příčinou Pánova utrpení, jako Pilát, který vynesl rozsudek, a lid, který volal: „*vezmi, vezmi, ukřižuj ho*“⁷⁶ a přední kněží a zákoníci, kteří ho lživě obvinili. A též, abychom postoupili výše, také samotný první člověk a jeho veškeré potomstvo, kteří svými hříchy zavdali příčinu ke Kristovu utrpení. Pán tedy žádal z kříže milost pro všechny své nepřátele.

⁶⁸ Resipiscentia, ae, f. – μετανοια, actus resipiscendi, poenitentia.

⁷¹ Lk 13,6–9.

⁷² Lk 19,41–44.

⁷³ Lk 23,48.

⁷⁴ Mt 27,54.

⁷⁵ Sk 13,48.

⁷⁶ J 19,15.

Inter inimicos autem nos omnes eramus, dicente Apostolo: *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus* (Rom 5,10). Itaque nos omnes, etiam ante quam nati essemus, numerati sumus in sacratissimo illo *Memento*, ut sic loquar, quo summus Pontifex Christus oravit in Missa illa sacrosantissima, quam in ara Crucis peregit. Quid ergo retribues Domino, anima mea, pro omnibus, quae retribuit tibi, etiam antequam esses? Vidit pius Dominus, te quoque inter inimicos suos aliquando futuram, et te non quaerente neque petente, pro te ad Patrem oravit, ut tibi non imputaretur stultitia. An non et te oporteret semper meminisse tam dulcis patroni et omnibus viribus laborare, ut nulla te praeteriret occasio illi serviendi? An non etiam par esset, ut tanto exemplo permotus disceres et tu non solum inimicis tuis facile ignoscere et pro eis orare, sed etiam, quotquot poteris, ad idem faciendum adducere? Omnino ita est, et hoc ipsum facere cupio et statuo, modo qui dedit tam insigne exemplum, porrigat etiam ex eadem pietate sua ad opus tam grande efficax auxilium.

Non enim sciunt, quid faciunt. Ut videretur rationabilis intercessio, extenuat sive excusat Christus delictum inimicorum suorum, eo modo, quo potuit. Excusare certe non poterat injustitiam in Pilato neque crudelitatem in militibus neque invidiam in principibus sacerdotum neque stultitiam et ingratitudinem in

Avšak mezi [těmi] nepřáteli jsme byli my všichni, jak říká apoštol: „*Když jsme ještě byli nepřáteli, byli jsme smířeni s Bohem skrze smrt jeho Syna.*“⁷⁷ A proto my všichni, dokonce předtím, než jsme byli narozeni, jsme byli, abych tak řekl, započítáni do onoho posvátného „*pamatuj*“, které se Nejvyšší Kněz, Kristus, modlil při oné nejposvátnější mši, kterou vykonal na oltáři kříže. Čím se tedy, má duše, odvděčíš Pánu za všechno, co ti prokázal dokonce dříve, než jsi byla? Milostivý Pán tě také viděl mezi [těmi] svými nepřáteli jako někdy budoucí, a – ačkoliv jsi to nevyhledávala ani nežádala – [přece] se za tebe modlil k Otci, aby se ti nepřičítala [tvá] poštilost. Zdali i ty nejsi vázána vždy pamatovat na tak sladkého ochránce a všemi silami se namáhat, aby ti neutekla žádná příležitost mu sloužit? A zdali by se také nehodilo, aby ses, pohnut tak [vzácným] příkladem, naučil také ty, nejen lehce odpouštět svým nepřátelům a modlit se za ně, ale také k takovému počínání přivést koho jen můžeš? Zajisté, tak tomu je, a to chci a umiňuji si konat, jen ať mi ten, který [nám] dal tak znamenitý příklad, k [tomuto] tolik velikému dílu daruje také účinnou pomoc.

„*Neboť nevědí, co činí.*“ Aby se přímluva zdála být rozumnou, Kristus, jak jenom mohl, zmenšuje nebo omlouvá zločin svých nepřátel. Zajisté nemohl omluvit nespravedlnost u Piláta, ani ukrutnost u vojáků, ani závist u velekněží, ani hloupost a nevděčnost lidu, ani falešná svědectví křivopřísežníků.

⁷⁷ Ř 5,10.

populo neque falsa testimonia in pejurantibus.⁷⁸ Hoc solum restabat, ut excusaret in omnibus ignorantiam. Vere enim, ut Apostolus loquitur, *si cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent* (1 Cor 2,8). Sed quamvis neque Pilatus neque principes sacerdotum neque populus neque ministri cognovissent Christum esse Dominum gloriae, cognovit tamen Pilatus illum fuisse virum justum et sanctum et a principibus sacerdotum per invidiam traditum; et agnoverunt principes sacerdotum illum vere esse Christum in lege promissum, ut sanctus Thomas (In Comment. ad 2. c. prioris ad Corint.) docet; quia negare non poterant neque negabant, eum multa signa facere, quae Messiam facturum fuisse Prophetae praedixerant. Cognovit denique populus, Christum sine causa justa damnari, palam clamante Pilato: *Nullam causam inveni in eo* (Lc 23,14), et: *Innocens ego sum a sanguine justi hujus* (Mt 27,24). Quamvis autem non cognoverint Judaei, sive principes sive populi, Christum esse Dominum gloriae, tamen cognoscere potuissent, nisi malitia excaecasset corda illorum. Sic enim loquitur sanctus Joannes (Io 12,37.39.40): *Cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant, quia dixit Isaias* (Is 6,9; Mt 13,14; Mc 4,12; Lc 8,10; Act 28,26; Rom 11,8): *Excaeca cor populi hujus et aures ejus aggrava, ut videntes non videant, et audientes non*

Zůstávalo jen to jediné, aby u všech omlouval nevědomost. Skutečně totiž, jak říká apoštol: „*Jestliže by byli poznali, nikdy by Pána slávy nebyli ukřižovali.*“⁸⁴ Ale jakkoliv ani Pilát ani velekněží ani lid ani služebníci nepoznali, že Kristus je Pán slávy, přece Pilát poznal, že on je muž spravedlivý a svatý, vydaný velekněžími ze závisti; a velekněží poznali, že on je skutečně Kristus předpovězený v Zákoně, jak učí sv. Tomáš,⁸⁵ protože nemohli popřít, a ani nepopírali, že činí mnohá znamení, o nichž proroci předpověděli, že je Mesiáš bude konat. A ostatně i lid poznal, že je Kristus odsouzen bez spravedlivé příčiny, když Pilát zvolal: „*nenašel jsem na něm nic*“⁸⁶ a: „*já nemám vinnu na krvi tohoto spravedlivého*“.⁸⁷ Jakkoliv však Židé, ať už vůdci nebo lid, nepoznali, že je Kristus Pánem slávy, přece to ale poznat mohli, kdyby jen zloba nezaslepila jejich srdce. Sv. Jan totiž říká: „*Přestože před nimi učinil taková znamení, nevěřili, protože Izajáš řekl: Zatemni srdce tohoto lidu a zacpi jeho uši, aby hledíce neviděli a poslouchající neslyšeli, a neobrátili se a já je neuzdravil.*“⁸⁸ Zaslepenost totiž zaslepeného neomlouvá, protože je dobrovolná a následná, ne předcházející. Tímto způsobem také ti, kteří hřeší ze zloby, vždycky trpí jakousi nevědomostí, která však neomlouvá, protože nepředchází, nýbrž následuje.

⁷⁸ Pejuro, as, avi, atum, are, – idem ac perjuro; pejerare est falso et animo fallendi jurare, seu juramentum infringere; quod juramento ac verbis concipitur, non facere.

⁸⁴ 1Kor 2,8.

⁸⁵ Sv. Tomáš Akvinský, *Komentář na 1. list Korint'anům*, 2, 3.

(viz: <https://www.corpusthomicum.org/c1c.html> - slova: „Sed et Phariseae, et Scribae in lege periti“ etc.)

⁸⁶ Lk 23,14.

⁸⁷ Mt 27,24.

⁸⁸ J 12,37.39.40; Iz 6,9; Mt 13,14; Mk 4,12; Lk 8,10; Sk 28,26; Ř 11,8.

*audiant, et convertantur, et sanem eos. Neque vero excaecatio excusat excaecatum, quia voluntaria et concomitans*⁷⁹ *est, non praecedens. Ad quam modum illi etiam, qui ex malitia peccant, laborant semper ignorantia aliqua, quae tamen non excusat, quia non praecedit, sed comitatur. Vere enim Sapiens (Pr 14,22) dicit: Errant, qui operantur malum. Et vere etiam Philosophus dicit: Omnis malus ignorans. Et de omnibus peccantibus vere dici potest: Non sciunt, quid faciunt. Nemo enim potest velle malum sub ratione mali, quia voluntatis objectum non est res bona vel mala, sed solum bona, atque idcirco*⁸⁰ *qui eligunt malum, semper eligunt sub ratione boni repraesentatum, immo etiam sub specie maximi boni, quod tunc obtineri possit. Cujus rei causa est perturbatio partis inferioris, quae offundit*⁸¹ *tenebras rationi et facit, ut non discernat nisi id parum boni, quod est in ea re, quae appetitur. Qui enim eligit adulterium vel furtum*⁸² *facere, numquam eligeret, nisi attenderet ad bonum delectationis vel lucri, quod est in adulterio vel furto; et nisi oculos mentis clauderet ad malum turpitudinis*⁸³ *vel iniustitiae, quae est in adulterio vel furto. Itaque similis est omnis, qui peccat, homini, qui, ex alto semetipso in fluvium praecipitare cupiens, ante claudit oculos ac postea semet in flumen projicit. Sic igitur omnis, qui male agit, odit lucem et ignorantia voluntaria laborat, quae non excusat, quia voluntaria est.*

V pravdě totiž mudrc říká: „*Bloudí, kdo páchají zlo.*“⁸⁹ A pravdivě říká i Filosof: „*Každý zlý je nevědoucí.*“⁹⁰ Tak se i o všech hřešících může říci: „*nevědí, co činí*“. Nikdo totiž nemůže chtít zlo pro samé zlo, protože předmětem vůle není věc buď dobrá anebo zlá, ale pouze dobrá, a proto, ti, kdo volí zlo, vždy si ho volí pod záminkou nějakého dobra, ba dokonce pod zdáním dobra nejvyššího, které by v tu chvíli mohli dosáhnout. Příčinou této věci je rozvíření nižší stránky [člověka], které zatemňuje úsudek a způsobuje, že rozpoznává pouze tu trochu dobra, která je ve věci, po níž dychtí. Kdo si totiž volí vykonat smilstvo nebo krádež, nikdy by si to nezvolil, kdyby neupínal pozornost na dobro potěšení nebo zisku, které je obsaženo ve smilstvu nebo v krádeži, a kdyby nezavíral oči [svě] mysli vůči zlu nečistoty nebo nespravedlnosti, které je ve smilstvu nebo krádeži. A tak je každý, kdo hřeší, podobný člověku, který se chce z nějaké výšky vrhnout do řeky, ale nejdřív zavře oči, a až potom skočí. Tak tedy každý, kdo činí zlo, nenávidí světlo a trpí dobrovolnou nevědomostí, která neomlouvá, protože je dobrovolná. Avšak jestliže neomlouvá, proč Pán říká: „*odpusť jim, neboť nevědí, co činí*“? Na to se může odpovědět, že slova Páně se mohou rozumět na prvním místě o těch, kdo ho křížovali, o nichž je pravděpodobné, že vůbec nevěděli nejen

⁷⁹ Concomito, as, avi, atum, are (cum et comito) – Part. *Concomitans* et *Concomitatus*. – Concomito est simul comito.

⁸⁰ Idcirco est pro *id circa*, et significat ideo, propterea.

⁸¹ Offundere est ante vel circum fundere, objicere, injicere.

⁸² Furtum, i, n. (fur) – occulta ablatio rei alienae.

⁸³ Turpitude, inis, f. (turpis) – deformitas, probrum, dedecus, infamia, labes, macula, vitium, obscenitas.

⁸⁹ Př 14,22

⁹⁰ Aristoteles, *Etika Nikomachova*, 3. kniha.

At si non excusat, cur Dominus ait: *Dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt?* Ad hoc responderi potest, verba Domini primum intellegi posse de crucifixoribus, quos probabile est, penitus ignoravisse Christi non solum divinitatem, sed etiam innocentiam, et simpliciter functos officio suo. Pro his ergo verissime Dominus dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.*

Deinde si intellegantur de nobis, qui nondum eramus, vel de multis peccatoribus absentibus, qui vere nesciebant, quid tunc Hierosolymis ageretur, verissime Dominus dixit: *Nesciunt, quid faciunt.* Denique si intellegantur de iis, qui praesentes erant vel innocentem hominem non ignorabant: tunc dicendum erit, Christi caritatem tantam fuisse, ut peccatum inimicorum suorum extenuare voluerit, eo modo, quo poterat. Quamvis enim ignorantia illa simpliciter non excuset, tamen rationem aliquam, quamvis tenuem, excusationis habere videtur; quia gravius peccassent, si omni prorsus ignorantia caruissent. Et quamvis non ignoraret Dominus, excusationem illam non tam excusationem quam umbram excusationis esse, voluit tamen illam afferre, ut ex ea intellegeremus bonam ejus voluntatem erga peccatores, et quam avidē⁹¹ arripuisset⁹² excusationem meliorem etiam pro Caipha et Pilato, si ulla melior et rationabilior inveniri potuisset.

o Kristově božství, ale ani o jeho nevinnosti, a jednoduše konali svou službu. O nich tedy Pán zcela pravdivě řekl: „*Otče, odpusť jim, neboť nevědí, co činí.*“

Dále, jestliže se [ta slova] budou rozumět o nás, kteří jsme ještě neexistovali, nebo o mnohých nepřítomných hříšnících, kteří skutečně nevěděli, co se tehdy dělo v Jeruzalémě, zcela správně Pán řekl: „*nevědí, co činí.*“ A konečně, jestliže se budou rozumět o těch, kteří byli přítomni nebo věděli, že je [Kristus] nevinným člověkem, pak bude třeba říci, že Kristova láska byla tak veliká, že chtěla hřích svých nepřátel zmenšit, jak jen mohla. Jakkoliv totiž ona nevědomost jednoduše neomlouvá, přece se však zdá, že v sobě má jakýsi důvod k omluvě, i když nepatrný, protože ještě hůře by hřešili, kdyby měli zcela plné poznání. A přestože Pán věděl, že ta nevědomost není ani tak nevědomostí, jako spíše jen jejím stínem, přece ji chtěl uvést, abychom z toho pochopili jeho dobrou vůli vůči hříšníkům, a jak rád by se chopil i lepší omluvy dokonce i pro Kaifáše a Piláta, kdyby jen bylo možné nějakou lepší a rozumnější nalézt.

⁹¹ Avidē, adverb. (avidus). – est cum aviditate, cupide.

⁹² Arripio vel adripio, ripis, ripui, reptum, ripere (ad et rapio) – est quasi ad me rapio, ideoque vi prehendo, cum impetu capio.

CAPUT II

*De primo fructu primi verbi in Cruce prolati.
– Charitas quam nos docet ardentissima
Christi charitas.*

Explicavimus, quae sit sententia primi verbi a Christo in Cruce prolati, nunc fructus aliquos, eosque optimos et nobis omnibus utilissimos ex eo verbo decerpere⁹³ meditando curabimus. Primum omnium ex hac prima parte contionis Christi in cathedra Crucis habitae discimus, caritatem Christi ardentio⁹⁴ fuisse, quam nos intellegere vel cogitare possimus. Atque hoc est, quod Apostolus, ad Ephesios scribens, ait: *Scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi* (Eph 3,19). Significat⁹⁵ enim eo loco Apostolus, per mysterium Crucis posse nos discere, magnitudinem charitatis Christi tantam esse, ut superemineat scientiam nostram; cum sit major, quam ut nos eam cognitione apprehendere valeamus. Nos enim cum uno aliquo gravi dolore cruciamur, sive dentium, sive oculorum, sive capitis, sive alterius membri, ita in illo uno tolerando occupamur, ut nihil aliud cogitare possimus: ideo neque visitationes amicorum neque negotiorum tractatores⁹⁶ admittimus. Christus autem crucifixus coronam spineam in capite gerebat, ut satis aperte docent antiquissimi scriptores, Tertullianus latinus libro contra Judaeos (Cap. 13), et Origenes Graecus in Matthaeum

KAPITOLA 2.

*První ovoce prvního slova z kříže – láska,
které nás učí nejhoroucnější láska Kristova.*

Vyložili jsme, jaký je smysl prvního slova proneseného Kristem na kříži, nyní se postaráme z tohoto slova rozjímáním vytěžit nějaké plody, a to ty nejlepší a nám všem nejprospěšnější. Jako první ze všeho se z této první části Kristova kázání proneseného z katedry kříže učíme, že láska Kristova byla horoucnější než my můžeme pochopit nebo si pomyslet. To je to, co říká apoštol Efezanům: „*poznat také lásku Kristovu, nadevše převyšující každé poznání*“.¹⁰⁵ Apoštol totiž na tomto místě poukazuje na možnost se skrze tajemství kříže poučit, že velikost lásky Kristovy [veškeré] naše poznání dalece přesahuje, neboť je větší, než abychom ji my [svým] poznáním mohli uchopit. My totiž, když jsme trápeni nějakou jednou bolestí, buďto zubů, nebo očí, nebo hlavy, nebo jiné části [těla], jsme tak zaujati tou jednou věcí, kterou musíme snášet, že nemůžeme myslet na nic jiného, a proto nepřijímáme návštěvy, ani přátelské, ani ty pracovní. Avšak Kristus ukřižovaný měl na hlavě trnovou korunu, jak dost jasně učí nejstarší spisovatelé, Latiník Tertulián v knize proti Židům¹⁰⁶ a Řek Origenes [ve výkladu]

⁹³ Decerpo est carpando detraho, ut proprie fit quum poma ex arboribus, vel flores ex plantis manu legimus.

⁹⁴ Ardeo est idem ac flagro, conflagro, cremor.

⁹⁵ Significo est signum facio, per signa ostendo, indico, declaro.

⁹⁶ Tractator, oris, m. (tracto) – proprie est qui trahit seu tractat, transvector; peculiari sensu *tractatores* erant, qui delicatis dominis membra singula vel in balneo vel in lectulo artificii manu leniter tractabant et fricabant, tum valetudinis, tum voluptatis causa; translate est qui de aliqua re tractat commentando, disserendo aut contionem habendo.

¹⁰⁵ Ef 3,19.

¹⁰⁶ Tertulián, *Proti Židům* (*Adversus Judaeos*), 13: PL 2, 633.

(Tract. 35): proinde caput ad Crucem sine dolore applicare sive admoveere non poterat. Manus ejus et pedes clavi tenebant, ex quorum terebratione⁹⁷ dolorem acerbissimum et continuum Dominus hauriebat. Corpus nudum et multa flagellatione et longis itineribus fatigatum, ad ignominiam et frigus⁹⁸ publice expositum, et pondere suo manuum et pedum vulnera cum immani et perpetuo cruciatu dive-xans,⁹⁹ pio Domino multos simul dolores et quasi cruces plurimas afferebat. Et tamen, o caritas vere scientiam nostram superans! his omnibus contemptis, quasi nihil ipse pateretur, de sola inimicorum suorum salute sollicitus et impendens illis periculum avertere cupiens, ad Patrem clamat: *Pater, dimitte illis*. Quid faceret, si scelesti illi homines persecutionem injuste paterentur, non facerent? si amici, si consanguinei, si filii, non hostes, non proditores, non scelestissimi parricidae fuissent? Vere, benignissime Jesu, caritas tua scientiam nostram vincit. Video enim cor tuum inter tot procellas¹⁰⁰ injuriarum et passionum, quasi scopulum¹⁰¹ in medio mari fluctibus undique assidue pulsatum, immotum tamen et pacificum. Aspicias enim hostes tuos crudeles, qui post tot mortalia inflictas¹⁰² vulnera patientiam tuam irident et laetantur, cum malefecerint: aspicias, inquam, non ut inimicus inimicos ferocientes,¹⁰³ sed ut Pater filiolos vagientes, vel ut

na Matouše.¹⁰⁷ Proto nemohl [ani] přiložit hlavu nebo [ji] nahnout ke kříži bez bolesti. Jeho ruce a nohy držely hřeby, jejichž zařezávání se [do ran] způsobovalo Pánu nejprudší a neustálou bolest. [Jeho] obnažené tělo, vyčerpané strašným bičováním a křížovou cestou, veřejně vystavené potupě a chladu, a vlastní vahou s nesmírným a neustálým trýzněním rozdírající rány v rukou a nohou, způsobovalo dobrotivému Pánu zároveň mnoho bolestí a jakoby rozličných křížů. A přece, ó Lásko v pravdě naše poznání převyšující, toho všeho si nevšímá, jako by sám nic netrpěl, starostliv jen o spásu svých nepřátel, a toužící odvrátit nebezpečí jim hrozící, volá k Otci: „*Otče, odpusť jim*.“ Co by dělal, kdyby tito zločinci, nespravedlivě trpěli pronásledování, a ne ho sami působili? Kdyby to byli bývali přátelé, příbuzní či synové, a ne nepřátelé, zrádci a nejzločinnější otcovrazi? Skutečně, nejdobrotivější Ježíši, tvá láska naši vědomost překonává. Vidím totiž tvé srdce mezi tolika bouřemi nespravedlností a utrpení jako skalisko uprostřed moře, bez přestání odevšad zmítané proudy, a přece nepohnuté a pokojné. Pohlížíš totiž na své ukrutné nepřátele, kteří se poté, co ti zasadili tolik smrtelných ran, vysmívají z tvé trpělivosti a jásají, že ti způsobili zlo; pohlížíš, pravím, na ně, ne jako nepřítel na běsnící nepřátele, ale

⁹⁷ Terebro, as, avi, atum, are – est terebra pertundo; transfodere, ferire, vulnerare – vrtat, propíchnout.

⁹⁸ Frigus, oris, n.

⁹⁹ Divexo, as, avi, atum, are – est vexo, huc illuc pro libitu veho, asporto, diripio.

¹⁰⁰ Procella, ae, f. – vis venti cum pluvia – bouře.

¹⁰¹ Scopulus est proprie locus editus, hinc rupes, saxum eminens, sive in mari, sive in monte, sive alibi: a voce Graeca allata, quae a σκοπή, specula: quia ex scopulo circumspici late potest.

¹⁰² “Infligere alicui securim.”

¹⁰³ Ferocio est ferox fio, ferociam exerceo: et occurrit fere translate; *Quintil.* 10. 3. 10. Ferocientes equos frenis coercere.

¹⁰⁷ Origenes, *Výklad na Matoušovo evangelium*, 35: PG 13, 1646.

medicus aegrotos ex gravi morbo delirantes; ideo non eis irasceris, sed eorum misereris et omnipotenti Patri curandos sanandosque commendas. Haec enim vis est verae caritatis, ut cum omnibus pacem habeat, nullos reputet¹⁰⁴ inimicos, sed et cum iis, qui oderunt pacem, vivet pacifice.

Atque hoc est, quod in cantico amoris de virtute perfectae caritatis praedicatur: *Aquae multae non potuerunt extinguere caritatem, neque flumina obruent illam* (Ct 8,7). Aquae multae passiones multae sunt, quas nequitiae¹⁰⁸ spirituales, quasi tartareae procellae, per Judaeos et gentiles, quasi nubes odiorum gravidas, in Christum effuderunt: sed tamen diluvium istud aquarum, id est poenarum, non potuit extinguere incendium caritatis, quod ardebat in pectore Christi. Ideo Christi caritas in diluvio illo aquarum multarum eminebat et ardebat,¹⁰⁹ dicens: *Pater, dimitte illis*. Nec solum aquae illae multae non potuerunt extinguere caritatem Christi, sed neque deinceps flumina persecutionum obruere potuerunt caritatem membrorum Christi. Ideo paulo post caritas vere christiana ardens in pectore S. Stephani non potuit exstingui ab imbre lapidum, sed exarsit et clamavit: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* (Act 7,59). Ac deinceps Christi perfecta atque invicta caritas propugnata in multis milibus sanctorum Martyrum et

jako otec na plačící dítky nebo jako lékař na nemocné, blouznící v těžké chorobě; a proto se na ně nehněváš, ale slitováváš se nad nimi a doporučuješ je všemohoucímu Otci jako ty, kdo potřebují péči a uzdravení. Taková je totiž moc pravé lásky, že má se všemi pokoj a nikoho nepokládá za nepřítele, nýbrž i s těmi, kteří nenávidí pokoj, žije pokojně.

A toto se také hlásá v Písni písní o síle dokonalé lásky: „*Záplavy vod lásku neuhasí, ani řeky ji nezaplaví*.“¹¹⁰ Záplavy vod jsou mnohá utrpení, která jako bouře podsvětí na Krista vychrlili duchové nepravosti skrze Židy i pohany, jako [nějaká] oblaka obtěžkaná nenávistí. Přece však tahle záplava vod, tedy [celá řada] mučení, nedokázala zahasit požár lásky, který planul v Kristově hrudi. A proto Kristova láska v této záplavě mnohých vod vynikala a planula, říkájíc: „*Otče, odpusť jim*.“ A nejen že tyto mnohé vody nedokázaly zahasit lásku Kristovu, ale ani potom, řeky pronásledování nemohly udusit lásku Kristových věrných. Stejně tak o trochu později láska vpravdě křesťanská, hořící v srdci sv. Štěpána, nemohla být uhašena ani lijákem kamenování, nýbrž vzplála a zvolala: „*Pane, nepřičítej jim tento hřích*.“¹¹¹ A také později, Kristova dokonalá a nepřemožená láska obléhaná v mnoha tisících svatých mučedníků a vyznavačů odolávala proudům pronásledovatelů, někdy neviditelných, jindy i

¹⁰⁴ Reputo, as, avi, atum, are, – est rationem in eo, computo.

¹⁰⁸ Nequitia, ae, f. *et* nequities, ei, f. (nequam) – est mala rei qualitas vel conditio, qua aliquid nullo est pretio nullique usui – “nequitiae spirituales” – (tyto) duchovní nuly; duchovní nemohoucnosti (=démoni, opak duchovních mocností).

¹⁰⁹ Ardeo, es, arsi, arsum, ere, n. – est idem ac flagro, conflagro, cremor.

¹¹⁰ Pis 8,7.

¹¹¹ Sk 7,59.

Confessorum ita pugnavit adversus flumina persecutorum tum invisibilium, tum visibilium, ut vere dici possit, usque ad mundi consummationem neque flumina passionum obruent incendium caritatis.

Ac ut ab humanitate Christi ad divinitatem ejus ascendamus, magna fuit Christi hominis caritas erga crucifixores suos: sed major fuit erga eosdem et postea erit usque ad mundi consummationem caritas Christi Dei et Patris ejus ac Spiritus Sancti erga homines, qui cum ipso Deo inimicitias gerunt¹¹² et, si possent, deturbarent eum de caelo et in crucem agerent atque occiderent. Quis cogitando assequi¹¹³ poterit caritatem Dei erga homines ingratos et malos? Angelis peccantibus non pepercit Deus (2Pt 2,4) neque locum paenitentiae indulgit:¹¹⁴ homines peccantes et blasphemantes et ad diabolum, hostem Dei, deficientes, patienter saepe tolerat; nec solum tolerat, sed interim pascit ac nutrit, quin etiam sustentat ac portat: *In ipso enim vivimus, movemur, et sumus*, ut Apostolus loquitur (Act 17,28). Nec solum boni ac justi, sed etiam ingrati et mali, ut Dominus loquitur apud Lucam (Lc 6,35). Nec solum bonus Dominus noster nutrit et pascit, sustentat et portat inimicos suos, sed etiam saepe cumulat beneficiis, ornat ingenio, divitiis auget, evehit¹¹⁵ ad honores, sublimat ad regna:

viditelných, a proto můžeme zcela správně říci, že až do završení světa žádné řeky utrpení požár lásky nezahasí.

A abychom od Kristova lidství vystoupili k jeho božství: veliká byla láska Krista člověka k těm, kdo ho křižovali, avšak větší byla, a také potom až do skončení světa bude, láska Krista Boha a jeho Otce i Ducha svatého k lidem, kteří jsou s Bohem v nepřátelství, a kdyby mohli, svrhli by ho z nebe a hnali by ho na kříž i zabili. Kdo dokáže svým myšlením dosáhnout Boží lásku vůči nevděčným a zlým lidem? Hřešící anděly Bůh neušetřil¹¹⁷ a nedopřál jim možnost k pokání. [Avšak] lidi hřešící a rouhající se a odpadající k ďáblu, Božímu nepříteli, často trpělivě snáší, a nejen snáší, ale zároveň i krmí a živí, ba dokonce podpírá a nese. „*V něm totiž žijeme, hýbeme se a jsme*,“ jak říká apoštol.¹¹⁸ Nejen dobří a spravedliví, ale také nevděční a zlí, jak říká Pán u Lukáše.¹¹⁹ A nejen že náš dobrý Pán živí a krmí, podpírá a nese své nepřátele, on je často i zahrnuje dobry, zdobí nadáním, zvelebujeme bohatstvím, vynáší k počtám a pozdvihuje ke královstvím. A přitom trpělivě čeká, že se obrátíme od cesty nepravosti a zahynutí.

¹¹² Gero, geris, gessi, gestum, gerere – est agere, ferre, portare, secum habere.

¹¹³ Assequor est ad eum, quem sequor, pervenio, consequor.

¹¹⁴ Indulgeo, dulges, dulsei, dultum, dulgere – generatim indulgere est facile concedere, plus aequo permittere, gratificari, χαρίζομαι.

¹¹⁵ Eveho, vehis, vexe, vectum, vehere (ex et veho) – extra vehere, exportare, povznášet.

¹¹⁷ 2Petr 2,4.

¹¹⁸ Sk 17,28.

¹¹⁹ Lk 6,35.

atque interim patienter expectat, ut revertamur¹¹⁶ a via iniquitatis et perditionis.

Ac ut cetera omittamus, quae infinitam orationem desiderarent, si de caritate Dei in homines malos atque inimicos divinae majestatis omnia, quae dici possent, enumerare vellemus; Christi beneficium solum, de quo nunc agimus, consideremus.¹²⁰ Nonne *sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* (Io 3,16)? Mundus inimicus Dei est, nam *in maligno positus est* (1 Io 5,19), ut loquitur sanctus Joannes. Et: *Qui diligit mundum, non est caritas Patris in eo* (1 Io 2,15), ut idem ipse testis est. Et: *Amicitia mundi hujus inimicitia est Dei* (Iac 4,4). Et: *Qui voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus Dei constituitur*, ut scribit sanctus Jacobus (Iac 4,4). Deus igitur, diligens mundum, inimicum suum dilexit, sed ut faceret amicum. Nam ideo misit ad illum Filium suum, qui est *Princeps pacis* (Is 9,6), ut per eum reconciliaretur¹²¹ mundus Deo. Ideo enim nascente Christo cecinerunt Angeli: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax* (Lc 2,14). Itaque Deus dilexit mundum inimicum, ut per Christum offerret illi reconciliationem, et reconciliatus¹²² evaderet supplicium debitum inimico. Mundus Christum non recepit, auxit culpam, insurrexit in mediatorem, inspiravit Deus

A bychom pominuli ostatní, co by si vyžadovalo nekonečnou řeč – kdybychom chtěli o lásce Boží k lidem zlým a nepřítelům Božího majestátu vypočítat vše, co by se říci dalo – sledujme¹²⁴ jen samotné Kristovo dobrodiní, o němž nyní pojednáváme. Vždyť „*Bůh tak miloval svět, že Syna svého jednorozeného dal*.“¹²⁵ Svět je Božím nepřítelem, neboť „*je pod mocí zlého*“,¹²⁶ jak říká sv. Jan. A „*kdo miluje tento svět, v tom není láska Otce*“,¹²⁷ jak svědčí tentýž [apoštol]. „*Přátelství s tímto světem je nepřátelstvím s Bohem*.“ A „*kdo chce být přítelem tohoto světa, stává se nepřítelem Božím*“, jak píše sv. Jakub.¹²⁸ Když tedy Bůh miloval svět, miloval svého nepřítele, ale proto, aby ho učinil přítelem. Neboť proto poslal na svět svého Syna, jenž je „*Kníže pokoje*“,¹²⁹ aby skrze něj byl svět usmířen s Bohem. Proto také při Kristově narození zpívali andělé: „*Sláva na výsostech Bohu a na zemi pokoj*.“¹³⁰ Bůh tedy miloval svět, svého nepřítele, aby mu skrze Krista přinesl smíření, a smířený aby [svět] unikl trestu, náležejícímu nepříteli. Svět Krista nepřijal, rozmnožil vinu, povstal proti prostředníku; Bůh prostředníku vnukl, aby za zlo odplácel

¹¹⁶ Revertō, vertis, verti, versum, vertere; ut revertamur – conj. praes. pass. – abychom se obrátili, že se obrátíme.

¹²⁰ Considerare est oculis inspicere, attente intueri.

¹²¹ Reconcilio, as, avi, atum, are – in gratiam restituo, in concordiam reduco, pacem aut amicitiam rursus concilio et jungo.

¹²² (Mundus) reconciliatus.

¹²⁴ Lat. sloveso considerare – pohlížet, nahlížet, pozorovat, sledovat, rozhlížet se, prohlížet si, rozjímat, rozvažovat, rozmýšlet – se svými odvozeninami se v celém textu vyskytuje skoro 30krát, a nebylo možno ho překládat jen jedním termínem. Viz název knihy sv. Bernarda De consideratione.

¹²⁵ J 3,16.

¹²⁶ 1J 5,19.

¹²⁷ 1J 2,15.

¹²⁸ Jak 4,4.

¹²⁹ Iz 9,6.

¹³⁰ Lk 2,14.

mediatori, ut redderet bona pro malis et roga-
ret pro persecutoribus:¹²³ rogavit, *exauditus est*
pro sua reverentia (Hbr 5,7). Expectavit Dei
patientia, ut mundus per Apostolorum praedi-
cationem paenitentiam ageret; et qui paeniten-
tiam egerunt, indulgentiam acceperunt; qui
non egerunt, tandem post longam Dei patien-
tiam justo Dei judicio exterminati sunt. Vere
igitur ex hoc primo Christi verbo discimus su-
pereminentem scientiae caritatem Christi, dis-
cimus quoque supereminentem scientiae cari-
tatem Dei Patris, qui *sic dilexit mundum, ut*
Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui
credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam
aeternam (Io 3,16).

CAPUT III

De altero fructu ejusdem primi verbi a Christo
in Cruce prolati. – Condonatio injuriarum.

Alter fructus, et quidem valde salutaris omni-
bus gustantibus eum, erit, si discant homines
acceptas injurias facile condonare, ac per hoc
amicos sibi ex inimicis facere. Ad hoc autem
persuadendum¹³³ satis magnum argumentum
esse deberet exemplum Christi et Dei. Nam si
Christus crucifixoribus ignovit¹³⁴ et pro eis-
dem oravit, cur id non faciet christianus? si
Deus Creator, qui posset ut Dominus et Judex
statim ultionem sumere de peccatoribus, ta-
men expectat, ut peccator ad paenitentiam re-
deat, et ad pacem et reconciliationem

dobrem a modlil se za pronásledovatele, [a on
se opravdu] modlil „*a byl vyslyšen pro svou*
uctivost“.¹³¹ Boží trpělivost čekala, že bude
skrže kázání apoštolů svět konat pokání; a ti
kteří pokání vykonali, obdrželi odpuštění;
kteří nevykonali, byli nakonec, po dlouhé
Boží trpělivosti, vyhlazeni spravedlivým Bo-
žím soudem. Vpravdě se tedy z tohoto prv-
ního Kristova slova učíme lásce Kristově, na-
devše převyšující každé poznání, a učíme se
také každé poznání nadevše převyšující lásce
Boha Otce, který „*tak miloval svět, že Syna*
svého jednorozeného dal, aby každý, kdo
v něho věří, nezahynul, ale měl život
věčný“.¹³²

KAPITOLA 3.

*Druhé ovoce téhož prvního slova z kříže – od-
pouštění bezpráví.*

Druhý plod, který je všem, kdo ho okusí,
vskutku velice spasitelný, bude, když se lidé
naučí snadno odpouštět bezpráví, jichž se jim
dostalo, a tím si z nepřátel získávat přátele.
Dosti velkým argumentem, přesvědčujícím
k tomu, by měl být příklad Krista a Boha.
Vždyť jestliže Kristus prominul těm, kdo ho
křížovali, a modlil se za ně, proč to neučiní
křesťan? Jestliže on – Bůh a Stvořitel – jenž
by mohl jako Pán a Soudce hříšníky okamžitě
potrestat, přece čeká, že se hříšníci obrátí
k pokání, a zve je k pokoji a smíření,

¹²³ Persecutor, oris, m. – est qui comitatur seu prosequitur.

¹³¹ Žid 5,7.

¹³² J 3,16.

¹³³ Persuadere est eo usque suadere, ut credatur, probetur, fidem facere, probare.

¹³⁴ Ignosco, gnoscis, gnovi, gnotum, gnoscere.

invitat,¹³⁵ paratus ignoscere iis, qui majestati suae injuriam fecerunt, cur id non faciet creatura? Adde, quod injuriae condonatio non caret ingenti praemio. Scriptum est in historia de vita et obitu sancti Engelberti, archiepiscopi Coloniensis (Vide apud Surium, die 7 Nov), quod, cum ille in itinere positus ab inimicis suis occideretur et ille in corde suo diceret: *Pater, ignosce illis*, revelatum de eo fuit, quod ob illam unam actionem Deo supra modum gratam non solum anima illa subito ab Angelis suscepta in caelum delata fuerit, sed etiam, inter choros Martyrum collocata, palmam et coronam Martyrum acceperit et multis post obitum miraculis claruerit.

O, si scirent homines christiani, quam facile possent, si vellent incomparabilibus thesauris ditari¹³⁷ et quam illustres honorum et gloriae titulos promereri,¹³⁸ si vellent perturbationibus animi sui dominari et breves ac parvas injurias excelso animo praeterire: certe non tam duri et inexorabiles¹³⁹ essent ad injurias condonandas vel tolerandas. Sed inquiunt, videtur omnino juri naturae adversari,¹⁴⁰ quod quis injuste se conculcari¹⁴¹ et verbis aut factis violari patiatur; videmus enim animantia bruta,¹⁴² quae solo naturae instinctu¹⁴³ ducuntur, in bestias inimicas, ubi eas conspexerint, acriter

připraven odpustit těm, kdo se vůči jeho majestátu dopustili bezpráví, proč to neudělá stvoření? Dodejme, že odpuštění bezpráví je spojeno s velikou odměnou. Ve vyprávění o životě a smrti kolínského arcibiskupa sv. Engelberta se píše,¹³⁶ že když tento [svatý] putoval a byl zabit svými nepřáteli, i on ve svém srdci říkal: „*Otče, odpusť jim.*“ A bylo [pak] o něm zjeveno, že pro tento jeden Bohu nadmíru milý skutek, byla jeho duše nejen okamžitě přijata anděly a přenesena do nebe, ale byla také umístěna mezi zástupy mučedníků, přijala mučednickou palmu a korunu a po smrti se zaskvěla mnoha divy.

Ó, kdyby jen věděli, lidé křesťanští, jak snadno by se mohli, kdyby chtěli, obohatit o nesmírné poklady, a jak slavné tituly slávy a cti by si mohli zasloužit, kdyby jen chtěli ovládat znepokojení svého ducha a krátká a malá bezpráví opomíjet s povznesenou myslí! Jistě by [pak] nebyli tak tvrdí a neúprosní k odpouštění nebo snášení bezpráví. Avšak říkají, že se zdá odporovat právu přírody, aby někdo trpěl to, že je nespravedlivě pošlapáván a slovy či skutky utlačován; vidíme totiž, že nerozumní živočichové, kteří se řídí pouze přirozeným pudem, dravě útočí na ta zvířata, která jsou jim nepřátelská, a jen

¹³⁵ Invitare est vocare, advocare; et fere ad hospitalitatem refertur et convivium.

¹³⁶ Sv. Engelbert z Kolína, biskup a mučedník (1185–1225). Viz: Surius Laurentius (1522–1578), *Historiae seu vitae sanctorum*, na den 7. listopadu.

¹³⁷ Dito, as, avi, atum, are – dito est divitem facio.

¹³⁸ Promereor, eris, itus sum, eri – est idem ac mereri, tum in bonam, tum in malam partem.

¹³⁹ Inexorabilis, e adject. – implacabilis, qui exorari non potest.

¹⁴⁰ Adversor, aris, atus sum, ari, dep.

¹⁴¹ Conculco, as, avi, atum, are – est simul calco, proculco.

¹⁴² Translate brutus est qui minus sensu viget, tardus, iners, hebes, stupidus, stolidus: et occurrit ... De bestiis, iis praecipue, quae minus sensu vigent magisque tardae sunt ac stupidae – „nerozumná zvířata“.

¹⁴³ Instinctus, us, m. (instinguo) – instigatio, incitatio, impulsus; et proprie is, qui intus in animo fit; Bohem. pud.

insilire¹⁴⁴ easque morsibus vel calcibus¹⁴⁵ interimere. Experimur et ipsi in nobis, cum forte in inimicum nostrum incidimus, continuo accendi bilem,¹⁴⁶ ebullire¹⁴⁷ sanguinem, vindictae cupiditatem naturaliter exoriri. Fallitur omnino, qui sic ratiocinatur et confundit justam defensionem cum ultione injusta. Defensio justa reprehendi non potest: et hoc est, quod natura ipsa docet, vim vi repellere, non acceptam injuriam vindicare. Repugnare, ne injuria sibi fiat, nemo prohibet; sed acceptam injuriam ulcisci, lex divina vetat. Id enim non ad privatos homines, sed ad publicum magistratum pertinet. Et quia Deus Rex regum est, ideo clamat et dicit: *Mihi vindicta*,¹⁴⁸ *et ego retribuam* (Rom 12,19; Hbr 10,30).

Quod autem bestiae in bestias inimicas naturaliter irruant, id ex eo nascitur, quod bestiae sint et discernere nequeant inter naturam et vitium naturae. Homines autem, qui ratione praediti sunt, separare debent naturam sive personam, quae a Deo creata bona est, et vitium sive peccatum, quod malum est et a Deo non prodiit. Proinde debet homo, cum injuriam accepit, diligere personam et odisse injuriam, nec tam irasci homini inimico quam misereri, et imitari medicos, qui diligunt aegrotos et ideo diligentissime curant, sed odio habent morbum et ad eum expellendum et destruendum atque ad nihilum redigendum pro viribus incumbunt.¹⁵⁰

co je spatří, skáčou po nich a zabíjejí je hryzáním nebo drápy. A také sami na sobě zakoušíme, že když náhodou narazíme na svého nepřítel, hned se v nás rozpálí žluč, vzkypí krev a přirozeně povstává touha po odplatě. [Avšak] velice se mýlí, kdo takto usuzuje a směřuje spravedlivou obranu s nespravedlivou pomstou. Spravedlivá obrana nemůže být kárána, a to je to, čemu nás učí sama příroda, sílu zapuzovat silou, ne mstít obdržené bezpráví. Bránit se, aby se nám nedělo bezpráví, to nikdo nezakazuje, ale mstít se za obdržené bezpráví, to Boží zákon zabraňuje. To totiž není věcí soukromých lidí, ale veřejné moci. A protože je Bůh Král králů, volá a říká: „*Má je pomsta a já odplatím.*“¹⁴⁹

Že se však zvířata přirozeně vrhají na zvířata nepřátelská, pochází z toho, že jsou to zvířata a nedokáží rozlišovat mezi přirozeností a vadou přirozenosti. Lidé však, kteří jsou nadáni úsudkem, jsou povinni odlišovat přirozenost nebo osobu, která je od Boha stvořena jako dobrá, a vadu nebo hřích, který je zlý a nepochází od Boha. A proto je člověk povinen, když se mu stane bezpráví, milovat osobu, a bezpráví nenávidět; na člověka, který je mu nepřítelem se nehněvat, ale spíš ho litovat a napodobovat lékaře, kteří nemocné milují, a proto je co nejušlostnější léčit, avšak nenávidí nemoc a ze všech sil se namáhají ji vyhnat,

¹⁴⁴ Insilire est saltu ingredi, aut ascendere.

¹⁴⁵ Calx, calcis, f. – pars posterior imi pedis cum in hominibus, tum in brutis, quae et calcaneum dicitur.

¹⁴⁶ Bilis, is, f. – fel; Boh. žluč.

¹⁴⁷ Ebullio, is, ire est ferveo, bullas emitto; Bohem. vzkypět; (bulla, ae, f. – tumor globosus in aqua, aut aliquo alio liquore excrescens, cum bullit aut spumam facit, et repente evanescens).

¹⁴⁸ Vindicta, ae, f. (vindico) – est ultio.

¹⁴⁹ Ř 12,19; Žid 10,30.

¹⁵⁰ Incumbo, cumbis, cumbui, cubitum, cumbere – est in aliquid inclinari; enixe operam dare, insistere, intendere in aliquid; pro viribus incumbunt – ze všech sil se namáhají.

Atque hoc est, quod Magister et Medicus animarum, Christus, docuit, cum ait: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui vos oderunt, et orate pro persequentibus et calumniantibus*¹⁵¹ vos (Mt 5,44). Neque similis fuit Magister noster Christus scribis et pharisaeis, qui, docebant et non faciebant (Mt 23,2): sed sedens in cathedra sanctae Crucis, quod docuit, fecit: dilexit enim inimicos suos et pro iis oravit, dicens: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt*. Quod vero etiam in hominibus sanguis bullire incipiat, cum eos, a quibus injuriam acceperunt, vident, ratio est, quia sunt homines animales, et nondum didicerunt motus partis inferioris, quae nobis cum bestiis communis est, freno¹⁵² rationis coercere. Qui enim spirituales sunt et motibus corporis non subjacere, sed praeesse noverunt, non irascuntur inimicis, sed miserentur et beneficiis illos ad pacem atque concordiam allicere¹⁵³ student.

At hoc, inquiunt, nimis difficile est et durum, praesertim hominibus, qui, nobiliter nati, de honore solliciti¹⁵⁶ esse debent; immo vero facile est: nam jugum Christi, qui legem istam sectatoribus suis imposuit, suave est et onus ejus leve, ut Evangelia testantur (Mt 11,30); et mandata ejus gravia non sunt, ut sanctus Joannes affirmat (1 Io 5,3). Quod si difficilia et gravia nobis videntur, id nobis accidit, quia caritas Deo modica aut nulla in nobis est; nihil

zničit a zmařit. A to je to, čemu vyučoval Učitel a Lékař duší, Kristus, když říkal: „*Milujte své nepřátele, dobře číňte těm, kdo vás nenávidí, a modlete se za ty, kdo vás pronásledují a očerňují*.“¹⁵⁴ Náš Učitel Kristus se totiž nepodobal zákoníkům a farizejům, kteří učili, ale nekonali,¹⁵⁵ nýbrž spočívaje na katedře svatého kříže, co učil, to činil: miloval totiž své nepřátele a modlil se za ně slovy: „*Otče, odpusť jim, neboť nevědí, co činí*.“ Důvodem však toho, že v lidech začíná kypět krev, když vidí ty, kteří jim způsobili bezpráví, je to, že jsou to lidé živočišní a dosud se nenaučili uzdou úsudku krotit hnutí [své] nižší stránky, která je nám společná se zvířaty. Kdo jsou však duchovní a dokážou nepodléhat tělesným hnutím, nýbrž je ovládat, nehněvají se na nepřátele, ale slitovávají se a snaží se je dobrodiními přitáhnout k pokoji a svornosti.

Avšak – jak říkají – toto je příliš obtížné a tvrdé, především lidem vznešeného původu, kteří jsou povinni se starat o čest. Nikoliv, je to snadné! [Vždyť] Kristovo jho, které on [sám] svým následovníkům tímhle zákonem uložil, je sladké a jeho břemeno lehké, jak svědčí evangelia;¹⁶⁰ a jeho přikázání nejsou těžká, jak potvrzuje sv. Jan.¹⁶¹ A jestliže se nám zdají příliš obtížná a nesnadná, stává se nám to proto, že láska Boží je v nás nepatrná

¹⁵¹ Calumnior, aris, atus sum, ari, dep. – est calumnia utor, falsa crimina intendo.

¹⁵² Frenum, i, n. – instrumentum, quo equorum ora coercentur.

¹⁵³ Allicio est attraho, induco, ad aliquid blanditiis adduco, illicio, invito.

¹⁵⁴ Mt 5,44.

¹⁵⁵ Mt 23,2.

¹⁵⁶ Sollicitus est commotus, agitatus, jactatus.

¹⁶⁰ Mt 11,30.

¹⁶¹ 1J 5,3.

enim est difficile caritati, dicente Apostolo: *Caritas patiens est, benigna est, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet* (1 Kor 13,4.7). Neque solus Christus inimicos dilexit, quamvis in hac re super omnes emineat: nam in lege naturae sanctus Patriarcha Joseph inimicos suos, a quibus venditus fuit, mirifice dilexit (Gn 45,1ss.). Et in lege scripta David Saulem inimicum patientissime tulit, a quo longo tempore quaesitus est ad mortem, et ipse contra, cum posset Sauli necem inferre, semper abstinuit (1 Sm 24,1ss.). In lege autem gratiae Christi exemplum secutus est Stephanus Protomartyr, qui cum lapidaretur, orabat, dicens: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* (Act 7,59). Et sanctus Jacobus (Euseb. in hist. lib. 2 c. 22.), Apostolus et episcopus Hierosolymae, qui a Judaeis de loco sublimi dejectus, ac morti proximus clamabat: *Domine, da illis veniam, quia nesciunt, quid faciunt*. Et Apostolus Paulus de se et de Coapostolis suis dicit: *Maledicimur, et benedicimus; persecutionem patimur, et sustinemus; blasphemamur, et obsecramus* (1 Kor 4,12–13). Denique Martyres plurimi et innumerabiles alii, Christi exemplum secuti, hoc mandatum facile impleverunt. Sed inquiunt adhuc alii, non nego, ignoscendum esse inimicis; sed tempore suo, cum videlicet recesserit memoria acceptae injuriae et animus a turbatione illa conquieverit. Sed quid, si interim rapiaris ex

nebo žádná. Lásce totiž není nic obtížného, jak říká apoštol: „*Láska je trpělivá, dobrotivá, všechno snáší, všechno věří, všechno doufá, všechno vydrží*.“¹⁶² Avšak nejen sám Kristus miloval nepřátele, jakkoli v této věci nad všechny vynikal. V zákoně přirozeném sv. patriarcha Josef obdivuhodně miloval své nepřátele, jimiž byl prodán.¹⁶³ A v zákoně psaném David nadmíru trpělivě snášel [svého] nepřítele Saula, který mu dlouhou dobu usiloval o život, a když naopak sám mohl Saulovi způsobit smrt, vždy se toho zdržel.¹⁶⁴ Avšak v zákoně milosti následoval Kristův příklad prvomučedník sv. Štěpán, jenž, když byl kamenován, se modlil a říkal: „*Pane, nezapočítej jim tento hřích*.“¹⁶⁵ Také sv. apoštol Jakub, biskup v Jeruzalémě,¹⁶⁶ jenž byl Židy shozen z vysokého místa a už se blížil smrti, volal: „*Pane, dej jim milost, neboť nevědí, co činí*.“ A apoštol Pavel říká o sobě i o ostatních apoštolech: „*Zlořečí nám, ale mi žehnáme, trpíme pronásledování, ale nemalomyslníme, rouhají se nám, ale my se modlíme*.“¹⁶⁷ Ostatně i mnozí mučedníci a nespočetní jiní následovali Kristův příklad a lehce toto přikázání naplnili. Avšak jiní dosud říkají: nepopírám, že je třeba nepřátelům odpouštět, ale ve svém čase, když totiž ustoupí vzpomínka na obdržené bezpráví a duch se od toho znepokojení uklidní. Ale co jestliže mezitím budeš vzat z tohoto

¹⁶² 1Kor 13,4–7.

¹⁶³ Gn 45,1n.

¹⁶⁴ 1Sam 24,1n.

¹⁶⁵ Sk 7,59.

¹⁶⁶ Eusebius z Cesareje, *Církevní dějiny*, 2, 23: PG 20, 195.

¹⁶⁷ 1Kor 4,12–13.

hac vita et sine veste caritatis inveniatis, et dicatur tibi: *Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem* (Mt 22,12)? nonne tunc obmutescas, et audies sententiam Domini dicentis: *Ligatis manibus et pedibus ejus, projicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium* (Mt 22,13). Quin potius¹⁵⁷ sollerter¹⁵⁸ attendis et imitaris¹⁵⁹ exemplum Domini tui, qui illo ipso tempore, quo accipiebat injuriam et stillabant manus et pedes ejus recenti sanguine et totum corpus ejus acerbissimis doloribus torquebatur, dicebat Patri: *Pater, dimitte illis*. Hic est verus et unicus magister, quem omnes audire debent, qui in errorem induci non volunt; de hoc Deus Pater de caelo pronuntiavit: *Ipsam audite* (Mt 17,5; Lc 9,35; 2 Ptr 1,17). In hoc sunt omnes thesauri sapientiae, et scientiae Dei (Col 2,3). Certe si Salomonem consulisses, satis tuto consilium ejus vel judicium sequeris, et ecce plus quem Salomon hic (Mt 12,42; Lc 11,31).

Sed audio adhuc nescio quem reclamantem et dicentem: Si velimus reddere bonum pro malo, beneficium pro injuria, benedictionem pro maledicto: insolescent improbi, audaciores fient grassatores, opprimuntur justi, conculcabitur virtus. Non ita est, nam saepe, ut sapiens loquitur: *Responsio mollis frangit iram* (Pr 15,1); nec raro patientia justi admirationi fuit persecutori, et de hoste amicissimum reddidit.

života a budeš nalezen bez oděvu milosti a bude ti řečeno: „*Jak jsi sem vešel bez svatebního oděvu?*“¹⁶⁸ Cožpak potom neoněmíš a neuslyšíš Pánův rozsudek: „*Svažte mu ruce a nohy a vhodte do temnot zevnějších, tam bude pláč a skřípění zubů.*“¹⁶⁹ Proč si raději nedáš dobrý pozor a nenásleduješ příklad svého Pána, který právě v tom čase, kdy se mu dělo bezpráví a z jeho rukou a nohou se řinula čerstvá krev a celé jeho tělo bylo mučeno nejukrutnějšími bolestmi, říkal Otci: „*Otče, odpusť jim*“? On je pravý a jediný Učitel, kterého mají poslouchat všichni, kdo nechtějí upadnout do omylu. O něm Bůh Otec z nebe prohlásil: „*toho poslouvejte*“.¹⁷⁰ V něm jsou všechny poklady moudrosti a vědění Božího.¹⁷¹ Jistěže, kdyby ses byl poradil se Šalomonem, následoval bys dosti bezpečně jeho radu nebo úsudek, a hle, zde je víc než Šalomon.¹⁷²

Ale stále slyším, nevím koho, kdo odporuje a volá: Kdybychom chtěli za zlo odplácet dobrem, dobrodiním za bezpráví, žehnáním za zlořečením, zlí se rozmohou, útočníci se stanou odvážnějšími, spravedliví budou utlačeni, ctnost pošlapána. Není tomu tak, vždyť často, jak říká mudrc: „*měkký jazyk zahání hněv*“.¹⁷⁶ Trpělivost spravedlivého byla nezřídka pronásledovatelem obdivována a

¹⁵⁷ Quin potius... proč raději ne...

¹⁵⁸ Sollertus est accurate, ingeniose, perite, sagaciter – dovedně, vynalézavě, důvtipně, obratně.

¹⁵⁹ Imitor, aris, atus sum, ari – simile facere, imitatione exprimere, simulare.

¹⁶⁸ Mt 22,12.

¹⁶⁹ Mt 22,13.

¹⁷⁰ Mt 17,5; Lk 9,35; 2Ptr 1,17.

¹⁷¹ Kol 2,3.

¹⁷² Mt 12,42; Lk 11,31.

¹⁷⁶ Př 15,1.

Neque desunt in terris magistratus politici et reges ac principes, quibus cura est, ut secundum severitatem legum coerceantur¹⁷³ impii; et detur opera, ut iusti quietam et tranquillam vitam ducant. Sed etiam si aliquando dormitaret alicubi¹⁷⁴ humana iustitia, vigilat semper providentia Dei, quae nullum malum impunitum et nullum bonum irremuneratum relinquet, et admirabili ratione facit, ut improbi, dum se justos opprimere arbitrantur, illos exaltent et illustriores reddant. Sic enim loquitur sanctus Leo: *Saevisi persecutor in Martyrem, saevisi et auxisti palmam, dum aggeras¹⁷⁵ poenam. Nam quid non ad victoris gloriam ingenium tuum repperit, quando in honorem transierunt triumphi etiam instrumenta supplicii?* (Sermo de S. Laur.). Quod idem dicere possumus de omnibus Martyribus necnon etiam de veteribus Sanctis. Nihil enim magis illustravit et exaltavit Iosephum Patriarcham quam persecutio fratrum. Dum enim per invidiam illum Madianitis vendunt, causa illi fuerunt, ut totius Aegypti et fratrum suorum princeps fieret (Gn 37,28; 41,39ss.).

Sed his omissis, colligamus¹⁷⁹ in summa, quanta et quam ingentia detrimenta¹⁸⁰ patiantur, qui, ut umbram dedecoris apud homines fugiant, injurias ab inimicis acceptas obstinato¹⁸¹ animo ulcisci volunt. Primum stultos

z nepřítelů ho učinila největším přítelem. Ani v [jednotlivých] zemích nescházejí veřejné úřady, králové a knížata, jejichž starostí je, aby bezbožní byli kroceni podle přísnosti zákonů a vynakládalo se úsilí, aby spravedliví vedli pokojný a klidný život. Ale jestliže by i lidská spravedlnost někde podřimovala, Boží prozřetelnost vždycky bdí a nenechá žádné zlo bez trestu ani žádné dobro bez odměny a svým obdivuhodným záměrem působí, aby lidé zlí, zatímco se domnívají, že spravedlivé utlačují, je [ve skutečnosti] pozdvíhovali a způsobovali jim větší slávu. Tak totiž mluví sv. [papež] Lev: „Běsnil jsi, pronásledovateli, proti mučedníkovi, běsnil jsi, a zvětšil jsi palmu, zatímco jsi vršil muka. Vždyť tvůj důvtip nemohl vynalézt nic, co by nebylo k slávě vítěze, protože i samy nástroje mučení se proměnily v čest.“¹⁷⁷ Totéž můžeme říci o všech mučednících i o všech dávných svatých. Nic totiž neproslavilo a nevyšlo patriarchu Josefa víc než pronásledování bratří. Když ho ze závisi prodali Midjancům, byli příčinou toho, že se stal vládcem Egypta i svých bratří.¹⁷⁸

Ale opomenuvše tyto věci, shrňme nakonec, jaké a jak nesmírné škody trpí ti, kteří, aby unikli stínu potupy u lidí, zarputile chtějí pomstít bezpráví způsobená jim nepřáteli. Zprv se ukazují být hloupými, protože chtějí

¹⁷³ Coercere est continere, includere, et veluti constringere aliquid, ne ultra crescat, aut evagetur.

¹⁷⁴ Alicubi est in aliquo loco.

¹⁷⁵ Aggero, as, avi, atum, are (agger) – cumulo, accumulo, in aggeris morem coacervo – vrším, hromadím.

¹⁷⁷ Sv. Lev Veliký, *Sermo 85 (alias 83) o sv. Vavřinci*, 4: PL 54, 437.

¹⁷⁸ Gn 37,28; 41,39n.

¹⁷⁹ Colligo, ligis, legi, lectum, ligere (cum et lego) – simul lego, congrego, cogo, in unum redigo – colligamus in summa – Bohem. shrňme vcelku.

¹⁸⁰ Detrimentum, i, n. (est pro *detrimentum a detero*) actus deterendi, abradendi, deminuendi.

¹⁸¹ Obstinare est obfirmato et perseveranti animo quippiam expetere, obfirmare animum in aliqua re.

se produnt,¹⁸² cum velint majori malo tollere minus malum; est enim principium omnibus notum et ab Apostolo declaratum, cum ait: *Non sunt facienda mala, ut veniant bona* (Rom 3,8); sicut etiam non sunt facienda majora mala, ut tollantur mala minora. Qui injuriam accipit, incidit¹⁸³ in malum poene: qui vindictam facit, incidit in malum culpae. At sine ulla comparatione majus est malum culpae quam poenae; siquidem poena facit hominem miserum, sed non malum; culpa facit miserum et malum; poena privat¹⁸⁴ hominem bono temporali, culpa privat bono temporali et aeterno. Itaque similis est is, qui, ut medeatur¹⁸⁵ malo poenae, incidit in malum culpae, ei, qui, ut accomodet calceum nimis brevem, abscondit sibi partem pedis: quae manifesta insania est. Sed non inveniuntur, qui in rebus temporalibus ita insaniant, inveniuntur tamen homines plane excaecati, qui non metuunt Deum gravissime offendere, ut umbram, ut dixi, humani dedecoris¹⁸⁶ fugiant vel ut honoris fumum apud homines conservent. Isti enim incidunt in iram atque odium Dei; unde, nisi mature resipiscant et seriam paenitentiam agant, sempiterno opprobrio¹⁸⁷ et supplicio multabuntur¹⁸⁸ et gloriam ac decus aeternum amittent. Deinde diabolo et angelis ejus, qui hostes illorum ad injuriam inferendam incitarunt,

menší zlo odejmout zlem větším. Je totiž zásada všem známá a vyhlášená apoštolem slovy: „*Není dovoleno konat zlo, aby z toho vzešlo dobro.*“¹⁹² Stejně tak není ani dovoleno konat větší zlo, aby se tím odejmulo zlo menší. Komu se děje bezpráví, upadá do zla trestu. Kdo však koná mstu, upadá do zla viny. Zlo viny je pak nesrovnatelně větší než zlo trestu. Jestliže totiž trest činí člověka bídňým, ale ne zlým, vina činí bídňým i zlým. Trest člověka zbavuje dobra časného, vina ho zbavuje dobra časného i věčného. Proto ten, kdo, aby léčil zlo trestu, upadá do zla viny, podobá se člověku, který, aby si uzpůsobil příliš krátký střevíc, usekne si část nohy – což je zjevné šílenství. Ty, kdo takto šílí ve věcech časných, nenalezneme. Přece se však najdou lidé naprosto zaslepení, kteří se nebojí přetěžce urazit Boha, aby unikli – abych tak řekl – stínu lidské hanby anebo aby si před lidmi zachovali jakési zdání cti. Takoví, jestliže rychle neprocitnou a nebudou konat opravdové pokání, budou odsouzeni k věčnému opovržení a trestu a ztratí věčnou slávu i čest. Činí ostatně něco velice milého ďáblu a jeho andělům, kteří jejich nepřátele vydráždili k působení bezpráví, právě z toho důvodu, aby povstaly sváry a nepřátelství. Jak potupné ovšem je, zavděčovat se spíše

¹⁸² Prodere est extra, aut ante, aut longe dare, ponere, emitte, producere; emitte, proferre, atque adeo edere, evulgare, palam facere.

¹⁸³ Incido, cidis, cidi, casum, cidere (in et cado) – in, vel supra aliquid cadere.

¹⁸⁴ Privo, as, avi, atum, are – cum abl. – est aliquid cuipiam auferre, orbare, spoliare.

¹⁸⁵ Mederi est medelam et remedium afferre, medicari, curare – Saepissime cum Dativo. *Cic. 2. Orat. 44. 186. Medico non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam natura corporis cognoscenda est.*

¹⁸⁶ Dedecus, oris, n. (de et decus) id omne quod dedecet, turpitudine, infamia, probum, ignominia; Bohem. nečest, zneuctění, hanba, potupa...

¹⁸⁷ Oprobrium vel obprobrium, ii, n. (ob et probum) probum, infamia, dedecus.

¹⁸⁸ Multo vel mulcto, as, avi, atum, are – multam imponere, poena afficere, punire.

¹⁹² Ř 3,8.

hac ipsa de causa, ut rixae et inimicitiae orirentur, rem gratissimam faciunt. Quam turpe autem sit inimico saevissimo generis humani potius gratificari¹⁸⁹ quam Christo, piorum omnium iudicio et considerationi relinquo. Praeterea accidit, ut, qui injuriam accepit et ulcisci eam parat, inimicum suum graviter vulnerat vel occidat, et ex sententia principis confiscatis bonis vel interimatur ipse vel solum¹⁹⁰ vertere cogatur, unde et ipse et filii et domus ejus tota infelicem vitam ducere cogatur. Sic diabolus ludit et illudit eos, qui mancipia falsi honoris magis esse cupiunt quam Christi, Regis optimi, servi, fratres et coheredes regni amplissimi et sempiterni. Quare cum tanta et tam gravis jactura maneat¹⁹¹ stultos homines, qui contra praeceptum Domini inimicis reconciliari recusant, omnes, qui sapiunt, Christum, magistrum omnium, in Evangelio docentem (Mt 5,44) et de Cruce facilis doctrinam suam confirmantem audiant et sequantur.

CAPUT IV

*Explicatur ad litteram verbum secundum:
Amen, dico tibi, hodie mecum eris in paradiso
(Lc 23,41).*

Alterum verbum sive altera sententia a Christo in Cruce prolata, teste sancto Luca (Lc 23,43), fuit illa magnifica promissio ad latronem secum in Cruce pendentem: *Hodie mecum eris*

nejkrutějšímu nepříteli lidského rodu než Kristu, to ponechávám úsudku a povšimnutí všech zbožných [duší]. Kromě toho se stává, že ten, komu bylo způsobeno nějaké bezpráví a kdo se chystá pomstít, zraní svého nepřítele ještě závažněji, anebo ho i zabije. Na základě rozsudku vladaře je mu pak zabaven majetek, nebo je i sám popraven, případně přinucen opustit půdu, a z toho důvodu i on sám i jeho děti a celý jeho dům jsou pak nuceni vést nešťastný život. Takto ďábel klame ty a vysmívá se těm, kteří více touží být nevolníky falešné cti než nevolníky Krista, nejlepšího Krále – otroky, bratry i spoludědici království nejrozsáhlejšího a věčného. A proto, když lidi hloupé, kteří se proti Božímu přikázání odmítají smířit s nepřáteli, čeká tak velická a závažná ztráta, všichni, kteří rozumí, ať poslouchají a následují Krista, Učitele všech, jenž nás [takto] v evangeliu vyučuje¹⁹³ a z kříže svou nauku skutky potvrzuje.

KAPITOLA 4.

Druhé slovo: „Amen, pravím ti, dnes budeš se mnou v ráji.“

Druhé slovo anebo druhá věta, pronesená Kristem z kříže, byl, jak svědčí sv. Lukáš, onen veliký příslib lotrovi, jenž visel na kříži vedle něj: *„Dnes budeš se mnou v ráji.“*²⁰²

¹⁸⁹ Gratificari est gratum facere, beneficium dare, dono dare.

¹⁹⁰ Solum, i, n. – solum est fundus, fundamentum, ima pars.

¹⁹¹ Maneo, manes, mansi, mansum, manere – est loco insistere, stare.

¹⁹³ Mt 5,44.

²⁰² Lk 23,43.

*in paradiso. Occasio hujus sententiae fuit, quod, cum duo latrones cum eo crucifixi fuissent, unus a dextris et alter a sinistris, unus ad peccata sua praeterita adjecit, ut Christum blasphemaret et imbecillitatis argueret,*¹⁹⁴ *dicens: Si tu es Christus, salvum fac temetipsum et nos* (Lc 23,39). Scribunt quidem sanctus Matthaeus (Mt 27, 44), et sanctus Marcus (Mc 15,32), latrones cum Christo crucifixos imbecillitatem illi exprobrasse.¹⁹⁵ Sed omnino credibile est Matthaeum et Marcum accepisse numerum multitudinis pro numero singulari, quod frequens est in Scripturis sanctis, ut sanctus Augustinus observavit in libris de consensu Evangelistarum (Lib. 3 c. 16.). Nam et Apostolus ad hebraeos scribens, de Prophetis dicit (Hbr 11,33.37): *Obturaverunt*¹⁹⁶ *ora leonum, lapidati sunt, secti sunt, circuierunt in melotis*¹⁹⁷ *et in pellibus caprinis:* et tamen, qui obturavit ora leonum, unus fuit Daniel, et qui lapidatus est, unus Ieremias fuit, et qui sectus¹⁹⁸ est, unus Isaias. Adde, quod Matthaeus et Marcus non diserte scribunt, utrumque latronem exprobrasse Christo, sicut Lucas diserte scribit: *Unus autem de his, qui pendeabant, latronibus, blasphemabat eum* (Lc 23,39). Accedit quoque, quod nulla est ratio, cur idem latro nunc blasphemaret, nunc laudaret. Quod

Podnětem k tomuto výroku bylo, že když spolu s ním byli ukřižováni dva lotři, jeden po pravici a druhý po levici, jeden [z nich] připojil k svým předešlým hříchům [i to], že se Kristu rouhal a vyčítal mu bezmocnost, říká: „*Jestliže ty jsi Kristus, zachraň sám sebe i nás.*“²⁰³ Píší ovšem sv. Matouš²⁰⁴ a sv. Marek,²⁰⁵ že „*lotři*“ ukřižovaní spolu s Kristem mu vyčítali bezmocnost. Ale je zcela věrohodné, že Matouš a Marek uvedli množné číslo místo jednotného, což je v Písmu svatém časté, jak rozebírá sv. Augustin v knize O shodě evangelistů.²⁰⁶ Vždyť i apoštol píšíci Židům, říká o prorocích:²⁰⁷ „*Zavírali tlamy lvů, byli kamenováni, řezáni pilou, bloudili v ovčích a kozích kůžích...*“ A přece ten, kdo zavřel tlamy lvů, byl jediný Daniel, kamenován byl jenom Jeremiáš a rozřezán pilou byl jen Izajáš. Navíc Matouš a Marek nepíší výslovně, že Kristu činili výčitky oba lotři, ale Lukáš výslovně píše: „*Jeden z těch lotřů, kteří byli křižováni, se mu rouhal.*“²⁰⁸ Přidává se i to, že není také žádný důvod, proč by se tentýž lotr jednou rouhal a jednou chválil. Někteří sice říkají, že tento lotr, který se nejprve rouhal, změnil mínění, a začal Krista chválit, když ho uslyšel říkat: „*Otče, odpusť jim, neboť nevědí, co činí.*“ To však zjevně odporuje

¹⁹⁴ Arguo generatim est ostendo, demonstro rem aliter se habere, atque alii opinantur vel arbitrantur – Speciatim significat aliquem quasi manifestum reddere, hoc est accusare, reprehendere, ostendere aliquem reum esse – arguere aliquem probri, stupri, dedecoris.

¹⁹⁵ Exprobro, as, avi, atum, are – verbis verberare; Bohem. vyčítat, vytýkat někomu věc pozitivní i negativní.

¹⁹⁶ Obturo, as, avi, atum, are – est obstruere, occludere, opílat.

¹⁹⁷ Melote, es, f. (melota, ae, f.) – kozí nebo ovčí kůže.

¹⁹⁸ Seco, secas, secui, raro secavi, sectum, raro secatum, secare – Plaut. Merc. 2. 2. 38. Cape cultrum, seca digitum vel aurem.

²⁰³ Lk 23,39.

²⁰⁴ Mt 27,44.

²⁰⁵ Mk 15,32.

²⁰⁶ Sv. Augustin, *De consensu Evangelistarum*, 3, 16: PL 34, 1190.

²⁰⁷ Žid 11,33.37.

²⁰⁸ Lk 23,39.

enim aliqui dicunt, latronem hunc, qui ante blasphemabat, mutasse sententiam et Christum laudasse, quando audivit eum dicentem: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt*, repugnat Evangelio manifeste. Sanctus enim Lucas narrat, Christum pro persecutoribus suis orasse Patrem, antequam latro deterior inciperet blasphemare. Itaque sequenda est sententia sancti Ambrosii (In Luc. 23) et sancti Augustini (Lib. 3 de consensu Evangelistarum), qui ex duobus latronibus unum solum blasphemasse et alterum laudasse et defendisse Christum sentiunt. Igitur latroni blasphemanti respondit alter: *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es* (Lc 23,40). Felix iste latro ex consortio Crucis Christi et ex luce divina, quae ei affulgere¹⁹⁹ coeperat, fratrem suum corripere²⁰⁰ atque ad meliorem mentem convertere satagit.²⁰¹ Verborum autem ejus haec sententia est: Tu quidem Judaeos blasphemantes imitari voluisti, sed illi nondum iudicium Dei timere didicerant; quia vicisse se credunt et de victoria sua exsultant, cum Christum Cruci affixum cernent, se autem liberos et solutos et nihil mali patientes vident. Tu autem, qui propter delicta tua suspensus in cruce ad mortem

evangelium. Sv. Lukáš totiž vypráví, že se Kristus modlil k Otci za pronásledovatele, ještě předtím, než se zlý lotr začal rouhat.²⁰⁹ A proto je třeba se držet mínění sv. Ambrože²¹⁰ a sv. Augustina,²¹¹ kteří usuzují, že z [těch] dvou lotrů se pouze jeden rouhal a druhý Krista chválil a obhajoval. Tak tedy rouhajícímu se lotrovi [ten] druhý odpověděl: „*Ani ty se Boha nebojíš, když jsi sám odsouzen k stejnému trestu?*“²¹² Tento šťastný lotr se díky účasti na Kristově kříži a Božímu světlu, které mu začalo probleskovat, usiloval svého bratra pokárat a obrátit k lepšímu smýšlení. Smysl jeho slov však je: Ty snad chceš následovat rouhající se Židy, kteří se dosud nenaučili bát Božího soudu? Oni věří, že zvítězili, a ze svého vítězství jásají, když hledí na Krista přibitého na kříž, a přitom vidí, že sami jsou svobodní a volní a žádným zlem netrpí. Ty však, jenž jsi za své hříchy pověšen na kříži a blížíš se k smrti, proč se nezačínáš bát Boha? Proč k hříchům přidáváš [další] hříchy? Potom prospívajíc v dobrém a posílen světlem Boží milosti, vyznal své hříchy a kázal Kristovu nevinnost. Říká: „*My ovšem dostáváme, jak si zasloužíme za své skutky. Tento však neudělal nic zlého.*“²¹³ Nakonec, vzrůstaje ve

¹⁹⁹ Affulgeo, ges, si, gere (ad et fulgeo).

²⁰⁰ Corripere est celeriter arripere, capere, maxima vi comprehendere atque ad se pertrahere.

²⁰¹ Satago, agis, agere (sat et ago) – sedulo ago; sat habeo quod agam, intente et sollicito ago, trepido, exercitus sum, angor re quapiam, rei difficultate torqueor.

²⁰⁹ Jiní ale velice trefně říkají, že dobrý lotr skutečně po počátečním rouhání – či nadávkách, které byly u ukřižovaných naprosto běžné – změnil mínění, a to ani ne tak pro Kristovu modlitbu za nepřátele, ale proto, že z kříže hleděl na Ježíšovu Matku a – „nakažen“ její vírou – vyznal Ježíšovo božství. Toto mínění výborně zapadá i do časové posloupnosti událostí, na kterou zde také Bellarmin poukazuje, protože až když byly kříže vztyčeny, vojáci trochu ustoupili a svatým ženám bylo umožněno se přiblížit. A tehdy, když Matka Boží už nějakou chvíli stála pod křížem svého syna, si její oddanosti a víry všiml i tento lotr a pak pod vlivem této neobvyklé podívané změnil i svůj postoj k Ježíši.

²¹⁰ Sv. Ambrož Milánský, *Výklad na Lukášovo evangelium*, k Lk 23: PL 15, 1828.

²¹¹ Sv. Augustin, *De consensu Evangelistarum*, 3, 16: PL 34, 1190.

²¹² Lk 23,40.

²¹³ Lk 23,41.

properas, quare non incipis Deum timere? cur addis peccata peccatis? Deinde proficiens in opere bono et luce gratiae Dei auctus, confiteatur peccata sua et Christi innocentiam praedicat. Et *nos quidem*, inquit, *digna factis recipimus: hic autem nihil mali gessit* (Lc 23,41). Postremo crescente lumine gratiae addit: *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum* (Lc 23,42). Admiranda prorsus Spiritus Sancti gratia in corde hujus latronis illuxit: Apostolus Petrus negat (Io 18,25–26), latro cruci affixus confitetur; discipuli euntes in Emmaus, dicunt: *Nos autem sperabamus* (Lc 24,21), hic autem confidenter loquitur, dicens: *Memento mei, dum veneris in regnum tuum*. Thomas Apostolus, nisi videat Christum resurrexisse, negat se crediturum (Io 20,25); latro in cruce Christum Cruci affixum aspiciens, Regem post mortem futurum non dubitat.

Quis latronem istum mysteria tam alta docuerat? Dominum vocat, quem nudum, vulneratum, dolentem, palam irrisum et despectum secum pendere considerat; dicit venturum post mortem in regnum suum. Ex quo intelligimus, illum non somniare Christi regnum temporale in terris futurum, quale Judaei expectant, sed aeternum Regem post mortem futurum in caelis. Quis illum ista tam sublimia sacramenta docuerat? Nemo omnino, nisi Spiritus veritatis, qui praevenit eum in benedictionibus dulcedinis (Ps 20,4). Dixit post

světle milosti, dodal: „*Pane, vzpomeň si na mě, až přijdeš do svého království*.“²¹⁴ V srdci tohoto lotra zazářila zcela obdivuhodná milost Ducha svatého. Apoštol Petr zapírá,²¹⁵ lotr přibitý na kříž vyznává. Učedníci jdoucí do Emauz říkají: „*my jsme však doufali...*“;²¹⁶ tento však s nadějí vyslovuje: „*vzpomeň si na mě, až přijdeš do svého království*“. Apoštol Tomáš odmítá uvěřit, jestliže neuvidí Krista vzkříšeného;²¹⁷ [ale] lotr na kříži, hledíc na Krista ukřižovaného, nepochybuje, že [on] bude i po smrti Králem.

Kdo tohoto lotra naučil tak vysokým tajemstvím? Vžívá jako Pána toho, na něhož hledí, jak je spolu s ním nahý, zraněný, plný bolesti a veřejně vysmíváný a pohrdaný, a přesto o něm říká, že po smrti vejde do svého království. Z toho rozumíme, že on nesní o příchodu Kristova časného a pozemského království, které očekávají Židé, ale [očekává] věčné království po smrti v nebi. Kdo ho naučil těmto tak vznešeným tajemstvím? Zajisté nikdo jiný než Duch pravdy, který ho předešel „*v požehnaných líbeznostech*“.²¹⁸

²¹⁴ Lk 23,42.

²¹⁵ J 18,25–26.

²¹⁶ Lk 24,21.

²¹⁷ J 20,25.

²¹⁸ Ž 20,4.

resurrectionem suam Apostolis Christus: Sic scriptum est, et sic *oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam* (Lc 24,26). Sed latro miro modo hoc ipsum praevenit et confessus est eo tempore, quo nulla erat in Christo similitudo regnantis. Reges enim regnant, dum vivunt, cum autem vivere desinunt, regnare etiam desinunt; latro vero aperte dixit, Christum per mortem iturum ad regnum. Id quod in parabola quadam Dominus exposuit, cum ait: *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti* (Lc 19,12). Haec Dominus dixit proximus passioni, significans se per mortem iturum in regionem longinquam, id est ad alteram vitam sive ad caelum, quod longissime distat a terra; iturum autem, ut acciperet sibi regnum maximum et sempiternum, ac postea rediturum in die iudicii, ut redderet omnibus, quod in hac vita meruerant, sive praemium, sive poenam. De hoc igitur regno Christi, quod statim a morte accepturus erat, latro sapiens dicit: *Memento mei, dum veneris in regnum tuum*. At nonne Christus Dominus etiam ante mortem Rex erat? Erat omnino: nam ideo Magi clamabant: *Ubi est, qui natus est, Rex Iudaeorum?* (Mt 2,2) et Christus ipse Pilato dixit: *Tu dicis, quia Rex sum ego: ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati* (Io 18,37). Sed peregrinus inter hostes, et ideo non agnoscebatur ut Rex nisi a paucis, et contemnebatur et male

Kristus po svém vzkříšení řekl apoštolům: „*Tak je psáno, a tak bylo třeba, aby Kristus trpěl, a tak vešel do své slávy.*“²¹⁹ Ale lotr podivuhodně poznal a vyznal už dopředu totéž, v době, kdy na Kristu nebyla žádná podoba vládce. Králové totiž kralují, dokud žijí, když se však jejich život skončí, končí i jejich králování. Lotr však otevřeně řekl, že Kristus má jít ke království skrze smrt. To je to, co Pán vyložil v jednom podobenství, když řekl: „*Jakýsi vznešený člověk odešel do daleké země, aby přijal království a vrátil se.*“²²⁰ Toto Pán řekl, už blízký [svému] utrpení, naznačujíc, že skrze smrt má odejít do daleké země, to znamená do druhého života čili do nebe, které je velice vzdáleno od země; má však odejít proto, aby přijal veliké a věčné království, a potom se navrátit v den soudu, aby všem odplatil, co si v tomto životě zasloužili, buď odměnu, nebo trest. O tomto království Kristově, které měl přijmout hned po smrti, tedy moudrý lotr řekl: „*Vzpomeň si na mě, až přijdeš do svého království.*“ Ale nebyl snad Kristus Pán Králem již před [svou] smrtí? Zjistěte byl. Vždyť proto mudrci volali: „*Kde je ten právě narozený židovský král?*“²²¹ A sám Kristus řekl Pilátovi: „*Ty říkáš, že já jsem Král. Já jsem se proto narodil a na to jsem přišel na svět, abych vydal svědectví pravdě.*“²²² Ale [byl Králem] putujícím mezi nepřáteli, a proto nebyl jako Král poznáván, leda několika málo lidmi, a ti jím pohrdali a zle ho přijímali.

²¹⁹ Lk 24,26.

²²⁰ Lk 19,12.

²²¹ Mt 2,2.

²²² J 18,37.

excipiebatur. Itaque ideo dixit in parabola supra citata, se iturum *in regionem longinquam accipere sibi regnum*; nec dixit, *acquirere*, quasi alienum, sed *accipere suum* et reverti, et latro sapienter dixit: *Cum veneris in regnum tuum*.

Porro Christi regnum hoc loco non intelligitur potestas regia vel dominium; hoc enim ab initio habuit, juxta illud Psalmi: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus* (Ps 2,6). Et alio loco: *Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum* (Ps 71,6). Et Isaias dicit: *Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus ejus super humerum ejus* (Is 9,6). Et Jeremias: *Et suscitabo David germen²²³ justum: et regnabit Rex, et sapiens erit: et faciet judicium, et justitiam in terra* (Ir 23,5). Et Zacharias: *Exsultatis, filia Jerusalem, ecce, Rex tuus veniet tibi justus et Salvator; ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filium asinae* (Zach 9,9). Non igitur de hoc regno loquitur Christus in parabola de regno accipiendo, neque bonus latro, cum ait: *Memento mei, cum veneris in regnum tuum*; sed loquitur uterque de perfecta beatitudine, per quam homo eximitur ab omni servitute et subjectione rerum creaturarum, et soli subjicitur Deo, cui servire regnare est, et ab ipso Deo constituitur super omnia opera ejus. Hoc regnum, quod attinet

Proto také v před chvílí citovaném podobenství řekl, že má jít „*do dalekého kraje, aby přijal království*“. Neřekl: „*aby obdržel*“, jakoby cizí, ale „*aby přijal*“ své vlastní a vrátil se. A moudrý lotr řekl: „*Až přijdeš do svého království*“.

A dále: Kristovým královstvím se na tomto místě nerozumí královská moc nebo panství. To totiž měl už od počátku, podle slov žalmu: „*Já však jsem ustanoven Králem od něho nad Siómem, jeho svatou horou*.“²²⁵ A jinde: „*Bude panovat od moře k moři a od řeky až na konec země*.“²²⁶ A Izajáš říká: „*Dítě se nám narodilo a byl nám dán syn, a jeho panování na jeho rameni*.“²²⁷ A Jeremiáš: „*Vzbudím Davidovi spravedlivý výhonek a bude kralovat jako Král, a bude moudrým a nastolím soud a spravedlnost na zemi*.“²²⁸ A Zachariáš: „*Zajásej, dcero Jeruzalémská, hle, tvůj Král přijde k tobě spravedlivý a Spasitel; on chudý a sedící na oslici a na mláděti oslice*.“²²⁹ V podobenství o království, které má přijmout, tedy Kristus nemluví o tomto království, [které už nyní má]. Ani dobrý lotr [o něm nemluví], když říká: „*Vzpomeň si na mě, až přijdeš do svého království*.“ Ale oba mluví o dokonalé blaženosti, skrze niž je člověk vzat od veškerého otročení a poddanosti stvořeným věcem a podřizuje se jedině Bohu, jemuž sloužit znamená kralovat, a samotným Bohem je ustanovován nad všemi jeho díly.

²²³ Germen, inis, n. – quod pullulat atque assurgit, item quod ex plantarum oculis enascitur, videlicet surculus, semen, fructus, proles.

²²⁵ Ž 2,6.

²²⁶ Ž 71,6.

²²⁷ Iz 9,5.

²²⁸ Jer 23,5.

²²⁹ Zach 9,9.

ad beatitudinem animae, Christus habuit in initio conceptionis suae; sed quantum ad corpus, non habuit de facto, sed solum de jure, nisi post resurrectionem. Dum enim peregrinaretur in terris, subjectus erat fatigationi, fami, siti, injuriis, vulneribus et ipsi morti; quia tamen illi debebatur gloria corporis, ideo post mortem intravit in gloriam suam, quae videlicet²²⁴ illi debita erat. Sic ipse Dominus loquitur post resurrectionem: *Nonne oportuit Christum pati, et ita intrare in gloriam suam?* (Lc 24,26). Quae quidem gloria ideo etiam dicitur sua, quia potest eam aliis etiam dare; et inde quoque dicitur: *Rex gloriae* (Ps 23,7.10), et *Dominus Gloriae* (1 Cor 2,8), et *Rex regum* (1 Tim 6,15; Apc 19,16) et ipse dicit Apostolis: *Ego dispono vobis regnum* (Lc 22,29); nos enim gloriam et regnum accipere possumus, sed non dare; et dicitur nobis: *Intra in gaudium Domini tui* (Mt 25,21), non, in gaudium tuum. Hoc igitur est regnum, de quo bonus latro dicit: *Cum veneris in regnum tuum*.

Sed praetereundae non sunt eximiae virtutes, quae micant in oratione istius sancti latronis, ut minus miremur, cum responsionem Christi Domini audiemus. *Domine, inquit, memento mei, cum veneris in regnum tuum*. Dominum appellat, quo titulo se famulum vel mancipium potius emptitium²³⁶ esse fatetur et Christum ut redemptorem agnoscit. Addit: *Memento*

Toto království, co se týče blaženosti duše, měl Kristus [už] na počátku svého početí; avšak co se týče těla, až do svého vzkříšení ho neměl skutečně, nýbrž pouze v právním smyslu. Dokud totiž putoval po zemi, byl podroben únavě, hladu a žízni, bezprávím, zraněním i samotné smrti. Protože mu však přece jen náležela i sláva těla, proto po smrti vstoupil do své slávy, která mu samozřejmě náležela. Tak sám Pán mluví po svém vzkříšení: „Cožpak nebylo třeba, aby Kristus trpěl, a tak vešel do své slávy?“²³⁰ Tato sláva se nazývá jeho také proto, protože ji může dát jiným, a z toho důvodu je také nazván: „Král slávy“,²³¹ „Pán slávy“²³² a „Král králů“²³³ a sám říká apoštolům: „já vám odevzdávám království“.²³⁴ My totiž můžeme slávu a království přijmout, ale ne dát, a říká se nám: „vstup do radosti svého Pána“²³⁵ – ne „do své radosti“. Toto je tedy to království, o němž dobrý lotr říká: „Až přijdeš do svého království.“

Nemůžeme ale pominout vynikající ctnosti, které se skví v řeči tohoto svatého lotra, abychom se méně divili, až uslyšíme odpověď Krista Pána. Říká: „Pane, vzpomeň si na mně, až přijdeš do svého království.“ Obracejí se na něj jako na Pána a tímto titulem vyznává, že sám je služebníkem či nevolníkem anebo spíše zbožím a poznává Krista jako [svého]

²²⁴ Videlicet adverb. – certe, quidem, vere, nimirum.

²³⁰ Lk 24,26.

²³¹ Ž 23,7.10.

²³² 1Kor 2,8.

²³³ 1Tim 6,15; Zj 19,16.

²³⁴ Lk 22,29.

²³⁵ Mt 25,21.

²³⁶ Emptitius vel emptitius, a, um, adjunct. – qui est de numero eorum, quae empta sunt, vel emi solent.

mei, quod est verbum plenum fide, spe, dilectione, devotione, humilitate. Non ait, si poteris; quoniam credit, eum omnia posse. Non dicit, si placebit tibi; quia de caritate ejus et pietate plane confidit. Non dicit, cupio regni consortium; quia humilitas ejus id non ferebat. Denique nihil in particulari petit, sed tantum: *Memento mei*; ac si dicere vellet, si solum dignaberis meminisse mei, si in me oculum tuae benignitatis declinare volueris, id mihi satis est, quia de tua potentia et sapientia certus sum et de pietate et caritate omnino confido. Adjungit postremo: *Cum veneris in regnum tuum*, ut ostendat, se nihil fragile aut caducum petere, sed ad sola sempiterna et sublimia suspirare.

Sequitur, ut responsionem Christi audiamus: *Amen*, inquit, *dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*. Illud *Amen* est vox Christo²³⁷ sollemnis, qua utebatur, cum aliquid serio affirmare vellet. Certe sanctus Augustinus (Tract. 41 in Joannem.) non timuit dicere, istam vocem esse quasi juramentum Christi; non est enim proprie juramentum, quia, cum Dominus apud Matthaeum dixerit: *Ego dico vobis, non jurare omnino*; et paulo post: *Sit autem sermo vester: Est, est: non, non; quod autem his abundantius est, a malo est* (Mt 5,34.37). Non est ullo modo credibile, Dominum toties juravisse, quoties pronuntiavit *Amen*, cum vocem illam *Amen* frequentissime usurpaverit, et apud sanctum Joannem non solum *Amen*, sed *Amen, amen*.

Vykupitele. Dodává: „*vzpomeň si na mě...*“, což je slovo plné víry, naděje, lásky, zbožnosti, pokory. Neříká: „jestli můžeš“, protože věří, že on může všechno. Neříká: „jestli se ti zlíbí“, protože plně důvěřuje v jeho lásku a dobrotivost. Neříká: „toužím po účasti na království“, protože jeho poníženost to nesnášela. Nakonec, nežádá žádný podíl, ale pouze: „*vzpomeň si na mě*“, jako by chtěl říci: „jestliže si na mě jen ráčíš vzpomenout, jestliže svolíš obrátit na mě oko své dobrotivosti, to mi stačí, neboť tvou trpělivostí a moudrostí jsem si jist a ve tvou dobrotivost a lásku plně důvěřuji.“ Na závěr připojil: „*až přijdeš do svého království*“, aby ukázal, že nežádá nic porušitelného nebo nestálého, ale vzhlíží jedině k věcem věčným a hořejším.

Následuje, abychom si vyslechli odpověď Kristovu. Říká: „*Amen, pravím ti, dnes se mnou budeš v ráji*.“ Ono „*amen*“ je Kristovo slavnostní slovo, kterého užíval, když chtěl něco vážně potvrdit. Sv. Augustin²⁴¹ se dokonce nebojí říci, že toto slovo je jakoby Kristova přísaha. Není to totiž přísaha ve vlastním smyslu, protože když Pán u Matouše řekl: „*já vám říkám, vůbec nepřísahajte*“, a kousek dále: „*vaše slovo však bud' ano, ano, ne, ne, co je nad to, je od zlého*“,²⁴² není možno žádným způsobem věřit, že by Pán přísahal tolikrát, kolikrát prohlásil „*amen*“. Vždyť toto slovo „*amen*“ užíval velice často, a u sv. Jana nejenom „*amen*“, ale také „*amen, amen*“. Správně tedy sv. Augustin neříká, že

²³⁷ (Vox) Christo (solemnis) – dat. possessivus.

²⁴¹ Sv. Augustin, *In Joannem*, tractatus 41: PL 35, 1694.

²⁴² Mt 5,34.37.

Recte igitur sanctus Augustinus non dixit, *Amen* esse juramentum, sed quasi juramentum Christi. Significat enim ea vox: Vere; et cum quis ait, Vere dici tibi, serio affirmat, quod est proprium juramenti. Christus igitur optima ratione latroni dixit: *Amen, dico tibi*; id est omnino affirmo, et tantum non juro; quoniam tribus de causis potuisset latro ambigere²³⁸ de promissione Christi, nisi tam asseveranter²³⁹ affirmaret. Primum ratione personae propriae, quae non videbatur ullo modo tanto praemio vel tanto munere digna. Quis enim suspicari potuisset, latronem de cruce ad regnum repente posse transire? Deinde ratione personae Christi promittentis, qui tunc videbatur ad extremam inopiam et debilitatem et calamitatem redactus. Potuisset enim latro sic ratiocinari: Si iste non potuit vivens aliquid amicis suis praestare, quomodo poterit mortuus? Denique, ratione rei promissae; promittebatur enim paradysus, atqui²⁴⁰ paradysus, ut tunc notus erat, non ad animas, sed ad corpora pertinebat. Siquidem paradysi nomine terrestribus paradysus apud Hebraeos significabatur. Credibilis erat latroni, si Dominus dixisset: Hodie mecum eris in refrigerii loco cum Abraham, Isaac et Jacob. Ob istas igitur causas jure Dominus praemisit illa verba: *Amen, dico tibi*.

Hodie: non dicit, In die iudicii cum justis ad dexteram te locabo. Non ait, Post aliquot

„*amen*“ je přísaha, ale jakoby přísaha Kristova. Toto slovo totiž znamená „skutečně“, a když někdo říká: „skutečně ti říkám“, vážně [věc] potvrzuje, což je vlastní přísaze. Kristus tedy z nejlepších důvodů lotrovi řekl: „*amen, pravím ti*“, to znamená, naprosto potvrzuji a pouze nepřisahám. Vždyť lotr mohl být o Kristově příslibení, kdyby [ho] tak důrazně nepotvrdil, na pochybách [rovnou] ze třech důvodů: Zaprvé z důvodu své vlastní osoby, která se nijak nezdála být hodnou takové odměny nebo takového daru. Vždyť kdo se mohl nadát, že lotr může z kříže přejít hned do království? Dále z důvodu osoby příslibujícího Krista, který se tehdy zdál být vydán krajní bídě, slabosti a neštěstí. Lotr totiž mohl uvažovat takto: Jestliže tenhle [člověk] nemohl svým přátelům nic poskytnout za svého života, jak bude moci až bude mrtev? A nakonec z důvodu slibované věci. Byl totiž příslibován ráj, vlastně ráj tak, jak byl tehdy znám, netýkající se duší, ale těl. U Židů se totiž pod jménem ráj označoval ráj pozemský. Snadnější by pro lotra bylo věřit, kdyby Pán býval řekl: „Dnes budeš se mnou na místě občerstvení s Abrahámem, Izákem a Jakubem. Z těchto důvodů tedy Pán oprávněně předeslal ona slova: „*amen, pravím ti*“.

„*Dnes*.“ Neříká: „V den soudu tě postavím po pravici se spravedlivými.“ Neříká: „Po několika letech očistce tě přivedu na místo

²³⁸ Ambigo est rem aliquam circumeo incertus quid agam, hinc dubito, et inter duas aut plures sententias utram eligam, anceps sum – pochybovat, být v nejistotě.

²³⁹ Asseveranter adverb. – est cum asseveratione, affirmate, scilicet non per jocum, sed severe et ex animo.

²⁴⁰ Atqui – conjunctio adversativa.

annos purgatorii ad refrigerium²⁴³ te perducam, non post aliquot menses vel dies te consolabor, sed *hodie*, antequam sol occumbat,²⁴⁴ mecum transibis de patibulo²⁴⁵ crucis ad delicias paradisi. Mira liberalitas Christi, mira felicitas peccatoris. Non sine causa sanctus Augustinus in libro de origine animae (Lib. 5 c. 9.) sanctum Cyprianum secutus, existimat latronem illum posse vocari Martyrem; et ideo sine purgatorio transivisse de hoc mundo ad patriam. Martyrem autem ideo posse vocari bonum latronem, quia publice confessus est Christum, quando ne ipsi quidem Apostoli verbum de eo facere audebant. Itaque ob liberam confessionem habitam fuisse apud Deum mortem illius cum Christo, ac si eam pertulisset pro Christo. Illud autem *Mecum eris*, quamvis nihil promitteretur aliud, magnum praemium latroni fuisse; nam ut scribit sanctus Augustinus (Tract. 51 in Joannem.): *Ubi male poterat esse cum illo, et ubi bene esse poterat sine illo? Non enim parvam mercedem promisit Christus iis, qui eum sequuntur, quando dixit: Qui mihi ministrat, me sequatur, et ubi sum ego, illic et minister meus erit* (Io 12,26). Sed non societatem suam solum promisit, sed addidit, *in paradiso*.

Quid hoc loco paradisos significet, etiamsi nonnulli ambigere videantur, non videtur in quaestionem revocari posse. Certum enim est die post mortem fuisse cum corpore in

odpočinku.“ Ani: „Po několika měsících nebo dnech tě utěším.“ Ale: „*Dnes*.“ Dříve než slunce zapadne, přejdeš spolu se mnou z dřeva kříže do rozkoší ráje. Obdivuhodná velkorysost Kristova, obdivuhodné štěstí hříšníka! Ne bez důvodu se sv. Augustin v knize O původu duše,²⁴⁶ následující sv. Cypriána, domnívá, že tento lotr může být nazván mučedníkem, a proto že z tohoto světa přešel bez očištění do vlasti. Mučedníkem však může být dobrý lotr nazván proto, že veřejně vyznal Krista tehdy, když se i samotní apoštolové ani neodvažovali o něm zmínit. Pro toto svobodné vyznání byla tedy jeho smrt s Kristem u Boha [přijata tak], jako by ji vytrpěl pro Krista. Avšak ono: „*budeš se mnou*“, i kdyby se neslibovalo nic jiného, bylo lotrovi velikou odměnou, vždyť, jak píše sv. Augustin:²⁴⁷ „Kde kdy mohlo být zle s ním, a kde kdy mohlo bez něj být dobře?“ Nemalou odměnu totiž Kristus přislíbil těm, kteří ho následují, když řekl: „*Kdo mi slouží, ať mě následuje, a kde jsem já, tam bude i můj služebník*.“²⁴⁸

Co na tomto místě znamená ráj, v tom se sice někteří zdají být na pochybách, ale nezdá se na tom být nic sporného. Je totiž jisté, že den po smrti byl [Kristus] tělem v hrobě a duší

²⁴³ Refrigerium, ii, n. (refrigero) – refrigeratio – Translate solatium, levamen, recreatio. *Salvian*. 3. *Avar*. 11. Dives ille in Euangelio guttam refrigerii impetrare non poterat.

²⁴⁴ occumbat – conj. praes. a occumbo, cumbis, cubui, cubitum, cumbere – est occidere, incidere, cadere. (indic. impf. occumbebat)

²⁴⁵ Patibulum, i, n. (pateo) – σταυρός; Bohem. popravčí nástroj a místo – kříž.

²⁴⁶ Sv. Augustin, *De anima et eius origine libri quatuor*, I, 9: PL 44, 480.

²⁴⁷ Sv. Augustin, *In Joannem*, tractatus 51: PL 35, 1767.

²⁴⁸ J 12,26.

sepulcro, cum anima apud inferos. Id enim disertis verbis symbolum fidei tradit. Certe autem neque sepulcro neque inferis nomen paradisi caelestis aut terrestris attribui potest. Non sepulcro, quod illud angustissimus fuerit locus et solis cadaveribus recipiendis aptus: ut omit- tam, quod in eo sepulcro solum Christi corpus, non etiam latronis positum fuerit; proinde si de eo loco ageretur, non fuisset adimpleta promissio, *hodie mecum eris*. Neque vero inferis ulla ratione paradisi nomen aptari potest; paradus enim significat hortum deliciarum.²⁴⁹ Et quidem in paradiso terrestri erant arbores florigeræ et fructiferae, erant aquae limpidissimæ,²⁵⁰ erat aeris amoenitas maxima. In paradiso caelesti erant et sunt deliciae immortales, lumen indeficiens, sedes²⁵¹ beatorum. Apud inferos vero etiam in ea parte, ubi sanctorum Patrum animae morabantur, nulla erat lux, nulla amoenitas, nullae deliciae; non quidem illae animae torquebantur, sed contra potius consolabatur eas et exhilarabat²⁵² spes redemptionis futurae et visitatio Christi ad eos venturi. Sed tamen in obscuro carcere quasi captivæ detinebantur. Sic enim loquitur Apostolus, Prophetam exponens: *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem* (Eph 4,8; Ps 67,19.). Et Zacharias ait: *Tu in sanguine testamenti tui emisisti victos tuos de lacu, in quo non est aqua* (Zach 9,11.). Ubi vocabula illa *victos tuos et de lacu, in quo non est aqua*, non

v podsvětí. To přece jasnými slovy podává vyznání víry. S jistotou však nemůže být ani hrobu ani podsvětí přisuzováno jméno ráje ať už nebeského nebo pozemského. Hrobu proto ne, že to bylo místo nejstísněnější a uzpůsobené jen k přijetí samotných mrtvol, abych pominul to, že v tomto hrobě bylo uloženo jen samotné tělo Kristovo, a ne lotrovo; a proto, kdyby se jednalo o toto místo, nebylo by přislíbení: „*dnes budeš se mnou*“ splněno. Ani podsvětí není zajisté z žádného důvodu možno přisoudit jméno ráje – ráj totiž znamená zahradu rozkoší. V pozemském ráji byly stromy vydávající květy a plody, byly tam nejprůzračnější vody a nejvyšší lahodnost ovzduší. V nebeském ráji byly a jsou rozkoše nesmrtelné, světlo neuhasínající, sídla blažených. V podsvětí ovšem, dokonce i v té části, kde přebývaly duše svatých otců, nebylo žádné světlo, žádná půvabnost, žádné rozkoše. Pravdaže ony duše [svatých otců] nebyly trápeny, ale naopak je utěšovala a rozveselovala naděje na budoucí vykoupení a navštívení Krista, který k nim měl přijít. Přece však byly drženy v temném žaláři jako zajatci. Tak to totiž říká apoštol, vysvětlujíc proroka: „*vystoupil vzhůru, osvobodil zajaté*“.²⁵⁵ A Zachariáš říká: „*Ty jsi v krvi své smlouvy propustil své zajaté z jámy, v níž není vody*“.²⁵⁶ Zde tato slova: „*své zajaté*“ a „*z jámy, v níž není vody*“ neznamenají

²⁴⁹ Deliciae, arum, f. – sunt oblectamenta quaelibet, quae sensibus voluptatem afferunt; Bohem. rozkoš, požitek, blaho.

²⁵⁰ Limpidus est lucidus, splendidus, nitidus, purus, perspicuus.

²⁵¹ Sedes, is, f.

²⁵² Exhilaro est hilarem reddo, laetifico.

²⁵⁵ Ef 4,8; Ž 67,19.

²⁵⁶ Zach 9,11.

paradisi amoenitatem, sed carceris obscuritatem significant. Igitur nomen paradisi hoc loco nihil significat aliud nisi beatitudinem animae, quae in visione Dei posita est; illa enim vere paradisi deliciarum est, non corporalis aut localis, sed spiritualis et caelestis. Atque haec est ratio, cur petenti latroni ac dicenti: *Memento mei, dum veneris in regnum tuum*, Christus non responderit, *hodie mecum eris* in regno meo; sed *in paradiso*, quia non fuerat Christus ea die futurus in regno suo, id est in perfecta felicitate corporis et animae, sed in die resurrectionis ad regnum illud perventurus erat, quando corpus habiturus erat immortale, impassibile, gloriosum ac nulli omnino servituti vel subjectioni obnoxium.²⁵³ Neque in hoc regno socium habiturus erat bonum latronem usque ad communem resurrectionem atque ultimi iudicii diem. Verissime autem et proprie illi dixit: *Hodie mecum eris in paradiso*, quoniam illa ipsa die communicaturus erat tum animae boni latronis, tum animabus omnium Sanctorum apud inferos degentium gloriam visionis Dei, quam ipse ab ipsa conceptione acceperat; haec enim est gloria sive felicitas essentialis, atque id bonum, quod est praecipuum in caelesti paradiso. Et est sane admiranda proprietates²⁵⁴ verborum Christi. Non enim dixit, erimus hodie in paradiso, vel adibimus hodie paradisu: sed, *mecum eris hodie in paradiso*. Quasi dicere voluisset, tu mecum es hodie in cruce, sed non es mecum in paradiso, in quo ego sum, quoad portionem animae superiorem; sed paulo post, hac ipsa die, mecum eris

půvabnost ráje, ale temný žalář. A proto slovo ráj na tomto místě neznamená nic jiného než blaženost duše, která spočívá ve vidění Boha. Ona [blaženost] je totiž [ten] skutečný ráj rozkoší, ne tělesný nebo místní, nýbrž duchovní a nebeský. A toto je důvod, proč lotrovi žádajícímu se slovy: „*vzpomeň si na mně, až přijdeš do svého království*“, Kristus neodpověděl: „*dnes budeš se mnou* v mém království“, ale „*[dnes budeš se mnou] v ráji*“. Kristus totiž toho dne neměl být ve svém království, to znamená v dokonalém štěstí těla i duše, ale měl do tohoto království přejít až v den vzkříšení, kdy měl již mít tělo nesmrtelné, beztrpné, oslavené a nepodrobené naprosto žádné službě či podřízenosti. A ani v tomto království mu dobrý lotr neměl být druhem až do dne všeobecného vzkříšení a posledního soudu. Naprosto pravdivě tedy a přesně mu řekl: „*dnes budeš se mnou v ráji*“, protože toho samého dne měl sdílet slávu vidění Boha, kterou sám požíval od samotného svého početí, jak s duší dobrého lotra, tak i s dušemi všech svatých dlících v podsvětí. Toto je totiž ta sláva neboli podstatná blaženost a také to dobro, které je hlavním dobrem nebeského ráje. A přesnost Kristových slov je skutečně obdivuhodná. Neřekl totiž: „budeme dnes v ráji“ nebo: „dnes přijdeme do ráje“. Ale: „*budeš se mnou v ráji*“. Jako by chtěl říci: „Ty jsi dnes se mnou na kříži, ale nejsi se mnou v ráji, v němž jsem já, co do vyšší části duše. Ale za chvíli, ještě téhož dne,

²⁵³ Obnoxius, a, um – latiori sensu est qui noxae, seu crimini subjectus est.

²⁵⁴ Proprietas, atis, f. – přesnost, výstižnost...

non solum extra crucem, sed etiam intra paradisum.

CAPUT V

De primo fructu verbi secundi, hic est de consideratione immensae misericordiae Christi et quam bonum est et utile illi servire.

Ex verbo secundo in cruce prolato aliquot eoque eximios fructus colligere possumus. Primus fructus est consideratio immensae misericordiae et liberalitatis Christi, et quam bonum atque utile sit illi servire. Christus, oppressus doloribus, potuisset latronem orantem non audire, sed caritas maluit oblivisci dolorum acerbissimorum, quam miserum peccatorem confitentem²⁵⁷ non audire. Idem Dominus ad maledicta et exprobrationes sacerdotum et militum omnino obmutuit, sed ad clamorem pauperis poenitentis et confitentis caritas obmutescere non potuit. Ad maledicta obmutuit, quia patiens est, ad confessionem non obmutuit, quia benigna est. Sed de liberalitate quid dicemus? Qui serviunt temporalibus dominis saepe multum laborant, et modicum est, quod lucrantur. Certe non paucos videmus quotidie, qui in aulis Principum aetatem contriverunt,²⁵⁸ et in senio²⁵⁹ postea domum redeunt paene mendici. Christus autem, Princeps vere liberalis, vere magnificus, nihil accepit ab isto latrone nisi pauca verba bona et bonum illi obsequendi²⁶⁰ desiderium, et ecce,

budeš spolu se mnou, nejen zbaven kříže, ale také přítomen v ráji.“

KAPITOLA 5.

První ovoce druhého slova – rozjímání nesmírného milosrdenství Kristova a toho, jak dobré a užitečné je mu sloužit.

Z druhého slova proneseného na kříži můžeme získat několik vynikajících plodů. Prvním plodem je rozvažování nekonečného Kristova milosrdenství a štědrosti a [toho], jak dobré a užitečné je mu sloužit. Kristus, sevřen bolestmi, mohl prosícího lotra neslyšet, ale láska chtěla raději zapomenout na nejprudší bolesti než neslyšet vyznávajícího se bídneho hříšníka. Tentýž Kristus zcela oněměl ke zlořečení a výčtkám kněží a vojáků, ale k volání ubohého kajícího, vyznávajícího [své hříchy] láska oněmět nemohla. Ke zlořečením oněměla, protože je trpělivá, k vyznávajícímu se neoněměla, protože je dobrotivá. Avšak o štědrosti, co řekneme? Ti, kdo slouží časným pánům, často pracují mnoho, ale získají jen málo. Denně zajisté vidíme nemálo těch, kteří svůj život strávili v přijímacích sálech knížat, a v stáří se potom navracejí domů téměř jako žebráci. Kristus však, Kníže vpravdě štědrý, vpravdě velkorysý, od tohoto lotra nepřijal nic, kromě několika dobrých slov a upřímné touhy mu sloužit, a hle, jakou obdržel odměnu! [Ještě]

²⁵⁷ Confiteor, fiteris, fessus sum, fiteri, dep. Part. *Confitens; Confessus.*

²⁵⁸ Contero, teris, trivi, tritum, terere (cum *et* tero) – contero est idem quod tero, vel simul aut valde tero, comminuo, contundo; translate ponitur pro consumere, absumere.

²⁵⁹ Senium est aetas senilis et, quae eam comitatur, infirmitas. Est enim plus aliquid, quam senectus.

²⁶⁰ Obsequi est alterius voluntatem sequi, morem gerere, indulgere, gratificari – ... cum dativo personae, cui quis obsequitur.

qualem mercedem accepit, ipsa die primum dimittuntur ei debita multa, quae toto vitae tempore peccando contraxerat;²⁶¹ deinde admiscetur²⁶² principibus populi sui, Patriarchis videlicet et Prophetis. Denique assumitur ad consortium mensae suae, dignitatis suae, gloriae suae, atque adeo²⁶³ omnium bonorum suorum: *Hodie, inquit, mecum eris in paradiso*. Et quod dixit, fecit, neque distulit mercedem eius ad alteram diem; sed illa ipsa die mercedem plenam, confertam,²⁶⁴ coagitatam, supereffluentem dedit in sinum eius (Lc 6,38).

Neque cum solo latrone isto Christus hoc fecit. Reliquerunt Apostoli naviculas aut telonia²⁶⁶ aut domunculas suas, ut Christo servirent: ille vero constituit eos *principes super omnem terram* (Ps 44,17); subiecit eis daemonia et serpentes et omnia morborum genera (Mt 10,1). Dedit aliquis, ut Christo obsequeretur, pauperi cibum aut vestes: audiet in die iudicii: *Esurivi, et dedisti mihi panem; nudus eram, et vestisti me* (Mt 25,35–36): accipe ergo et posside regnum sempiternum. Denique, ut alia praetermittam, audi liberalitatem Domini plane incredibilem, nisi Deus esset, qui promittit: *Omnis, qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit*

téhož dne jsou mu nejprve odpuštěny mnohé dluhy, které si svými hříchy nadělal během celého svého života, a potom je připojen ke knížatům svého lidu, tedy k patriarchům a prorokům. Nakonec je přijat za spoluúčastníka jeho stolu, jeho důstojnosti, jeho slávy, a tudíž také všech jeho dober. Říká: „*dnes budeš se mnou v ráji*“. A co řekl, udělal, neodložil jeho odměnu na další den, ale ještě téhož dne mu dal do klína odměnu dobrou, plnou, natřesenou a vrchovatou.²⁶⁵

Kristus však toto učinil nejen s tímhle lotrem. Apoštolové opustili loďky nebo celnice nebo domky, aby sloužili Kristu, on však je „*ustanovil za knížata nad celou zemí*“²⁶⁷ a podřídil jim démony i hady a všechny druhy nemocí.²⁶⁸ Někdo dal – aby byl poslušný Kristu – pokrm nebo oděv chudému, a v den soudu uslyší: „*Hladověl jsem, a dal jsi mi chléb; byl jsem nahý, a oděl jsi mne...*“²⁶⁹ přijměte tedy a zaujměte království věčné.“ Nakonec, abych ostatní pominul, poslyš Pánovu štědrotu, téměř neuvěřitelnou, kdyby ten, kdo slibuje, nebyl Bůh: „*Každý, kdo opustí dům nebo bratry nebo sestry nebo otce nebo matku nebo manželku nebo syny nebo pole pro mé jméno, dostane stonásobně a*

²⁶¹ Contraho, trahis, traxi, tractum, trahere – plures personas vel res colligere, congregare, cogere; debita, quae contraxerat – dluhy, které (předtím) nahromadil.

²⁶² Admiscetur – indic. praes. pass. – Admisceo, sces, scui, xtum vel stum, scere (ad et misceo).

²⁶³ Adeo adverb. – usque eo, ad illum terminum.

²⁶⁴ Confero, confers, contuli, collatum vel conlatum, conferre, anom. (cum et fero).

²⁶⁵ Lk 6,38.

²⁶⁶ Teloneum et telonium, ii, n. – est etiam vectigal – zde celnice.

²⁶⁷ Ž 44,17.

²⁶⁸ Mt 10,1.

²⁶⁹ Mt 25,35–36.

(Mt 19,29). Explicant autem sanctus Hieronymus (In Comment. ad cap. 19 Matth.) et alii sacri Doctores hanc promissionem, ut haec sit eorum verborum sententia: Qui rem aliquam temporariam pro Christo in praesenti vita dimiserit, duplicem mercedem accipiet, et utramque incomparabiliter maiorem, quam sit res illa pro Christo dimissa. Primum enim accipiet spirituale gaudium sive spirituale donum in hac vita centuplo majus ac pretiosius, quam sit res illa pro Christo dimissa, sic ut recto iudicio malit vir ille spirituale illud bonum sibi retinere, quam illud cum centum domibus vel agris vel aliis rebus similibus commutare. Deinde ac si merces ista exigua aut nulla fuisset, accipiet felix ille mercator in futuro saeculo vitam aeternam; qua voce immensa bonorum omnium copia significatur.

Haec videlicet est Christi, Regis maximi, liberalitas in eos, qui serio se ipsius servitio mancipare²⁷² non dubitant. An non igitur stulti sunt, qui, Christo dimisso, mammonae aut gulae²⁷³ aut luxuriae²⁷⁴ servire cupiunt? Sed, inquiunt, qui Christi divitias non noverunt: Ista verba sunt, nos enim videmus Christi famulos plerumque pauperes, sordidos, abjectos, tristes. Istud vero centuplum, quod magnificas, numquam vidimus. Ita est; carnalis homo non vidit umquam²⁷⁵ illud centuplum, quod Christus

*obdrží život věčný.*²⁷⁰ Sv. Jeroným²⁷¹ i jiní posvátní učitelé toto příslibení vysvětlují tak, že smysl těchto slov je následovný: Kdo v tomto přítomném životě opustí nějakou časnou věc pro Krista, dostane dvojí odměnu, a obojí neporovnatelně větší, než je ta věc, kterou pro Krista opustil. Nejprve totiž v tomto životě dostane duchovní radost nebo duchovní dar stonásobně větší a cennější, než je ta věc opuštěná pro Krista, tak aby si onen muž správně usuzující více chtěl udržet ono duchovní dobro, než ho zaměnit za sto domů nebo polí nebo jiných podobných věcí. Nakonec, jako by tahle odměna byla bývala nepatrná nebo žádná, obdrží onen obchodník v budoucím věku věčný život; a tímto slovem se označuje nesmírná hojnost všech dober.

Takováto tedy je štědrost Krista, největšího Krále, k těm, kteří neváhají opravdově se odevzdat jeho službě. Což tedy nejsou hlupáci ti, kdo Krista opustili a touží sloužit mamonu nebo obžerství či přepychu? Avšak ti, kdo poklady Kristovy nepoznali, říkají: Toto jsou slova, my však vidíme, že Kristovi sluhové jsou většinou chudí, špinaví, opovržení a smutní. Ale ten stonásobek, který vychvaluješ, jsme nikdy neviděli. Ano, tak tomu je! Člověk tělesný nikdy neviděl ten stonásobek,

²⁷⁰ Mt 19,29.

²⁷¹ Sv. Jeroným, *Komentář na Matoušovo evangelium*, k Mt 19: PL 26, 139.

²⁷² Mancipio *vel* mancupo, as, avi, atum, are (manus *et* capio) – est mancipio tradere, in alterius dominium et potestatem transferre, vendere, alienare, addicere; translate est addicere, subicere, obligare.

²⁷³ Gula, ae, f. – fistula colli interior, qua cibus et potus devoratur, et in stomachum demittitur; Bohem. hltan; latiori sensu ponitur pro toto collo; saepissime per metonymiam pro voracitate, et nimio delicatioris cibi appetitu.

²⁷⁴ Luxuria, ae, f. – est nimia germinum ubertas et redundantia, nimia rei alicujus abundantia; Bohem. přepych, hýřivost, bujnost, rozmařilost.

²⁷⁵ Umquam est aliqua vice, aliquo tempore, ullo tempore.

promisit, quia non habet oculos, quibus videri potest; neque umquam solidum illud gaudium gustavit, quod pura conscientia et vera caritas in Deum degustare solet. Sed exemplum afferre volo, ex quo utcumque carnalis etiam animus spirituales delicias et divitias suspicari²⁷⁶ possit. Legitur libro exemplorum de illustribus viris Ordinis Cisterciensis (Dist. 3 exempl. 26), Arnulphum quendam virum nobilem et divitem, relictis omnibus, factum esse monachum Cisterciensem sub Abbate sancto Bernardo. Hunc Deus flagellis durissimis variorum morborum, praesertim circa finem vitae exercuit. Sed cum doloribus acrius torqueretur, coepit magna voce clamare ac dicere: *Vera sunt omnia, quae dixisti, Domine Jesu. Interrogantibus, qui adstabant, cur ista diceret, ait: Dominus in Evangelio suo dicit, qui reliquerit divitias et omnia, quae habet, propter ipsum, eum accepturum centuplum in hac vita et postea vitam aeternam. Ego vim hujus promissionis nunc demum intellego et fateor, me nunc centuplum accipere omnium, quae dimisi: siquidem immensa hujus doloris acerbitas adeo mihi sapit propter spem divinae miserationis, quae in ea reposita est mihi, ut hac ipsa caruisse me nolim, pro centuplicata mundi substantia, quam reliqui. Vere enim spirituale gaudium, quod modo est in spe, centies millies exsuperat gaudium saeculare, quod nunc est in re.* Haec ille. Perpendat lector haec verba et postea judicet, quanti facienda sit spes certa, divinitus infusa, beatitudinis aeternae jam jam obtinendae.

který Kristus přislíbil, protože nemá oči, jimiž může být viděn, a ani nikdy neokusil onu skutečnou radost, kterou zakouší čisté svědomí a pravá láska k Bohu. Chci ale uvést příklad, z něhož by si i tělesně smýšlející člověk mohl utvořit aspoň nějakou představu o těch duchovních sladkostech a bohatstvích. V knize příkladů o slavných mužích cisterciáckého řádu se čte, že jakýsi vznešený a bohatý muž, Arnulf, opustil všechno a stal se cisterciáckým mnichem za opata sv. Bernarda.²⁷⁷ Bůh ho především ke konci života zkoušel nejtvrďšími ranami nemocí. Ale když byl bolestmi velice ostře sužován, začal silným hlasem volat a říkat: „Pravda je všechno, co jsi řekl, Pane Ježíši.“ Když se ho okolostojící ptali, proč to říká, odpověděl: „Pán ve svém evangeliu řekl, že kdo opustí bohatství a všechno, co má, pro něho, dostane stonásobně víc v tomto životě a potom život věčný. Já nyní konečně rozumím smyslu tohoto zaslíbení a vyznávám, že teď přijímám stonásobně víc než všechno, co jsem opustil. Skutečně mi nesmírná prudkost této bolesti – pro naději na Boží slitování, která se v ní pro mě skrývá – chutná natolik, že jí raději nechci být zbaven [ani výměnou] za stonásobek toho světského bohatství, které jsem opustil. Vpravdě totiž, duchovní radost, která je dosud [jen] v naději, statisíckrát převyšuje radost světa, která je nyní skutečná.“ Tolik onen [Arnulf]. Ať tedy čtenář tato slova zváží a potom soudí, jak má být ceněna

²⁷⁶ Suspicor, aris, atus sum, ari dep. – est opinor, puto, conjicio, cogito, reputo; spero.

²⁷⁷ Konrád z Ebalbachu, *Exordium magnum Cisterciense*, 3, 26: PL 185, 1076.

jistá a božsky vlitá naděje na věčnou blaženost, kterou už už máme dosáhnout.

CAPUT VI

De secundo fructu verbi secundi, hoc est de cognitione potentiae gratiae Dei et imbecillitatis voluntatis humanae.

Alter fructus est ejusdem secundi verbi cognitio potentiae gratiae Dei et imbecillitatis voluntatis humanae. Ex qua cognitione discere poterimus, optimum esse confidere plurimum in auxilio Deo et diffidere plurimum de viribus propriis. Cognoscere cupis potentiam gratiae Dei? respice latronem bonum. Hic fuerat insignis peccator, et in statu illo deterrimo perseveraverat usque ad supplicium crucis, id est paulo minus quam *usque ad mortem*; et non aderat illi in tanto periculo damnationis aeternae ullus, qui vel consilio vel auxilio eum juvaret; quamvis enim vicinissimus esset Salvatori, tamen audiebat pontifices et pharisaeos affirmantes illum esse seductorem ambitiosum,²⁷⁸ regni alieni affectatorem;²⁷⁹ audiebat latronem socium suum similia Christo improperebantem.²⁸⁰ Nemo erat, qui Christo verbum aliquod loqueretur; ac ne ipse quidem Christus blasphemias illas et maledicta refellebat.²⁸¹ Et tamen aspirante gratia Dei, cum hic nullum ad salutem subsidium habere videretur et gehennae vicinissimus esset et a vita aeterna quam longissime abesset: momento illustratus et ad

KAPITOLA 6.

Druhé ovoce druhého slova – poznání moci milosti Boží a bezmocnosti lidské vůle.

Druhým ovocem téhož druhého slova je poznání moci Boží milosti a bezmocnosti lidské vůle. Z tohoto poznání se můžeme naučit, že nejlepší je velice důvěřovat v Boží pomoc a velice nedůvěřovat ve své síly. Toužíš poznat moc Boží milosti? Pohlédni na dobrého lotra! On byl mimořádným hříšníkem a v tomto hrozném stavu setrval až do popravy ukřižováním, tedy jen o něco méně než „až do smrti“. V tomto velikém nebezpečí věčného zavržení při něm nebyl nikdo, kdo by mu pomohl radou nebo podporou. Byl sice nejblíže Spasiteli, avšak [na druhé straně] slyšel velekněze a farizeje, kteří tvrdili, že tento [člověk] je svůdce a buřič, který si chce uzurpovat cizí království. Slyšel, jak i jeho druh, druhý lotr, vyčítá Kristu podobné věci. Nebyl tu nikdo, kdo by Kristu řekl nějaké [dobré] slovo. A dokonce ani sám Kristus ta rouhání a výčitky nevyvracel. A přece, s přispěním Boží milosti, ačkoliv se zdálo, že nemá žádnou podporu k spáse a ač byl už tak blízko peklu a převelice vzdálen od věčného života, v okamžiku osvěcen a obrácen

²⁷⁸ Ambitiosus est qui honores quaerit... (ambio, ire – obcházet, snažit se naklonit si lidi).

²⁷⁹ Affectator vel adfectator, oris, m. (affecto) – qui vehementi affectu aliquid cupit et assequi studet.

²⁸⁰ Improperare (ab in et probrum) – significat crimen aut aliquod probrum alicui objicere.

²⁸¹ Refello, fellis, felli, fellere – Quum *fello* proprie sit mammam sugo, *refello* est quasi ex ore expuo, rejicio, respuo: unde translate ponitur pro refutare, redarguere, quae dicta sunt, falsa esse arguendo ostendere.

meliora conversus, confitetur Christum esse innocentem et Regem futuri saeculi, et quasi praedicator effectus, corripit sodalem suum, suadet illi paenitentiam et coram omnibus commendat se devote et humiliter Christo. Denique ita se gerit, ut, quod supererat poenalis cruciatus in ligno, converteretur illi in purgatoriam poenam, et mox a morte intraret in gaudium Domini sui. Ex quo intellegimus, nullum debere desperare salutem, quando iste, qui venit ad vineam Domini hora fere duodecima, mercedem accepit cum iis, qui venerant hora prima. Contra vero latro alter, ut ostendatur infirmitas humana, non est correctus ex tam insigni caritate Christi, qui pro crucifixoribus suis tam amanter oravit, neque ex proprio supplicio suo neque ex admonitione et exemplo socii, neque ex insolitis tenebris et scissione petrarum, neque exemplo eorum, qui, Christo mortuo, revertebantur percutientes pectora sua (Lc 23,48). Quae omnia contingerunt post conversionem boni latronis, ut intellegeremus, latronem alterum sine his subsidiis converti potuisse, alterum cum his omnibus non potuisse vel potius noluisse.

At cur, inquires, Deus uni gratiam conversionis inspiravit, alteri non inspiravit? Respondeo, sufficientem gratiam neutri defuisse; et si alter eorum periit, culpa sua periit, si alter conversus est, gratia Dei conversus est, non sine cooperatione liberi arbitrii. Sed cur, inquires, non dedit utrique Deus gratiam illam efficacem, quae a nullo duro corde respuitur?²⁸³ Istud ad secreta

k lepším [nadějším], vyznal, že Kristus je nevinný a je Králem budoucího věku. Jako by se stal kazatelem, pokáral svého druha, nabádal ho k pokání a před všemi sám sebe zbožně a pokorně odevzdal Kristu. Následně si vedl tak, že to, co [mu] z trestu smrti na dřevě zůstávalo, se mu obrátilo v trest očištný a že hned po smrti vstoupil do radosti svého Pána. Z toho chápeme, že nikdo nesmí zoufat nad [svou] spásou, když i ten, kdo přišel na vinici Páně téměř o dvanácté [denní] hodiny, [tedy těsně před skončením pracovní doby], dostal odměnu spolu s těmi, kteří přišli už v první [denní] hodinu. Naopak ale druhý lotr, aby se ukázala lidská slabost, nebyl napraven ani vynikající láskou Krista, jenž se za své katy tak láskyplně modlil, ani svým vlastním trestem, ani napomenutím a příkladem svého druha, ani neobvyklou temnotou a praskáním skal, ani příkladem těch, kteří se po Kristově smrti navraceli, bijíce se v prsa.²⁸² Tyto všechny věci se udály po obrácení dobrého lotra, abychom pochopili, že jeden lotr se mohl obrátit i bez pomoci všech těchto věcí, druhý se však ani s touto pomocí [obrátil] nemohl, nebo spíše nechtěl.

Řekneš však: „Proč Bůh jednomu vdechl milost obrácení, a druhému nevdechl?“ Odpovídám: Ani jednomu z nich nescházela dostatečná milost. A jestliže jeden z nich zahynul, zahynul svou vlastní vinou. Jestliže druhý se obrátil, obrátil se milostí Boží, ne [však] bez spolupůsobení [své] svobodné vůle. Řekneš ale: „Proč Bůh nedal oběma tu účinnou

²⁸² Lk 23,48.

²⁸³ Respuo, spuis, spui, spuere – idem ac spuendo rejicio, exspuo: item simpliciter rejicio, repello, expello, non admitto.

Dei pertinet, quae nos admirari, non scrutari decet, cum illud nobis satis esse debeat, non esse iniquitatem apud Deum, ut Apostolus loquitur (Rom 9,14), et judicia Dei occulta esse posse, injusta esse non posse, ut loquitur sanctus Doctor Augustinus (Epist. 105). Illud magis ad nos pertinet, ut ab his exemplis discamus non differre conversionem usque ad vitae finem. Nam etsi uni contigit,²⁸⁴ in extrema hora Dei gratiam invenire, alteri contigit iudicium invenire. Et si quis vel historias legat vel casus cotidianos observet, inveniet profecto²⁸⁵ rarissimos fuisse, qui feliciter de hoc mundo exierint, cum per totum vitae suae cursum perdidit²⁸⁶ vixerint; et contra plurimos fuisse, qui post vitam negligenter actam ad poenas aeternas rapti fuerint. Quemadmodum e contrario paucos omnino numerari, qui bene sancteque vixerint et tamen infeliciter perierint; et contra plurimos numerari, qui post vitam sancte pieque ductam ad gaudia sempiterna pervenerint. Nimis omnino audaces sunt nimisque temerarii,²⁸⁷ qui in re tanti momenti, cum de vita sempiterna vel de sempiternis suppliciis agitur, audent vel unum diem in peccato lethali haerere, cum singulis momentis de vita praesenti abire queamus, et post mortem nullus sit amplius locus paenitentiae et ex inferno nulla sit redemptio.

milost, která žádným tvrdým srdcem nebývá odmítána?“ Tohle už se týká Božích tajemství, která nám přísluší obdivovat, nikoli je zkoumat, protože nám má stačit ono, že „*u Boha není žádné nepravosti*“, jak říká apoštol.²⁸⁸ Boží soudy mohou být skryté, ale nemohou být nespravedlivé, jak říká svatý učitel Augustin.²⁸⁹ Nás se více týká to, abychom se z těchto příkladů poučili neodkládat obrácení až na konec života. Neboť, ačkoliv jednomu se přihodilo, že našel Boží milost v poslední hodinu, druhému se přihodilo, že našel Boží soud. A jestliže bude někdo číst dějiny nebo sledovat každodenní případy, určitě zjistí, že bylo nanejvýš málo těch, kteří z tohoto světa odešli šťastně, přestože po celý čas svého života žili špatně. A naopak, bylo velice mnoho těch, kteří byli po životě stráveném v nedbalosti vytrženi k věčnému trestu. Stejně jako naopak je velice málo těch, kteří žili dobře a svatě, a přesto nešťastně zahynuli; a rovněž velmi mnoho těch, kteří po životě stráveném svatě a zbožně přešli do věčné radosti. Přespříliš odvážní a opovážliví jsou ti, kdo se ve věci takové závažnosti – když se jedná o věčný život anebo věčný trest – odvažují co jen jeden den zůstat v smrtelném hříchu, zatímco v každém momentu můžeme z tohoto života odejít a po smrti již více není žádné místo pro pokání a z pekla není žádného vykoupení.

²⁸⁴ Contigit – indic. perf. a contingo, tingis, tigi, tactum, tingere – přihodilo se.

²⁸⁵ Profecto est idem ac certe, sane, ὁληθῶς.

²⁸⁶ Perdite, adverb. – est more perditum hominis, flagitiose, nequiter, corrupte.

²⁸⁷ Temerarius, a, um adj. (temere) – inconsultus, praeceps, nimis audax, sine consilio et ratione; Bohem. opovážlivý.

²⁸⁸ Ř 9,14.

²⁸⁹ Sv. Augustin, list č. 194 (jinak i 149) adresovaný Sixtovi, 23: PL 33, 882.

CAPUT VII

De tertio fructu verbi secundi, hoc est de cognitione differentiae crucis bonorum et malorum.

Fructus tertius ex eodem verbo Domini colligi poterit, si quis advertat tres fuisse in loco eodem et hora eadem crucifixos: innocentem unum, videlicet Christum, alterum paenitentem latronem bonum, tertium obstinatum²⁹⁰ in peccato, latronem malum. Vel si magis placeat, tres fuisse uno tempore cruci affixos: Christum semper et excellenter sanctum; latronem unum, semper et eximie²⁹¹ improbum; latronem alterum, aliquando scelestum, aliquando sanctum. Ex qua re intellegere possumus, neminem in hac vita sine cruce posse vivere, et frustra niti²⁹² illos, qui crucem omnino fugere se posse confidunt; illos vero sapientes esse, qui de manu Domini crucem suam accipiunt eamque usque ad mortem non solum patienter, sed etiam libenter ferunt. Quod omnes boni crucem suam habeant, ex verbis Domini potest intellegi: *Si quis vult*, inquit, *venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me* (Mt 16,24). Et alibi: *Qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus* (Lc 14,27). Quod idem Apostolus aperte docet, cum ait: *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur* (2 Tim 3,12). Cui

KAPITOLA 7.

Třetí ovoce druhého slova – poznání rozdílu mezi křížem lidí dobrých a zlých.

Třetí ovoce z téhož Pánova slova může být získáno tehdy, jestliže někdo uváží, že na jednom místě v tu samou hodinu byli ukřižováni tři [lidé]: jeden nevinný, tedy Kristus, druhý kající dobrý lotr a třetí zlý lotr zatvrzelý v hříchu. Anebo, chceme-li, tři byli přibiti na kříž zároveň: Kristus, vždy a jedinečně svatý; jeden lotr, neustále a obzvláště zlý; druhý lotr, někdy zločinec a někdy svatý. A z toho můžeme porozumět, že v tomto životě nemůže nikdo žít bez kříže a že se zbytečně namáhají ti, kdo doufají, že mohou kříží zcela uniknout, a rovněž že vpravdě moudří jsou ti, kdo svůj kříž přijímají z Pánovy ruky a – nejen trpělivě, ale také rádi – ho nesou až do své smrti. A že všichni dobří mají svůj kříž, to můžeme vyrozumět z Pánových slov: „*Jestliže někdo chce jít za mnou, zapři sám sebe, vezmi svůj kříž a následuj mne.*“²⁹⁹ A jinde: „*Kdo nenese svůj kříž a nejde za mnou, nemůže být mým učedníkem.*“³⁰⁰ A totéž otevřeně učí apoštol, když říká: „*Všichni, kdo chtějí zbožně žít v Kristu Ježíši, budou trpět pronásledování.*“³⁰¹ S čímž souzní i svatí otcové, latinští i řečtí, z nichž pro krátkost uvedu pouze dva. Sv. Augustin

²⁹⁰ Obstinare est obfirmato et perseveranti animo quippiam expetere, obfirmare animum in aliqua re.

²⁹¹ Eximius, a, um adject. ab *eximo* – egregius, exemptus, extra ceteros positus, exceptus; universim et lato usu accipitur pro excellenti, insigni, singulari, praestanti.

²⁹² Nitor, teris, sus vel xus sum, ti dep. – incumbere, inniti, fulciri; Bohem. opírat se, spoléhat, spočívat; namáhat se, usilovat.

²⁹⁹ Mt 16,24.

³⁰⁰ Lk 16,27.

³⁰¹ 2Tim 3,12.

concordant sancti Patres Latini et Graeci, ex quibus causa brevitatis duos tantum adducam. Sanctus Augustinus (Ad Psalm. 137.) in commentario Psalmorum *Vita ista*, inquit, *parva tribulatio est; si non est tribulatio, non est peregrinatio, si autem peregrinatio est, aut parum*²⁹³ *patriam diligis, aut sine dubio tribularis*. Et alio loco (Ad Psalm. 11.): *Si putas te nondum habere tribulationes, nondum coepisti esse christianus*. Sanctus Joannes Chrysostomus (Homilia 67 ad pop. Ant.) in homilia quadam ad populum Antiochenum sic loquitur: *A christiani vita insolubile vinculum est tribulatio*. Idem Doctor (Homilia 29 in Epistolam ad Hebraeos.): *Non potes, inquit, dicere, quia iustus est aliquis, qui expers tribulationis existat*. Denique idipsum ratio manifeste probat. Res enim contrariae sine mutua²⁹⁴ concertatione simul esse non possunt. Ignis et aqua, donec inter se distant, omnino quiescunt; cum in unum locum conveniunt, continuo aqua fumare, saltare, stridere²⁹⁵ incipit, donec vel aqua consumitur vel ignis exstinguitur. *Contra malum bonum est*, inquit Ecclesiasticus, *et contra mortem vita: sic et contra virum justum peccator* (Sir 33,15.). Justi sunt igni similes, lucent, ardent, sursum ascendunt, semper operantur et efficaciter agunt, quidquid agunt. Injusti

v komentáři na žalmy říká: „Tento život je malé soužení; jestliže není soužením, není ani poutí, jestliže ale je poutí, pak buďto málo miluješ vlast, anebo se nepochybně soužíš.“³⁰² A na jiném místě: „Jestliže se domníváš, že jsi dosud neměl soužení, dosud jsi nezačal být křesťanem.“³⁰³ Sv. Jan Zlatoústý v jednom [ze svých] kázání k antiochijskému lidu mluví takto: „Soužení je s křesťanským životem neoddělitelně svázáno.“³⁰⁴ Tentýž učitel říká: „Nemůžeš říci, že je spravedlivým někdo, kdo nezakusil soužení.“³⁰⁵ Ostatně to samé zjevně potvrzuje i rozumový úsudek. Opačné věci totiž nemohou být spolu bez vzájemného souboje. Oheň a voda, dokud jsou odděleny, jsou úplně v klidu. Když se však sejdou na jednom místě, voda hned začíná kouřit, kypět a vřít, dokud není buďto pohlcena voda, anebo uhašen oheň. Sirachovec říká: „*Proti zlu dobro a proti smrti život, tak také proti muži spravedlivému hříšník*.“³⁰⁶ Spravedliví jsou podobni ohni: svítí, hoří, stoupají vzhůru, vždy pracují a, cokoliv dělají, dělají účinně. Nespravedliví jsou naopak podobni vodě: jsou studení, tečou po zemi, všude dělají bláto. Co je tedy divného, jestliže všichni dobří trpí pronásledování od zlých? Vždyť pšenice bude zajisté až do konce

²⁹³ Parum proprie idem est, atque aliquantum abest, quin justum vel plenum sit; hinc est paullum, modicum, leviter, non satis, μικρόν.

²⁹⁴ Mutuus, a, um – qui ex meo tuus fit. Alii a muto, as, quia in his, quae mutuo fiunt, mutatio et alternatio est; Bohem. vzájemný, obojstraný, vydlužený.

²⁹⁵ Strideo, strides, stridi (raro stridiū), stridere et strido, stridis, stridi, stridere – est stridorem edo, acutum et ingratum fere sonum emitto, strepito, sibilo.

³⁰² Sv. Augustin, *Enarrationes in Psalmos*, in Ps. 137: PL 37, 1774. Augustin jako by říkal: Tento život je soužení, ale pro svou krátkost a v porovnání s věčným trestem jenom malé. Soužením je proto, protože je poutí do nebe, které je naším domovem, a každá pout' je přece namáhavá. Pokud ti tvá životní cesta nepřipadá namáhavá a strastná, je to proto, že jsi ztratil pohled na nebeskou vlast, kde už nebude žádné soužení, ale jen věčný pokoj a blaženost.

³⁰³ Sv. Augustin, *Enarrationes in Psalmos*, in Ps. 55,2: PL 36, 649.

³⁰⁴ Sv. Jan Zlatoústý, *Kázání 67 (alias 68) in Matthaeum*, 5: PG 58, 638.

³⁰⁵ Sv. Jan Zlatoústý, *Homilia 29 in Epistolam ad Hebraeos*: PG 63, 203–212.

³⁰⁶ Sir 33,15.

contra similes sunt aquae, frigidi, per terram labentes, lutum ubique facientes. Quid ergo mirum, si omnes boni persecutionem a malis patiuntur? Quia vero usque ad mundi consumptionem permixta erunt triticum²⁹⁶ et zizania²⁹⁷ in eodem agro (Mt 13,25), palea²⁹⁸ et frumentum in eadem area (Mt 3,12), boni et mali pisces in eodem reti (Mt 13,48), id est homines probi et improbi non solum in eodem mundo, sed etiam in eadem Ecclesia: ideo fieri non potest, ut probi et sancti viri ab improbis et sceleratis tribulationem non patiantur.

Sed nec improbi sine cruce in hoc mundo vivunt. Quamvis enim a viris piis impij persecutionem non patiantur, patiuntur tamen ab aliis impiis, patiuntur a propriis vitiis, patiuntur a mala conscientia. Certe sapientissimus Salomon, qui si ullus alius felicissimus vivus est, crucem se portare negare non potuit, cum ait: *Vidi in omnibus vanitatem et afflictionem animi* (Ecl 2,11.). Et paulo infra: *Et taeduit me vitae meae videntem, mala universa esse sub sole, et cuncta vanitatem et afflictionem spiritus* (Ecl 2,17.). Et Ecclesiasticus, vir quoque sapiens valde, generalem sententiam protulit, dicens: *Occupatio magna creata est omnibus hominibus et jugum gravae super filios Adam* (Sir 40,1.). Sanctus Augustinus (Homil. 3.) in

světa na tomtéž poli promíšena s koukolem,³⁰⁷ plevy a obilí v téže stodole,³⁰⁸ dobré i špatné ryby v jedné síti³⁰⁹ – to znamená, lidé dobří i zlí nejen v jednom světě, ale také v jedné a téže Církvi. Proto nemůže dojít k tomu, aby dobří a svatí muži netrpěli soužení od zlých a zločinných.

Ale ani zlí nežijí v tomto světě bez kříže. Jakkoliv totiž bezbožní od mužů zbožných pronásledování netrpí, trpí přece od jiných bezbožníků, trpí vlastními nepravostmi, trpí špatným svědomím. Zajisté nejmodřejší Šalomoun, jenž byl na této zemi šťastnějším než kdo jiný, nemohl popřít, že nese kříž. Řekl přece: „*Viděl jsem ve všem marnost a trápení ducha*.“³¹³ A kousek níže: „*A omrzel se mi život, když jsem viděl, že vše pod sluncem je zlé, a všechno je to marnost a trápení ducha*.“³¹⁴ A Sirachovec, muž taktéž velice moudrý, pronáší všeobecný úsudek: „*Veliké zaměstnání je uloženo všem lidem a těžké jho [spočívá] na synech Adamových*.“³¹⁵ Sv. Augustin [ve svém výkladu] na žalmy říká: „Mezi všemi

²⁹⁶ Triticum, i, n. – est nobilissimum frumenti genus, radice in fibras sparsa, foliis ternis aut quaternis aut quinis, oblongis et angustis seque mutuo amplexentibus; culmo quattuor vel quinque nodis discreto, ex quibus singula folia oriuntur: spica in summo aristis munita, vel etiam sine iis, in qua grana sunt glumis involuta; Bohem. pšenice.

²⁹⁷ Zizania, orum, n. plur. – etiam zizania, ae, f. – Zizania dicitur vitium tritici hordeiue nimia loci uligine corrupti jugibusve pluviis diluti.

²⁹⁸ Palea, ae, f. – est stipula et folia minutiora in culmo et circa grana frumenti.

³⁰⁷ Mt 13,25.

³⁰⁸ Mt 3,12.

³⁰⁹ Mt 13,48.

³¹³ Kaz 2,11.

³¹⁴ Kaz 2,17.

³¹⁵ Sir 40,1.

Psalmos: *Inter omnes, inquit, tribulationes nulla est major quam conscientia delictorum.* Sanctus Joannes Chrysostomus (Homil. 3) in homilia de Lazaro docet multis verbis, non posse improbos cruce sua carere, nam si pauper est, paupertas illi crux est; si abest paupertas, adest cupiditas, quae magis affligit;³¹⁰ si liber a morbo est, inflammatur ira, quae ipsa quoque crux est. Sanctus vero Cyprianus (Sermo de patientia) ex ipsa nativitate demonstrat omnem hominem ad crucem et tribulationem nasci eamque³¹¹ naturaliter fletu suo praedicere: *Unusquisque nostrum, inquit, cum nascitur et hospitio mundi hujus excipitur, initium sumit a lacrimis. Et quamvis adhuc omnium nescius et ignarus, nihil aliud novit in illa ipsa prima nativitate quam flere: providentia naturali lamentatur vitae mortalis anxietates et labores; et procellas mundi, quas ingreditur,³¹² in exordio statim suo ploratu et gemitu rudis anima protestatur.*

Quae cum ita sint, nemini dubium esse potest, quin sit crux bonis malisque communis. Illud restat, ut demonstremus, crucem piorum esse brevem, levem et frugiferam, et contra crucem improborum esse diuturnam, gravem et sterilem. Ac de cruce quidem piorum, quod sit brevis, dubitari non potest, cum ultra tempus vitae hujus extendi non possit. Morientibus enim justis, *jam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis* (Apc 14,13), et quod *absterget*

souženími není většího než vědomí vin.“³¹⁶ Sv. Jan Zlatoústý v kázání O Lazarovi³¹⁷ učí mnoha slovy, že zlí nemohou být zbaveni svého kříže. Vždyť jestliže je [někdo] chudý, je mu chudoba křížem; jestliže není chudý, je přítomna žádostivost, která [ještě] více doléhá; jestliže je osvobozen od nemoci, rozpaluje se hněv, jenž je sám o sobě také křížem. Avšak sv. Cyprián ukazuje, že každý člověk se od samotného narození rodí pro kříž a už svým prvním pláčem od přirozenosti ohlašuje kříž a soužení. Říká: „Každý jeden z nás, když se narodí a je přijímán za hosta tohoto světa, počíná od slz. A ačkoliv dosud nic neví ani nezná, při samotném onom prvním narození nedokáže nic než plakat. Přirozenou prozíravostí naříká nad úzkostmi a trápeními smrtelného života. Duše [dosud] neznala hned na svém počátku pláčem a nářkem dosvědčuje pohromy světa, do nichž vstupuje.“³¹⁸

Protože se tedy věci mají takto, nikdo nemůže být na pochybách, že kříž je společný dobrým i zlým. Zůstává jen, abychom ukázali, že kříž zbožných je krátký, lehký a plodný a že kříž zlých je naopak trvalý, těžký a neplodný. Nelze tedy pochybovat, že kříž zbožných je krátký, protože nemůže být prodloužen víc, než je čas tohoto života. Umírajícím spravedlivým totiž „*již říká Duch, aby*

³¹⁰ Affligo vel adfligo, fligis, flixi, flictum, fligere – est allido, vi impello atque impellendo prosterno; Bohem. narážet, povalit, oslabit, poškodit, oslabit, potřít.

³¹¹ Eam – crucem...

³¹² Ingredior, grederis, gressus, gredi, dep (in et gradior).

³¹⁶ Sv. Augustin, *Enarrationes in Psalmos*, in Ps. 45,2: PL 36, 515.

³¹⁷ Sv. Jan Zlatoústý, *De Lazaro concio*, 3: PG 48, 999.

³¹⁸ Sv. Cyprián, *De bono patientiae*: PL 4, 630.

Deus omnem lacrimam ab oculis eorum (Apc 21,4; 7,17). Vitam autem praesentem esse brevissimam, quamvis, dum fluit, videatur esse prolixa, Scriptura divina non obscure significat, cum dicit: *Breves dies hominis sunt* (Iob 14,6). Et: *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore* (Iob 14,1). Et: *Quae est vita vestra? vapor est ad modicum parens,*³¹⁹ *et deinceps exterminabitur*³²⁰ (Iac 4,15). Apostolus autem, qui gravissimam crucem portasse videtur, et tempore satis longo, ab adulescentia videlicet usque ad senectutem, tamen sic loquitur in Epistola ad Corinthios: *Momentaneum hoc et leve tribulationis*³²¹ *nostrae supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis* (2 Cor 4,17). Ubi momento indivisibili comparat annos tribulationis supra triginta et levem tribulationem dicit esurire, sitire, nudum esse, colaphis³²² caedi, persecutionem assidue pati, ter virgis fuisse caesum a Romanis, quinquies flagellatum a Judaeis, semel lapidatum fuisse, ter naufragium fecisse. Denique versatum in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum; in mortibus frequenter (2 Cor 11,23 ss.). Quae igitur tribulationes graves dici poterunt, si istae leves dicuntur et sunt? Quid, si addam, justorum crucem non solum levem esse, sed etiam suavem et dulcem ob

*odpočinuli od svých prací*³²³ a že „*Bůh setře každou slzu z jejich očí*“.³²⁴ Že však tento přítomný život je převelice krátkým, ačkoliv dokud trvá se zdá dlouhým, to nepokrytě vyjadřuje Písmo svaté, když říká: „*Dni člověka jsou krátké.*“³²⁵ A: „*Člověk narozený z ženy, žijící jen chvíli.*“³²⁶ A: „*Co že je náš život? pára, chvilku se ukazující, která se hned pomine.*“³²⁷ Apoštol však, který, jak se zdá, nesl přetěžký kříž, a to po dosti dlouhý čas, totiž od mladosti až do stáří, mluví přece v listu Korintanům takto: „*Toto krátké a lehké soužení v nás působí přenesmírnou váhu věčné slávy.*“³²⁸ Zde více jak třicet let přirovnává k tomu nejkratšímu okamžiku a za lehké soužení označuje hladovět, žíznit, být nahý, snášet bití, neustále trpět pronásledování, třikrát být trestán pruty od Římanů, pětkrát bičován od Židů, jednou kamenován, třikrát ztroskotat na moři. A k tomu zápasit v mnoha námahách, v žalářích víc [než jiní], v útrapách nadmíru, často v nebezpečí smrti.³²⁹ Jaká soužení tedy mohou být nazvána těžkými, jestliže tato jsou označována a skutečně jsou lehkými? A co jestli dodám, že kříž spravedlivých, není jen lehkým, ale také příjemným a sladkým pro přehojnou útěchu Božího Ducha? Kristus sám o svém jhu, které může být nazváno i křížem, prohlašuje: „*Mé*

³¹⁹ Pareo, es, ui, itum, ere – est se ostendere, apparere.

³²⁰ Extermino, as, avi, atum, are.

³²¹ Tribulatio, onis, f. (tribulo) cura angens et pungens, aegritudo, aerumna, afflictatio.

³²² Colaphus, i, m. – κόλαφος, ictus manu in pugnum compressa inflictus.

³²³ Zj 14,13.

³²⁴ Zj 21,4; 7,17.

³²⁵ Job 14,6.

³²⁶ Job 14,1.

³²⁷ Jak 4,15.

³²⁸ 2Kor 4,17.

³²⁹ 2Kor 11,21n.

superabundantem divini spiritus consolationem? Christus ipse de jugo suo, quod et crux dici potest, ita pronuntiat: *Jugum meum suave est et onus meum leve* (Mt 11,30). Et alibi: *Plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit; vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis* (Io 16,20–22). Et Apostolus: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra* (2 Cor 7,4). Denique cruce justorum non solum brevem et levem esse, sed etiam frugiferam, utilissimam, fecundissimam fructuum optimorum esse, negari non potest, cum Dominus noster apertissime dicat apud sanctum Matthaeum: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum* (Mt 5,10); et Apostolus in Epistola ad Romanos clamat: *Non sunt condignae passionibus hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis* (Rom 8,18). Cui concordat Coapostolus ejus Petrus, cum ait: *Communicantes Christi passionibus gaude, ut et in revelatione gloriae ejus gaudeatis exultantes* (1 Petr 4,13).

Jam vero quod crux improborum sit longissima, durissima et sine ullo praemio vel fructu, nullo negotio demonstrari potest. Certe crux mali latronis non cum temporali vita finem accepit, ut crux latronis boni; sed usque ad hanc diem apud inferos durat et in omnem

jho je příjemné a mé břemeno lehké.³³⁰ A jinde: „Vy budete naříkat a plakat, svět však se bude radovat; budete zarmoucení, ale váš zármutek se vám obrátí v radost, a vaši radost vám nikdo nevezme.“³³¹ A apoštol: „Jsem naplněn útěchou, překypuji radostí v každém našem soužení.“³³² A nakonec, nemůže být popíráno, že kříž spravedlivých není jen krátký a lehký, ale také plodný, velice užitečný a nejúrodnější na ty nejlepší plody. Vždyť náš Pán zcela otevřeně říká u Matouše: „Blahoslavení, kdo trpí pronásledování pro spravedlnost, protože jejich je nebeské království.“³³³ A apoštol v listu Římanům volá: „Utrpení tohoto času nemohou být porovnávána s budoucí slávou, která se na nás zjeví.“³³⁴ S ním souhlasí jeho spoluapoštol Petr, když říká: „Majíce účast na Kristových utrpeních, radujte se, abyste se při zjevení jeho slávy radovali s jásotem.“³³⁵

Že je pak kříž bezbožníků nejdelším, nejtěžším a bez jakékoliv odměny či plodu, to může být ukázáno zcela lehce. Kříž zlého lotra se zajisté neskončil zároveň s tímto časným životem, jak tomu bylo s křížem dobrého lotra, ale trvá v pekle až do dnešního dne a bude

³³⁰ Mt 11,30.

³³¹ J 16,20–22.

³³² 2Kor 7,4.

³³³ Mt 5,10.

³³⁴ Ř 8,18.

³³⁵ 1Petr 4,13.

aeternitatem durabit. *Vermis enim impiorum apud inferos non morietur, et ignis eorum non exstinguetur* (Is 66,24). Et crux divitis epulonis (Lc 16,19–31), id est sitis³³⁶ cumularum opum, quas Dominus cum spinis verissime comparavit (Mt 13,7.22), quae sine molestia³³⁷ tractari et conservari non possunt, non in morte finita est, ut crux Lazari mendici: sed ad inferos eum comitata perpetuo urit ac torquet ac dicere cogit: Utinam aquae gutta linguam meam refrigeraret, *quia crucior in hac flamma* (Lc 16,24). Itaque crux improborum finem nullum inveniet. Et in hoc ipso tempore, quam sit gravis et aspera, testantur voces illorum, quos liber Sapientiae lamentantes introducit: *Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis, et ambulavimus vias difficiles* (Sap 5,7). Quid? an non sunt viae difficiles ambitio,³³⁸ avaritia, luxuria? non sunt viae difficiles, quae illa vita comitantur,³³⁹ irae, rixae, invidiae? non sunt viae difficiles, opera, quae ex his vitiis nascuntur, proditioes, convicia,³⁴⁰ contumeliae, vulnera, mortes? ista certe ejusmodi sunt, ut non raro adigant³⁴¹ homines, ut desperantes ipsi sibi vitam auferant; et, ut cruce unam effugiant, ipsi sibi cruce graviolem accersant.³⁴²

trvat po všechny věky. Vždyť „červ bezbožných“ v pekle „neumírá, a obeň nehasne“.³⁴³ A kříž boháče-hodovníka³⁴⁴ – to jest žízeň po hromadění bohatství, které Pán zcela správně přirovnává k trní,³⁴⁵ jež nemůže být chyceno a drženo bez bolesti – se neskončí smrtí, tak jako kříž chudáka Lazara, ale provází ho i do pekla a neustále hoří a mučí ho a nutí říkat: „Kéž by kapička vody svlažila můj jazyk, *neboť jsem mučen v tomto žáru*.“³⁴⁶ Proto kříž bezbožných nebude mít žádný konec. Zároveň i hlasy těch naříkajících, které uvádí kniha Moudrosti, svědčí, jak je [kříž zlých] těžký a krutý: „*Znavili jsme se na cestě nepravosti a zahynutí a kráčeli jsme cestami neschůdnými*.“³⁴⁷ Cože [to říkají]? Což nejsou neschůdnými cestami ctižádost, lakomství, přepych? Nejsou snad neschůdnými cestami ty věci, které jsou s takovým životem spojeny: hněv, hádky, závist? Nejsou neschůdnými cestami skutky, které z těchto chyb povstávají, jako zrady, spory, urážky, rány, smrt? Tyto věci mají zajisté takovou povahu, že nežádka lidí doženou, aby si v beznaději sami vzali život, a tak, aby unikli jednomu kříži a sami si způsobili kříž [ještě] těžší.

³³⁶ Sitis, is, f. – est appetitus humoris, cupiditas bibendi.

³³⁷ Molestia est aegritudo, sollicitudo, cura, angor, negotium.

³³⁸ Ambitio, onis, f. (ambio) – proprie est actus circumdandi, circuitio; sed fere ponitur de sollicita honorum petitione; Bohem. obcházení, ucházení se o úřad, ctižádost, okázalost, sláva.

³³⁹ Comitor, aris, atus sum, ari, dep.

³⁴⁰ Convicium, ii, n. – (cum et vox, quasi *convocium*) – generatim ac stricto sensu pro vocibus multorum inter se collis, sive inordinato clamore.

³⁴¹ Adigo, igis, egi, actum, igere (ad et ago) – proprie est aliquid aliquo ago, seu vi, ut terrore, flagellis etc., aliquem in locum impello; unde proprie de bestiis ponitur, de hominibus vero *adduco*.

³⁴² Arcesso, is, ivi vel ii, itum, ere – *legitur et accerso* – est advoco, adducendum seu afferendum curo.

³⁴³ Iz 66,24.

³⁴⁴ Lk 16,19–31.

³⁴⁵ Mt 13,7.22.

³⁴⁶ Lk 16,24.

³⁴⁷ Mdr 5,7.

Sed quid tandem lucri³⁴⁸ crux improborum parit? quem fructum affert? certe boni aliquid afferre non potest, quia spinae non faciunt uvas nec tribuli³⁴⁹ ficus. Jugum Domini quietem affert, dicente ipso Domino: *Tollite jugum meum super vos, ... et invenietis requiem animabus vestris* (Mt 11,29). Jugum diaboli, quod est Christi jugo contrarium, quid afferre potest nisi sollicitudinem et anxietatem? Et quod omnium gravissimum est, crux Christi gradus est ad sempiternam felicitatem; *oportuit enim Christum pati, et ita intrare in gloriam suam* (Lc 24,26). Crux diaboli gradus est ad aeterna supplicia. Sic enim dicet in iudicio Dominus: *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternam, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (Mt 25,41). Qui ergo sapiunt, non quaerant de cruce sua descendere, si cum Christo crucifixi sunt, ut stulte malus latro quaesivit: sed potius cum latrone bono lateri Christi libenter inhaereant et patientiam postulent a Deo, non de cruce descensum. Sic enim Christo compatientes, Christo etiam conregnabunt, dicente Apostolo: *Si compatimur, et conglorificabimur* (Rom 8,17). Qui vero crucem diaboli patiuntur, si sapiunt, eam primo quoque tempore permutare satagant: mutant, si aliquid luminis in ipsis est, quinque juga boum cum uno Christi jugo (Lc 14,19). Juga boum quinque nihil aliud significare videntur nisi labores et

Ale jaký užitek nakonec kříž bezbožníků přinese? Jaký plod z něj vzejde? Určitě nemůže přinést nic dobrého, protože z trní se nerodí hrozny ani z bodláčí fíky. Jho Páně přináší odpočínutí, jak říká sám Pán: „*Vezměte na sebe mé jho..., a naleznete odpočínutí vašim duším.*“³⁵² Jho ďáblovu, které je protivné jhu Kristovu, co jiného může přinést, než starost a úzkost? A co je ze všeho nejzávažnější, kříž Kristův je stupněm k věčné radosti. „*Bylo totiž třeba, aby Kristus trpěl, a tak vešel do své slávy.*“³⁵³ Kříž ďáblův je stupněm k věčným trestům. Tak to totiž řekne na soudu Pán: „*Odejděte ode mne, vy zlořečení, do věčného ohně, který je připraven ďáblu a jeho andělům.*“³⁵⁴ Ti, kdo tedy rozumějí, ať nehledají možnost sestoupit z kříže – jestliže jsou ukřižováni spolu s Kristem – jako se na to hloupě ptal zlý lotr. Raději ať s dobrým lotrem přilnou ke Kristovu boku a žádají si od Boha trpělivost, a ne sestoupení z kříže. Takto totiž, trpíce spolu s Kristem, budou spolu s Kristem také kralovat, jak říká apoštol: „*Jestliže s ním trpíme, budeme s ním i oslaveni.*“³⁵⁵ Kdo však snáší kříž ďáblův – jestliže rozumějí – ať se všemožně přičiní ho při první příležitosti zaměnit. Ať vymění, je-li v nich aspoň něco světla, pět spřežení volů za jedno jho Kristovo.³⁵⁶ Pět spřežení volů, jak se zdá, neznamená nic jiného než námahy a trápení,

³⁴⁸ Lucrum, i, n.

³⁴⁹ Tribulus, i, m. – τριβόλος – est quattuor palis confixum propugnaculum, quos spargere moris erat in bello contra equitatum aut quadriges; translate genus spinae.

³⁵² Mt 11,29.

³⁵³ Lk 24,26.

³⁵⁴ Mt 25,41.

³⁵⁵ Ř 8,17.

³⁵⁶ Lk 14,19.

dolores, quos tolerant homines improbi, ut quinque sensibus carnis suae deserviant. Tum vero cum uno Christi jugo suavi ac levi quinque juga boum commutantur, cum homo labores, quos peccando tolerabat, in labores agendaе paenitentiae, Deo iuvante permutat. Felix anima, quae carnem suam cum vitiis et concupiscentiis crucifigere (Gal 5,24) novit et, quas pecunias in explendis cupiditatibus insumebat, in eleemosynis faciendis insumere assuescit³⁵⁰ et, quas horas perdebat in comitandis aut visitandis magnis viris, molestissima³⁵¹ ambitione cogente, eas in oratione vel sacra lectione consumit, ambiendo gratiam Dei et principum curiae caelestis. Sic enim crux mali latronis cum Christi Cruce, id est crux gravis et sterilis, cum cruce levi et fructuosa mutatur.

Prudenter omnino apud sanctum Augustinum (Lib. 8 Confess. cap. 6) miles honoratus, cum suo commilitone de cruce mutanda sic disserebat:³⁵⁷ *Dic, quaeso te, omnibus istis laboribus nostris, quo ambimus pervenire? Quid quaerimus? Cujus rei causa militamus? Majorne esse poterit spes nostra in palatio, quam ut amici imperatoris simus? Et ibi quid non fragile plenumque periculis? Et per quot pericula pervenitur ad grandius periculum? Et quamdiu istud erit? Amicus autem Dei, si volueris, ecce, nunc fio.* Haec ille, qui prudentissime judicavit, labores in ambienda gratia imperatoris gravissimos et longissimos et saepe infructuosos; utilissimum esse mutare in

které snášejí lidé zlí, aby sloužili pěti smyslům svého těla. Těchto pět spřežení volů se jistě zaměňuje za jedno jeho Kristovo tehdy, když člověk ty námahy, které snášel při hřešení, s Boží pomocí zaměňuje za námahy vykonávaného pokání. Šťastná duše, která dokáže křížovat své tělo s jeho sklony a tužbami, a peníze, které vynakládala na uspokojování žádostí, si zvykne vynakládat na dávání almužen a hodiny, které utrácela při doprovázení či navštěvování velkých mužů, hnána palčivou ctižádostí, [nyní] tráví v modlitbě nebo v posvátném čtení, ucházejíc se o milost Boha a knížat nebeského dvora. Takto se totiž kříž zlého lotra zaměňuje za kříž Kristův, tedy kříž těžký a neplodný za kříž lehký a užitečný.

Velice rozumně u sv. Augustina rozmlouval se svým druhem ve službě o zaměnění kříže [jeden] významný voják takto: „Řekni, prosím tě, kam se usilujeme dospět všemi těmito našimi námahami? Co hledáme? Za koho bojujeme? Může naše naděje u dvora být větší než, abychom byli přáteli císaře? A tam, co není křehkého a plného nebezpečí? A skrze kolik nebezpečí se dochází k nebezpečí většímu? A jak dlouho tohle bude [trvat]? Avšak přítelem Božím, jestliže chci, hle, nyní se jím stávám.“³⁵⁸ To řekl onen [voják], který nanejvýš rozumně usoudil, že přetěžká, předlouhá a častokrát bezvýsledná utrpení při ucházení se o přízeň císaře, je nesmírně

³⁵⁰ Assuesco vel adsuesco, suescis, suevi, suetum, suescere, (ad et suesco) – morem accipere et simile; Bohem. zvykám si, přivykám

³⁵¹ Molestus est gravis, laboriosus, odiosus, injucundus, negotiosus.

³⁵⁷ Dissero, seris, serui, sertum, serere (dis et sero, serui) – proprie est variis in locis inserere; translate disserere est sermonem instituere de re aliqua, dicere, disputare, tractare.

³⁵⁸ Sv. Augustin, *Vyznání*, 8, 6: PL 32, 756.

labores suaviorum et breviores et sine dubitatione utiliores in ambienda amicitia Dei. Id quod etiam felices illi milites continuo fecerunt; uterque enim, relicta militia saeculari, soli Deo servire coeperunt. Et quod eis gaudium duplicavit, fuit, quod ambo sponsas habebant, quae, hoc audito, libentissime etiam ipsae virginitatem dicaverunt Deo.

CAPUT VIII

Explicatur ad litteram verbum tertium: Ecce Mater tua, ecce filius tuus. (Io 19,26–27)

Postrema sententia ex tribus illis, quae ad caritatem proximi proprie pertinent, illa fuit: *Ecce Mater tua! Ecce filius tuus!* Sed antequam ad haec verba veniamus, explicanda sunt verba Evangelistae praecedentia. Sic enim loquitur sanctus Joannes: *Stabant autem juxta Crucem Jesu Mater ejus et soror Matris ejus, Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem stantem et discipulum, quem diligebat, dicit Matri suae: Ecce filius tuus! Deinde dicit discipulo: Ecce Mater tua! et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.* (Io 19,25–27) Ex tribus mulieribus, quae Cruci Domini astabant, duae notissimae sunt, Maria, Mater Domini, et Maria Magdalene. De Maria Cleophae nonnulla quaestio est; vulgo enim fertur Mariam Cleophae fuisse germanam³⁶⁰ sororem B. Virginis Deiparae, ex Anna matre

užitečné zaměnit za utrpení při ucházení se o Boží přátelství, která jsou příjemnější, kratší a bez pochyby užitečnější. A to také tito šťastní vojáci hned učinili, oba totiž opustili světskou vojenskou službu a začali sloužit jen samotnému Bohu. Jejich radost pak zdvojnásobilo i to, že oba měli snoubenky, které, když se o tom doslechly, přechoťně také ony zasvětily [své] panenství Bohu.

KAPITOLA 8.

Třetí slovo: „Hle, tvá Matka! Hle, tvůj syn!”³⁵⁹

Poslední věta z těch tří, které se přímo týkají lásky k bližnímu, byla ona [slova]: „*Hle, tvá Matka! Hle, tvůj syn!*“ Ale dříve, než přijdeme k těmto slovům, je třeba vysvětlit předcházející evangelistova slova. Sv. Jan totiž mluví takto: „*U Ježíšova kříže však stály Ježíšova matka a sestra jeho Matky, Marie Kleofášova, a Marie Magdaléna. Když tedy Ježíš spatřil Matku [zde] stojící a učedníka, kterého miloval, říká své Matce: „Hle, tvůj syn!” Potom říká učedníkovi: „Hle, tvá Matka!” a od té hodiny ji učedník přijal mezi své.*“³⁶³ Z tří žen, které stály u Pánova kříže, jsou dvě velmi známé: Maria, Matka Páně, a Maria Magdaléna. O Marii Kleofášově může být nějaká otázka. Lidově se totiž říká, že Maria Kleofášova byla vlastní sestrou Blahoslavené Panny Bohorodičky, narozená z matky

³⁵⁹ J 19,26–27.

³⁶⁰ Germanus est frater, quasi eodem germine profectus.

³⁶³ J 19,25–27 (podle latinského znění citátu).

procreatam, quibus addunt et tertiam sororem, Mariam Salome. Sed haec opinio penitus explodenda³⁶¹ est. Nam neque credibile est, tres sorores eodem nomine appellatas fuisse, et satis constans eruditorum et piorum sententia est, B. Annam solius Virginis matrem fuisse, neque ulla est Maria Salome in Evangeliiis. Ubi enim scribit sanctus Marcus: *Maria Magdalene et Maria Jacobi et Salome emerunt aromata* (Mc 16,1), vox *Salome* non est casus secundi, quasi significet Mariam Salome, ut paulo ante dixit Mariam Jacobi: sed est casus primi et est generis feminini, ut manifestum est ex graeco textu Σαλώμη. Denique Salome uxor erat Zebedaei et mater Jacobi et Joannis Apostolorum, ut intellegi potest ex sancto Mathaeo Cap. 27,6 et ex Marco Cap. 15,40, sicut Maria Jacobi sive Cleophae erat uxor Cleophae et mater Jacobi minoris et Judae, sive Thaddaei. Vera igitur sententia est, Mariam Cleophae appellatam fuisse sororem Virginis Deiparae, quia Cleophas frater erat sancti Josephi, sponsi Virginis Mariae: conjuges enim duorum fratrum recte dici possunt inter se sorores. Qua ratione etiam Jacobus minor dictus est frater Domini, consobrinus³⁶² videlicet, quia erat filius Cleophae, fratris, ut diximus, Josephi. Haec historiam scribit Eusebius Caesariensis in historia Ecclesiastica (Lib. 2, c. 1 et lib. 9, c. 11), et adducit fidelem auctorem

Anny, k nimž přidávají i třetí sestru, Marii Salome. Ale toto mínění je třeba zcela odvrhnout.³⁶⁴ Vždyť není ani [rozumné] věřit, že by tři sestry byly nazvány tímto jménem. A také je dosti jistý názor vzdělaných a zbožných [mužů], že sv. Anna byla matkou pouze Panny. Ani se v evangeliích nevzpomíná žádná Maria Salome. Když totiž sv. Marek píše: „*Maria Magdaléna a Maria Jakubova a Salome koupily masti*“,³⁶⁵ není zde slovo *Salome* v druhém pádě, jako by znamenalo Marii Salome, [podobně] jako chvilku předtím řekl Marii Jakubovu, nýbrž je v prvním pádě ženského rodu, jak je zřejmé z řeckého tvaru Σαλώμη. Ostatně Salome byla manželkou Zebedea a matkou apoštolů Jakuba a Jana, jak může být vyrozuměno ze sv. Matouše 27,6 a z Marka 15,40. Maria Jakubova neboli Kleofášova pak byla manželkou Kleofáše a matkou Jakuba menšího a Judy čili Tadeáše. Správné mínění tedy je, že Maria Kleofášova se nazývala sestrou Panenské Bohorodičky, protože Kleofáš byl bratr sv. Josefa, ženicha Panny Marie. Právem totiž může být řečeno, že manželky dvou bratrů jsou si navzájem sestrami. Z tohoto důvodu byl také Jakub menší označen za bratra Páně, tedy bratrance, protože, jak jsme už řekli, byl synem Kleofáše, Josefova bratra.³⁶⁶ Tyto dějiny popisuje Eusebius Cesarejský ve

³⁶¹ Explodo vel explaudo, dis, si, sum, dere (ex et plaudo) – plaudendo, seu magnum edendo clamorem ejicere.

³⁶² Consobrinus, i, m. – filius sororis matris meae; consobrini, consobrinae, idest qui, quaeve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini. Item amitini, amitinae, idest qui, quaeve ex fratre, et sorore propagantur: sed vulgus fere omnes istos communi appellatione consobrinus vocat.

³⁶⁴ Dnes už toto mínění rozšířeno není, a je naopak všeobecně přijata tradice, kterou podává i *Jakubovo protoevangelium o narození Panny Marie*, že Bohorodička byla jediným dítětem svých rodičů, Jáchyma a Anny.

³⁶⁵ Mk 16,1.

³⁶⁶ Tedy: Marie Kleofášova, která stála pod křížem, se nazývala sestrou Panny Marie, protože byla její švagrovou, a její synové, Jakub Menší a Juda Tadeáš, se proto nazývali „bratry Páně“.

Hegesippum, qui tempora Apostolorum attigit. Quod idem confirmat sanctus Hieronymus in libro adversus Helvidium.

Alia etiam litteralis quaestio breviter dissolvenda est, quomodo dicat sanctus Joannes, tres istas mulieres stetisse juxta Crucem Domini, cum Marcus Cap. 15,40 et Lucas Cap. 23,49 scribant eas longe stetisse. Concordat haec testimonia sanctus Augustinus in libro 3 de consensu Evangelistarum, quod sanctae istae mulieres dici possint et longe a Cruce, et juxta Crucem fuisse. Longe, si conferantur ad milites et satellites,³⁶⁸ qui tam prope erant, ut Crucem tangerent. Juxta vero, quia vocem Christi facile poterant exaudire ob vicinitatem, quod non poterant turbae, quae longissime aberant. Posset etiam dici, tres illas sanctas mulieres, cum fieret crucifixio, longe admodum³⁶⁹ stetisse, impediante turba et militibus, sed paulo post, crucifixione completa multisque recedentibus, tres istas mulieres cum sancto Joanne propius accessisse. Ex quo solvitur aliqua quaestio, qua ratione potuerint sancta Virgo et sanctus Joannes de se intellegere verba Domini: *Ecce filius tuus, ecce Mater tua*, cum turba frequens adesset, et Christus neque Virginem neque discipulum appellasset ex nomine. Respondemus enim, tres illas mulieres et sanctum Joannem prope Crucem astitisse, ut facile posset Dominus oculis designare personas, ad quas loquebatur, praesertim cum certum esset illum loqui ad suos, non ad

svých Dějinách Církve,³⁶⁷ a uvádí důvěryhodného autora Hegesippa, který zažil apoštolské časy. Totéž potvrzuje i sv. Jeroným v knize proti Helvidiovi.

Ještě je třeba krátce rozřešit jinou otázku, také se týkající doslovného znění [evangelia], a to, jak to že sv. Jan říká, že tyto tři ženy stály u Pánova kříže, když Marek 15,40 a Lukáš 23,49 píše, že stály opodál. Tato svědectví sv. Augustin v 3. knize O shodě evangelistů slaďuje tak, že o těchto svatých ženách se může říci i to, že stály daleko od kříže i to, že byly u kříže. Daleko byly v porovnání s vojáky a strážnými, kteří byli tak blízko, že se kříže dotýkali. Blízko však byly, protože pro malou vzdálenost mohly lehce slyšet Kristův hlas, narozdíl od zástupů, které byly velmi daleko. Také by se mohlo říci, že tyto tři svaté ženy, dokud probíhalo křižování, stály dosti daleko, protože jim překážel zástup a vojáci, ale zanedlouho, když bylo křižování skutečně a mnozí odešli, přistoupily tyto tři ženy spolu se sv. Janem blíže. A tím se [také] řeší další otázka, jak mohli Svatá Panna a sv. Jan pochopit, že to na ně se vztahují Pánova slova: „*Hle, tvůj syn! Hle, tvá Matka!*“ Byl zde přece početný zástup a Kristus ani Pannu ani učedníka neoslovil jménem. Odpovíme totiž, že tyto tři ženy a sv. Jan stáli tak blízko kříže, že Pán mohl očima snadno označit osoby, k nimž mluvil, především když bylo jisté, že mluví k svým, a ne k cizím. Mezi svými totiž nebyl žádný muž, kterému

³⁶⁷ Eusebius z Cesareje, *Církevní dějiny*, 2, 1: PG 20, 134.; 3, 20: PG 20, 251.

³⁶⁸ Satelles est miles mercede conductus, qui custodiae causa a regis latere non discedit, stipator, corpore.

³⁶⁹ Admodum, adverb. – est plane, omnino, ad mensuram definitam, ad numerum perfectum, ita ut definitae mensurae nihil desit.

extraneos; inter suos autem nullum fuisse virum cui dici posset: *Ecce Mater tua*, nisi sanctum Joannem; et nullam ibi fuisse mulierem, quae per mortem orbaretur Filio, nisi Virginem Matrem. Dixit igitur Matri: *Ecce filius tuus*, et discipulo: *Ecce Mater tua*. Quorum verborum haec sententia est: Ego quidem transeo de hoc mundo ad Patrem, et quoniam novi, te, Matrem meam, neque parentes habere neque virum neque fratres aut sorores: ut non relinquam te omni humano auxilio destitutam, commendo te Joanni, discipulo meo carissimo; ille erit tibi in filium, et tu eris illi in matrem. Quod salubre³⁷⁰ consilium vel imperium Christi utrique valde placuit, et uterque, ut credibile est, capite inclinato annuit. Et de se sanctus Joannes ait: *Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua*; hoc est continuo paruit et enumeravit eam inter personas, quarum cura et providentia³⁷¹ ad se pertinebat, quales erant parentes ejus jam senes, Zebedaeus et Salome.

Sed occurrit hoc loco nova quaestio litteralis. Sanctus enim Joannes unus ex illis erat, qui dixerant: *Ecce, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* (Mt 19,17) et inter ea, quae reliquerant, Dominus ipse numerat patrem et matrem, fratres et sorores, domum et agros, et de isto ipso sancto Joanne et fratre ejus sancto Jacobo scripsit sanctus Matthaeus: *Illi autem, relictis retibus et patre, secuti sunt eum*. (Mt 4,22) Cur igitur, qui reliquerat unam

by mohl říci: „*Hle, tvá matka!*“, kromě sv. Jana. Také zde nebyla žádná [jiná] žena, která skrze smrt ztrácela Syna, kromě Panenské Matky. Řekl tedy Matce: „*Hle, tvůj syn!*“ a učedníkovi: „*Hle, tvá Matka!*“ A smysl těchto slov je: „Já pravda odcházím z tohoto světa k Otci, a protože vím, že ty, má Matko, nemáš ani rodiče ani muže ani bratry ani sestry, proto, abych tě nenechal bez veškeré lidské podpory, poroučím tě Janovi, mému nejmilejšímu učedníkovi. On ti bude namísto syna, a ty mu budeš namísto matky.“ A tato spasitelná rada či příkaz Kristův se oběma velice zamlouval a oba pochopitelně kývnutím hlavy dali souhlas. O sobě pak sv. Jan říká: „*Od té hodiny ji učedník přijal mezi své*.“ To znamená: hned poslechl a započítal ji mezi osoby, o něž se má starat a pečovat, jako byli jeho již staří rodiče Zebedeus a Salome.

Avšak zde vyvstává nová otázka ohledně znění [Písma]. Sv. Jan byl přeci jeden z těch, kteří řekli: „*Hle, my jsme opustili všechno a následovali jsme tě, co tedy budeme mít?*“³⁷⁸ A mezi to, co opustili, sám Pán počítá otce a matku, bratry a sestry, dům a pole. A o tom též sv. Janovi a jeho bratru sv. Jakubovi napsal sv. Matouš: „*Oni však, zanechali síť i otce, a následovali ho*.“³⁷⁹ Proč tedy ten, který už předtím opustil jednu matku, nyní

³⁷⁰ Saluber, bris, bre *et* salubris, bre, adjunct. – est conferens ad bonam valetudinem, salutaris, sanitatem afferens.

³⁷¹ Providentia facultas est, per quam futurum aliquid videtur, antequam factum sit.

³⁷⁸ Mt 19,17.

³⁷⁹ Mt 4,22.

matrem, iterum accipit aliam matrem? sed responsio facilis est. Apostoli enim, ut Christum sequerentur, dimiserunt patrem et matrem, quatenus illis impedimento esse possent ad Evangelium praedicandum, et quatenus inde commodum vel delectationem carnalem percipere possent. Sed non dimiserunt sollicitudinem, quam ex justitia exhibere tenebantur parentibus aut filiis directione³⁷² vel subsidio indigentibus.³⁷³ Quae ratio est – ut passim³⁷⁴ Doctores affirmant (S. Thomas Summa theol. 2, 2 qu. 189, a. 6.) – ut non possit filius ingredi ordinem religiosum, qui patrem habet, vel senio confectum vel egestate ita pressum, ut sine ope filii vitam sustentare³⁷⁵ non possit. Sic igitur sanctus Joannes reliquit patrem et matrem, quando ejus opera non indigebant, curam vero et sollicitudinem Virginis Matris, Christo jubente, suscepit, quoniam destituta³⁷⁶ erat omni humano subsidio. Poterat quidem Deus sine humano labore per Angelos Matri suae, quae ad vitam illi necessaria erant, facile procurare; nam et ipsi Christo in deserto Angeli ministrabant (Mt 4,11): sed voluit id fieri per Joannem, ut simul et Virgini prospiceret³⁷⁷ et Joannem honoraret et adjuvaret. Nam et Eliam Deus misit apud viduam sustentandum, non quod non posset per corvos alere, ut antea fecerat, sed ut viduae benediceret, ut sanctus

přijímá matku jinou? Avšak odpověď je snadná. Apoštolové totiž, aby následovali Krista, opustili otce i matku, nakolik jim mohli být překážkou v kázání evangelia a nakolik by odsud mohli přijímat příjemnost nebo tělesné zalíbení. Avšak neopustili péči, kterou byli podle spravedlnosti zavázáni prokazovat rodičům nebo dětem, kteří potřebovali usměrnění anebo podporu. A důvodem toho je – jak potvrzují všemožní učitelé³⁸⁰ – že do mnišské řehole nemůže vstoupit syn, který má otce trpícího buďto stářím nebo bídou tak, že by se bez pomoci tohoto syna nemohl udržovat naživu. Takto tedy sv. Jan opustil otce a matku, když jeho pomoc [nutně] nepotřebovali. Avšak starost a péči o Panenskou Matku na Kristův příkaz přijal, protože byla zbavena každé lidské podpory. Bůh zajisté mohl své Matce snadno opatřit všechno, co potřebovala k životu, i bez lidské pomoci skrze anděly. Vždyť i samotnému Kristu andělé sloužili v poušti.³⁸¹ Chtěl ale, aby se to stalo skrze Jana, aby se tak zároveň postaral o Pannu i poctil a podpořil Jana. Vždyť i Eliáše Bůh poslal, aby byl živen u vdovy, ne protože by ho už nemohl krmit skrze havrany, jak to dělal předtím, ale aby vdově požehnal, jak upozorňuje sv. Augustin.³⁸² Tak tedy Pán chtěl svěřit starost

³⁷² Directio, onis, f. – actus dirigendi.

³⁷³ Indigeo, ges gui, gere, (indu et egeo), Indigens est ille, cui res aliqua deficit, opus habens.

³⁷⁴ Passim, adverb. – a supino *passum* verbi *pando*, is quasi late et expandendo se, est sparsim, huc illuc sine ordine, omnibus locis, undique.

³⁷⁵ Sustento, as, avi, atum, are – est fulcio, conservo, sustineo.

³⁷⁶ Destituo, tuis, tui, tutum, tuere (de *et* statuo) – est deorsum statuo, defigo, pono, colloco.

³⁷⁷ Prospicio, spicis, spexi, spectrum, spicere (pro et specio) – speciatim ponitur pro servare.

³⁸⁰ Sv. Tomáš Akvinský, *Summa Theologica* II-II, q. 189, a. 6.

³⁸¹ Mt 4,11.

³⁸² Sv. Augustin, *Sermo 26 de verbis Domini*: PL 38, 171.

Augustinus admonuit (Sermo 26 de verbis Domini). Sic igitur placuit Domino Matris sollicitudinem discipulo demandare, ut ipsum maximo beneficio afficeret ac vere sibi dilectum praeter ceteros esse demonstraret. Vere enim in hac mutatione matris impletum est illud: *Qui reliquerit patrem vel matrem etc., centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit* (Mt 19,29). Vere enim centuplum accepit, qui reliquit matrem, uxorem piscatoris, et accepit in matrem Matrem Creatoris, mundi Dominam, gratia plenam, benedictam inter mulieres et exaltandam paulo post super choros Angelorum ad caelestia regna.

CAPUT IX

De primo fructu verbi tertii, hoc est de desiderio Christi infinitio pro nostra salute patiendi. Ex hoc tertio verbo multi fructus colligi possunt, si quis omnia diligenter observet. Ac primum colligi poterit, infinitum in Christo fuisse desiderium pro nostra salute patiendi, ut plenissima et copiosissima esset redemptio. Nam ceteri homines cavent in morte, et multo magis in morte violenta et plena dedecoris et infamiae, ne propinqui praesentes adsint, ne dolor et tristitia ab eorum praesentia duplicetur. Christus autem non contentus³⁸⁴ passione propria, eaque atrocissima, doloris et dedecoris plena, voluit etiam, ut propria Mater et discipulus, quem diligebat, adessent et prope ipsam Crucem astarent, ut dolor compassionis carorum dolorem passionis propriae duplicaret.

o Matku učedníkovi, aby ho obdařil tím největším požehnáním a ukázal, že je mu skutečně milý víc než ostatní. Pravdivě se totiž na této výměně matky naplnilo ono [slovo]: „*Kdo opustí otce nebo matku..., dostane stonásobně a obdrží život věčný.*“³⁸³ Skutečně totiž dostal stonásobně, když opustil matku, manželku rybáře, a dostal za matku Matku Stvořitele, Paní světa, plnou milosti, požehnanou mezi ženami a tu, jež měla být zanedlouho vyvýšena nad andělské chóry k nebeským královstvím.

KAPITOLA 9.

První ovoce třetího slova – nekonečná touha Kristova trpět pro naši spásu.

Z tohoto třetího slova mohou být získány mnohé plody, jestliže někdo všechno pečlivě zváží. Nejprve však je možno si vzít to, že v Kristu byla nesmírná touha trpět pro naši spásu, aby bylo vykoupení co nejplnější a nejhojnější. Vždyť ostatní lidé se při smrti – a tím spíše při smrti násilné a plné zneuctění a ponižení – mají na pozoru, aby při nich nebyli jejich blízcí, aby se tak pro jejich přítomnost ještě nezdvójnasobila bolest a zármutek. Kristus však nedbal na vlastní utrpení, ač bylo nejkrutější a plno zármutku a zneuctění. Ba chtěl dokonce, aby byla přítomna jeho vlastní Matka a učedník, kterého miloval, a aby stáli přímo u kříže, aby tak bolest

³⁸³ Mt 19,29.

³⁸⁴ Contendo, dis, di, tum, dere (cum et tendo) – est intendo, fervidus, concitatus sum.

Erat Christus in Cruce, quatuor quasi fontes sanguinis copiose diffundens; voluit, ut astant Mater et discipulus necnon Maria, soror Matris ejus et Magdalena, quae praeter ceteras sanctas mulieres eum ardentissime diligebant, ut ex illis quatuor fontes lacrimarum erumperent: ut paene non minus ipse torqueretur ex propria sanguinis effusione quam ex copioso imbre lacrimarum, quem dolor astantium ex eorum cordibus exprimebat. Videor mihi dicentem Christum audire: *Circumdederunt me dolores mortis* (Ps 17,5; 114,3). Sed non minus cor meum lancinat³⁸⁵ et dirumpit³⁸⁶ gladius ille a Simeone praedictus (Lc 2,35), qui Matris meae innocentissimae animam cum incredibili dolore pertransit. Siccine³⁸⁷ separas, amara mors (1 Sm 15,32), non animam solum a corpore, sed etiam Matrem, et talem matrem a Filio, et tali filio? Ideo enim non permisit amor, ut dicerem: *Mater*, sed, *mulier*, ecce *filius tuus*. Sic Deus dilexit mundum, ut pro ejus redemptione Filium suum unigenitum daret (Io 3,16), et sic Filius unigenitus dilexit Patrem, ut pro ejus honore sanguinem proprium large profunderet; et non contentus dolore passionis, addidit et dolorem compassionis, ut esset pro peccatis copiosissima satisfactio. Itaque Pater et Filius commendat³⁸⁸ caritatem suam in nobis (Rom 5,8) ineffabili ratione

spoluutrpení drahých zdvojnásobovala bolest [jeho] vlastního umučení. Kristus na kříži proléval čtyři přehojné jakoby prameny krve a chtěl, aby při něm stáli Matka a učedník a také Maria, sestra jeho matky, a Magdalena, které ho horoucně milovaly více než jiné svaté ženy, aby se [tak] z nich řinuly čtyři prameny slz a on se i sám trápil nejen proléváním vlastní krve, ale téměř stejnou měrou i [tímto] hojným deštěm slz, který navenek vyjadřoval vnitřní bolest srdcí okolostojících [přátel]. Zdá se mi, že slyším, jak Kristus říká: „*ovínuly mě provazy smrti*,³⁹¹ ale neméně mé srdce rozdírá a tříští onen meč předpovězený Simeonem,³⁹² který neuvěřitelnou bolestí pronikl nejnevinnější duši mé Matky. Což nerozděluješ, ty hořká smrti,³⁹³ nejen duši od těla, ale také Matku, a takovou matku, od Syna, a to takového syna? Proto tedy mi láska nedovolila, abych řekl: „*Matko*“, ale, „*Ženo, hle, tvůj syn*!““ Tak Bůh miloval svět, že na jeho vykoupení dal svého jednorozeného Syna.³⁹⁴ A tak jednorozený Syn miloval Otce, že na jeho čest hojně prolil vlastní krev, a nehledíc na bolest utrpení, přidal i bolest spoluutrpení, aby za hříchy bylo [vykonáno] to nejhojnější zadostiučinění. A tak Otec a Syn prokázal svou lásku světu³⁹⁵ nevýslovným způsobem a mírou, abychom nezahynuli, ale

³⁸⁵ Lancio, as, avi, atum, are – est in frustra scindere, lacerare, laniare.

³⁸⁶ Dirumpo *vel* dirumpo, rumpis, rupi, ruptum, rumpere *dis et* rumpo) – est in diversas partes rumpere, diffindere, scindere.

³⁸⁷ Sicine *vel* siccine adverb. – est sic ne? ita ne?

³⁸⁸ Commendo, as, avi, atum, are – est a *cum et mandare*, hoc est *manui dare*; ideoque *commendo* est rem aut personam aliquam in alterius manus trado, alteri committo, depono, ut faveat, opituletur, curamque habeat eandem, quam ipse habui.

³⁹¹ Ž 17,5; 114,3.

³⁹² Lk 2,35.

³⁹³ 1Sm 15,32.

³⁹⁴ J 3,16.

³⁹⁵ Ř 5,8.

et modo, ut non pereamus, sed ut vitam aeternam habeamus; et tamen cor humanum adhuc tantae caritati resistit et mavult iram omnipotentis Dei viventis experiri, quam dulcedinem misericordiae degustare et caritati divini amoris cedere. Vere ingratis sumus et omni supplicio digni, si, cum Christus tanto nos amore dilexit, ut pro nobis pati voluerit multo amplius, quam necesse esset, et cum ad redemptionem nostram gutta una sanguinis ejus sufficeret, ipse totum sanguinem fundere et innumerabilia supplicia sustinere voluerit: nos pro ejus dilectione et nostra salute vix, quod satis sit, tolerare velimus. Causa hujus tantae socordiae³⁸⁹ et stultitiae non alia est, nisi quia Christi passionem et dilectionem serio et attente, ut oporteret, non cogitamus et tempora et loca apta ad tantum negotium non eligimus: sed breviter et cursim Christi passionem legimus, vel audimus. Ideo Propheta sanctus monet: *Attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus* (Lam 1,12). Et Apostolus ait: *Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini*³⁹⁰ *animis vestris deficientes* (Hbr 12,3). Sed veniet tempus, quando nostrae hujus tantae ingratitudinis erga Deum et negligentiae erga propriam salutem nos frustra paenitebit. Multi enim sunt, qui in novissimo die erunt *paenitentiam agentes et prae angustia spiritus gementes ac dicentes: Ergo erravimus a via veritatis, et sol justitiae non luxit nobis* (Sap 5,3–6).

měli věčný život. A přece lidské srdce této tak nesmírné lásce dosud vzdoruje a raději chce zakoušet hněv všemohoucího živého Boha, než okoušet sladkost milosrdenství a ustoupit lásce Božího milování. Skutečně nejnevděčnější jsme a hodni každého potrestání, jestliže – když nás Kristus miloval takovou láskou, že pro nás chtěl trpět mnohem více, než bylo nutné, a když k našemu vykoupení stačila jediná kapka jeho krve, a on [přesto] chtěl prolít všechnu [svou] krev a snášet nesčetné tresty – my pro jeho lásku a svou spásu sotva chceme snášet to, co je nutné. Příčinou této veliké tuposti a hlouposti není nic jiného než to, že Kristovo umučení a [jeho] lásku vážně a pozorně nerozvažujeme, jak je třeba. Nevyhrazujeme si doby a místa vhodná k [tomuto] nejzávažnějšímu zaměstnání, nýbrž Kristovo umučení [jenom] krátce a spěšně přečteme, nebo vyslechneme. Proto [nás] svatý prorok napomíná: „*Popatřte a hleďte, je-li jaká bolest jako bolest má!*“³⁹⁶ A apoštol říká: „*Vzpomeňte na něho, jenž snášel od hříšníků takové protiřečení proti sobě samému, abyste neochabli a nezemdleli svým duchem.*“³⁹⁷ Přijde ale čas, kdy budeme marně litovat této naší veliké nevděčnosti vůči Bohu a nedbalosti o svou vlastní spásu. Jsou totiž mnozí, kteří v poslední den budou „*činit pokání a pro úzkost ducha lkát a naříkat: Zbloudili jsme tedy od cesty pravdy a slunce*

³⁸⁹ Socordia, ae, f. (socors) – stultitia, ignavia, desidia et, quae inde oritur, negligentia.

³⁹⁰ Fatigo, as, avi, atum, are – proprie refertur ad corpus, ut *fessus* ad animum; fatigare est usque ad satietatem agere vel agitare, vexare, atque adeo significat vires urgendo instandoque cuipiam adimere, lassare, ad lassitudinem deducere, domare.

³⁹⁶ Pláč 1,12.

³⁹⁷ Žid 12,3.

Neque tunc primum incipient, sed etiam ante diem iudicii, cum primum clausierint per mortem oculos corporis, aperientur illis oculi cordis, et videbunt, quae, quando tempus erat, videre noluerunt.

CAPUT X

De secundo fructu verbi tertii, hoc est de tribus feminis juxta Crucem stantibus: poenitenti, proficienti et perfecta.

Alter fructus hujus tertii verbi colligitur ex mysterio trium feminarum, quae stabant juxta Crucem Domini. Maria enim Magdalena personam gerit poenitentium ac per hoc incipientium, Maria Cleophae proficientium, Maria, Christi Mater et Virgo perfectorum; cum qua merito jungere possumus sanctum Joannem, qui et ipse virgo erat, atque perfectus brevi futurus, si nondum erat. Isti enim omnes et soli juxta Crucem Domini inveniuntur; qui enim in peccatis vivunt et de poenitentia non cogitant, longe absunt a Cruce, quae scala est ad salutem. Praeterea omnes illi non sine causa stant juxta Crucem, quia indigent auxilio Crucifixi. Poenitentes enim sive incipientes bellum gerunt cum vitiis et concupiscentiis et egent valde auxilio Ducis nostri, Christi, ut animentur ad pugnam, dum vident eum colluctantem³⁹⁹ cum antiquo serpente neque descendentem de Cruce, donec de illo felicissime triumphaverit. Sic enim loquitur Apostolus in Epistola ad Colossenses: Exspoliavit

*spravedlnosti nám nevzešlo.*³⁹⁸ Avšak tehdy nezačnou [naříkat] poprvé, nýbrž už před dnem soudu, jen co skrze smrt zavřou oči svého těla a otevřou se jim oči srdce a uvidí to, co, dokud byl čas, vidět nechtěli.

KAPITOLA 10.

Druhé ovoce třetího slova – tři ženy stojící pod křížem: kající, prospívající a dokonalá.

Další ovoce tohoto třetího slova může být získáno z tajemství třech žen, které stály u Pánova kříže. Maria Magdaléna totiž představuje kajícíničky a tedy začátečnický, Maria Kleofášova pokročilý, a Panna Maria, Matka Kristova, [představuje] dokonalý. S ní pak můžeme právem spojit i sv. Jana, který byl [také] panícem a brzy se měl stát i dokonalým, pokud [jím snad] ještě nebyl. Tito všichni, a pouze oni, se nacházejí pod křížem Páně. Ti totiž, kdo žijí v hříších a na pokání [ani] nepomýšlí, jsou daleko od kříže, jenž je žebříkem k spáse. Kromě toho, všichni tito nestojí pod křížem bezdůvodně, ale proto, že potřebují pomoc Ukřižovaného. Kající totiž neboli začínající vedou boj s nepravostmi a žádostmi a [při tom] velice potřebují pomoc našeho Vůdce, Krista, aby měli odhodlání bojovat, když i jeho vidí zápasit se starým hadem a nesestupovat z kříže, dokud nad ním úplně nezvítězí. Takto totiž mluví apoštol v listu Kolosanům: „*Odzbýjil knížatstva a*

³⁹⁸ Mdr 5,3–6.

³⁹⁹ Colluctor *vel* conluctor, aris, atus sum, ari (cum *et* luctor); Bohem. zápasit; lucta, ae, f. – est unum ex quinque Graecorum certaminibus, quo alter alterum prosternere nititur – Angl. *wrestling*.

principatus, et potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso (Col 2,15). Et paulo ante: *Affigens Cruci chirographum decreti, quod erat contrarium nobis* (Col 2,14). Proficientes, significati per Mariam Cleophae, quae erat mulier conjugata et pariebat filios, qui dicebantur fratres Christi, egent ipsi quoque auxilio Crucis, ne curae et sollicitudines hujus saeculi, quibus necessario implicantur, suffocent⁴⁰⁰ in eis bonum semen (Mc 4,19), vel, per totam noctem laborantes, nihil capiant (Lc 5,5). Itaque debent laborare in proficiendo et intueri Christum in Cruce, qui, non contentus bonis operibus multis et magnis, quae ante fecerat, voluit per Crucem ad majora procedere et non descendere, nisi hoste devicto et profligato.⁴⁰¹ Nihil enim magis nocet proficientibus, quam si fatigentur in cursu et desinant progredi, siquidem *in via virtutis non progredi, regredi est*, ut S. Bernardus (Ep. 253) recte docet in epistola ad Garinum, in qua ponit exemplum scalae Jacob, ubi omnes ascendunt vel descendunt, nulli autem stant. Denique etiam ipsi perfecti, qui sunt in statu caelibatus, ac praecipue si virgines sint, quales erant Virgo Mater Christi et S. Joannes, discipulus Christi atque ea de causa super omnes magis dilectus; isti, inquam, perfecti multum egent auxilio Crucifixi, qui enim in altiore gradu sunt, valde timere debent a vento superbiae, nisi fundati et radicati sint in

*mocnosti a směle je vedl, sám nad nimi veřejně triumfujíc.*⁴⁰⁴ A kousek výše: „*Přibíli na kříž dlužní úpis, který svědčil proti nám.*“⁴⁰⁵ Pokročilí, kteří jsou znázorňováni skrze Marii Kleofášovu, jež byla vdanou ženou a porodila syny, kteří se nazývali Kristovými bratry, ti také potřebují pomoc kříže, aby v nich starosti a péče o tento svět, do nichž se nutně zaplétají, neudusily dobré semě;⁴⁰⁶ nebo aby [se nestalo, že by], pracující celou noc, nic nechtyli.⁴⁰⁷ Proto se mají usilovat o pokrok a hledět na Krista na kříži, jenž – nepřehlížeje [ta] mnohá a veliká dobrá díla, která učinil předtím – chtěl skrze kříž pokročit k [dílům] větším a nesestupovat [z kříže] dokud nepřítel zcela nepřemůže a neporazí. Nic totiž pokročilým neškodí více, než když se v běhu znaví a přestanou postupovat vpřed, protože „na cestě ctnosti nepostupovat vpřed znamená ustupovat“, jak správně učí sv. Bernard v dopise Garinovi.⁴⁰⁸ Uvádí zde příklad Jakubova žebříku, na němž všichni vystupují anebo sestupují, nikdo však nestojí. A nakonec také ti dokonalí, kteří žijí ve stavu celibátu, zvláště jsou-li panici nebo panny, jakými byli Panenská Matka Kristova a sv. Jan, Kristův učedník, kterého právě z této příčiny miloval více než ostatní; tito, jak říkám, dokonalí velice potřebují pomoc Ukřižovaného. Kdo jsou [totiž] na vyšším stupni, musí se velice obávat větru

⁴⁰⁰ Suffoco *vel* subfoco, as, avi, atum, are (sub *et* faux) – est spiritum praecludo obstrictis faucibus.

⁴⁰¹ Profligare est aliquem in anteriori parte percutiendo ad terram sternere, affligere, deicere, prosternere.

⁴⁰⁴ Kol 2,15.

⁴⁰⁵ Kol 2,14.

⁴⁰⁶ Mk 4,19.

⁴⁰⁷ Lk 5,5.

⁴⁰⁸ Sv. Bernard z Clairvaux, *Listy*, 254, 5: PL 182, 461.

profundissima humilitate. Quamvis autem Christus saepe se magistrum humilitatis ostenderit, ut, cum dixit: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* (Mt 11,29); et cum rursus ait: *Recumbe in novissimo loco* (Lc 14,10); et cum toties repetivit: *Qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur* (Lc 14,11; 18,14); tamen numquam doctorem humilitatis magis se ostendit, quam in cathedra Crucis, quod Apostolus declaravit, cum ait: *Humiliavit semetipsum, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (Phlp 2,8). Quae enim major humilitas cogitari potest, quam ut ille, qui est Omnipotens, permittat se ligari et Cruci affigi, et *in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae* (Col 2,3) Dei, permittat⁴⁰² se ut insanum ab Herode et ejus exercitu reputari et illudi alba veste indutum; et *qui sedet super Cherubim* (Ps 98,1), permittat se in medio, latronum crucifigi? Certe, qui in speculo Crucis se ipse serio intuetur, nimis erit indocilis, si non discat et fateatur, se a vera humilitate, quantumcumque⁴⁰³ profecerit, adhuc longe abesse.

pýchy, jestliže nejsou založeni a zakořeněni v [té] nejhlubší pokoře. Kristus sice mnohokrát ukázal, že je Učitelem pokory, jako [tehdy] když řekl: „*učte se ode mne, neboť jsem tichý a pokorný srdcem*“⁴⁰⁹ a když opět říká: „*sedni si na poslední místo*“⁴¹⁰ i když tolikrát opakoval: „*kdo se povyšuje, bude ponížen, a kdo se poníží, bude povýšen*“.⁴¹¹ Přesto ale se nikdy coby Učitel pokory neprokázal tak, jako na katedře kříže. A to prohlašuje apoštol, když říká: „*Sám sebe ponížil a stal se poslušným až na smrt, a to na smrt kříže*.“⁴¹² Vždyť jaká větší poníženost se dá pomyslet, než to, že on, jenž je všemohoucí, dovolil, aby byl spoután a přibit na kříž; a že on „*v němž jsou všechny poklady moudrosti a vědění*“⁴¹³ Božího, dovolil, aby byl Herodem a jeho vojskem považován za blázna, oděn do bílého oblečení a [takto] vysmíván; i [to] že on „*jenž trůní na cherubínech*“,“⁴¹⁴ dovolil, aby byl ukřížován mezi zločinci? Zajisté každý, kdo sám na sebe vážně pohlédne v zrcadle kříže, bude nadmíru hloupým, jestliže se nepoučí a nevyzná, že – jakkoliv by byl pokročilým – je od pravé poníženosti dosud velice vzdálen.

⁴⁰² Permitto, mittis, misi, missum, mittere est transitum per locum aliquem dare, sinere.

⁴⁰³ Quantumcumque, tacumque, tumcumque adject. – quam magnus, tantus quantus; *Quantumcumque* adverb.

⁴⁰⁹ Mt 11,29.

⁴¹⁰ Lk 14,1.

⁴¹¹ Lk 14,11; 18,14.

⁴¹² Flp 2,8.

⁴¹³ Kol 2,3.

⁴¹⁴ Ž 98,1.

CAPUT XI

De tertio fructu verbi tertii, hoc est de officiis bonorum parentum erga filios et filiorum bonorum erga parentes.

Discimus tertio loco ex cathedra Crucis, quod sit officium parentum bonorum erga filios, et bonorum filiorum erga parentes. Incipiamus a priore. Debent parentes boni diligere filios; sic tamen, ut amor filiorum non impediat amorem Dei. Atque hoc est, quod Dominus in Evangelio dicit: *Qui amat filium aut filiam suam super me, non est me dignus* (Mt 10,37). Hoc plane accuratissime observavit Virgo beata; stabat enim juxta Crucem cum summo dolore et cum summa constantia. Dolor testabatur amorem summum erga Filium in Cruce pendentem, constantia testabatur observantiam maximam erga Deum in Caelo regnantem, moleste⁴¹⁵ ferebat, Filium innocentem, quem vehementer amabat, doloribus acerbissimis afflictiari:⁴¹⁶ sed non ideo verbo aut facto cruciatus illos prohibuisset, quamvis potuisset, quia sciebat, *definito consilio et praescientia Dei* (Act 2,23) Patris illos omnes cruciatus a Filio tolerari. Mensura doloris est amor: proinde Mater valde dolebat, cum Filium suum tam crudeliter vexari cernebat, quia multum amabat. Et quomodo Filium suum Virgo Mater non ardentissime diligeret, cum optime omnium sciret, Filium et omnibus filiis hominum omni genere laudum excellere⁴¹⁷ et

KAPITOLA 11.

Třetí ovoce třetího slova – povinnosti dobrých rodičů vůči dětem a dobrých dětí vůči rodičům.

Na třetím místě se z katedry kříže učíme, jaká je úloha dobrých rodičů vůči dětem a dobrých dětí vůči rodičům. Začněme od prvního. Dobří rodiče jsou povinni děti milovat, avšak tak, aby láska k dětem nepřekážela lásce k Bohu. A to je to, co říká Pán v evangeliu: „*Kdo miluje svého syna anebo dceru více nežli mě, není mne hoden.*“⁴³¹ Toto zcela důsledně zachovala Blahoslavená Panna. Stála totiž u kříže s nejvyšším zármutkem i s tou největší odhodlaností. Zármutek svědčil o její nejvyšší lásce k Synu visícímu na kříži; odhodlanost svědčila o vrcholné poslušnosti Bohu kralujícímu v nebi. Těžce snášela, že je [její] nevinný Syn, kterého rozhodně milovala, zmítán nejprudšími bolestmi. To ovšem [pro ni] nebylo důvodem, aby těmto mukám slovem nebo skutkem zabraňovala, ačkoli by bývala mohla. Věděla totiž, že je *úradkem a záměrem Boha*⁴³² Otce, aby tato všechna muka byla Synem vytrpěna. Mírou bolesti je láska, a proto Matka velice želela, když viděla, že je její Syn tak ukrutně trýzněn, protože [jej] velice milovala. A jak by Panenská Matka svého Syna nejhoroucněji nemilovala, když nejlépe ze všech věděla, že [její] Syn jednak vyniká nad všechny lidské syny ve všem,

⁴¹⁵ Moleste, adverb. – Si ad nosmet ipsi referamus, est idem atque aegre, graviter, iniquo animo.

⁴¹⁶ Afflicto est vehementer percellendo male mulco, huc illuc impellendo agito et vexo.

⁴¹⁷ Excellere proprie est in altum moveri seu tolli.

⁴³¹ Mt 10,37.

⁴³² Sk 2,23.

eundem illum Filium magis ad se pertinere, quam pertineant ulli alii filii ad matres eorum? Ratio enim, cur feminae filios diligant, duplex esse solet: una, quod ipsae eos genuerint, altera, quod insigni aliqua laude excellant; alioqui⁴¹⁸ enim non desunt matres, quae filios aut parum ament aut etiam oderint, si forte nimis deformes aut nimis improbos aut in parentes impios et ingratos experiantur.⁴¹⁹ Jam vero Virgo Mater Filium suum propter utramque causam magis diligebat, quam ulla alia mater filium suum umquam dilexerit. Primum enim mulieres aliae non solae filios generant, sed in generatione filii socium habent maritum. Virgo beata sola Filium generavit; nam Virgo genuit et Virgo peperit; et quemadmodum Christus Dominus in generatione divina habuit Patrem sine matre, sic in generatione humana Matrem habuit sine patre. Et quamvis vere dicatur idem Christus de Spiritu Sancto conceptus, non tamen Spiritus Sanctus est Pater Christi, sed effector et fabricator corporis Christi; neque ex propria sua substantia Spiritus Sanctus Christi corpus formavit, quod proprie ad Patrem pertinet, sed ex purissimis Virginis ipsius sanguinibus fabricavit. Vere igitur Virgo sanctissima sola sine patris consortio Filium suum genuit, sola solum et integrum sibi vindicabat.⁴²⁰ proinde magis diligebat Filium suum, quam ulla alia mater prolem suam umquam dilexerit. Quod vero attinet ad aliam causam, Filius Virginis nostrae non solum

co může být předmětem chvály, a zároveň, že tentýž její Syn je s ní také spojen více než všichni ostatní synové jsou spojeni se svými matkami? Důvod proč ženy své děti milují bývá dvojí: První ten, že je sami zrodily, druhý, že [jejich děti] vynikají nějakou znamenitou vlastností. Jsou ostatně i matky, které své děti buďto málo milují, anebo je i nenávidí, jestliže snad zakoušejí, že jsou příliš zpotvořené nebo příliš zlé nebo neuctivé a nevděčné k rodičům. Avšak Panenská Matka svého Syna z obou [uvedených] důvodů milovala více než kdy která matka milovala své dítě. Ostatní ženy totiž neplodí své děti samy, ale mají při zrození dítěte za společníka manžela. Blahoslavená Panna [však] Syna zrodila sama, neboť Panna počala a Panna porodila. A tak jako Kristus Pán při [svém] Božském zrození měl Otce bez matky, tak i při zrození lidském měl Matku bez otce. Ačkoliv totiž je tentýž Kristus správně označován za počáteho z Ducha svatého, přece však Duch svatý není Otcem Krista, ale [je pouze] působitelem a strůjcem těla Kristova. A Duch svatý neutvořil Kristovo tělo ze své vlastní podstaty, což je právě charakteristikou otce, ale uhnětl je z přečisté krve samotné Panny. Vpravdě tedy Nejsvětější Panna zrodila svého Syna sama bez účasti otce a sama si ho samotného a celého nárokovala. A proto svého Syna milovala více než kdy jakákoli matka milovala své dítě. Co se však týče

⁴¹⁸ Alioqui significat quantum ad alias res, ceteroquin.

⁴¹⁹ filios suos ... deformes, improbos, impios et ingratos (esse) experiantur; Exporior, periris, pertus sum, periri – est probare, periculum facere.

⁴²⁰ Vindico et vendico, as, avi, atum, are – est punio; speciatim *vindicari* dicitur, qui vindicias fert alicujus rei, h. e. possessionem obtinet, quam aliquis eripere iudicio volebat.

speciosus fuit et est prae filiis hominum (Ps 44,3), sed etiam omni genere laudis hominibus et Angelis omnibus antecellit.⁴²¹ Sequitur igitur, ut Virgo beata, quae Filium suum plus omnibus amavit, ejus passionem et mortem plus omnibus deflexerit. Atque adeo⁴²² hoc verum est, ut sanctus Bernardus sermone quodam (Sermo in illud *Signum magnum*.) affirmare non dubitaverit, dolorem⁴²³ beatae Virginis de Filii passione conceptum dici posse martyrium cordis juxta illud Simeonis: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius* (Lc 2,35). Et quia martyrium cordis acerbius esse videtur quam martyrium corporis, sanctus Anselmus in libro de excellentia Virginis (Cap. 5) scribit, dolorem Virginis acerbioris fuisse quolibet martyrio corporali. Certe quidem Dominus noster, cum orans in horto Gethsemani martyrium cordis pateretur, attente considerans omnes dolores et cruciatus, quos die sequenti passurus erat, et simul maerori⁴²⁴ et pavori⁴²⁵ habenas⁴²⁶ quodammodo laxans⁴²⁷ tam vehementer cruciari coepit, ut ex toto corpore sudorem sanguineum funderet, quod in passione corporali accidisse non legitur. Igitur Virgo beata ex gladio illo doloris animam ejus transverberante gravissimam sine dubio passionem atque poenam acerbissimam

druhého důvodu [pro nějž matky své děti milují], Syn naší Panny nejen že byl a je nejkrásnější ze všech synů lidských,⁴³³ ale také ve všem, co může být předmětem chvály, vyniká nad všechny lidi i anděly. Z toho tedy plyne, že Blahoslavená Panna, která svého Syna milovala více než kdo jiný, také více než kdo jiný oplakala jeho umučení a smrt. Ba dokonce je pravdivé to, co v jakémisi kázání neváhá potvrdit sv. Bernard,⁴³⁴ že totiž zármutek Blahoslavené Panny ze Synova umučení může být nazván počátkem mučednictví srdce, podle oněch slov Simeona: „*A tvou vlastní duši pronikne meč.*“⁴³⁵ A protože mučednictví srdce se zdá být bolestnější než mučednictví těla, píše sv. Anselm v knize O vznešenosti Panny,⁴³⁶ že zármutek Panny byl těžším, než jakékoliv mučednictví těla. Zajisté totiž náš Pán, když, modlíc se v Getsemanské zahradě, snášel mučednictví srdce, pozorně vnímajíc všechny bolesti a mučení, které měl protrpět následujícího dne, a přitom jaksi popustil uzdy zármutku a hrůze, začal tak prudce trpět, že z celého těla proléval krvavý pot. A o tomto [nikde jinde] nečteme, že by se to přihodilo při tělesném mučení. Tak tedy i Blahoslavená Panna z onoho meče bolesti pronikajícího její duši bez

⁴²¹ Antecello, is, ere (ante et cello) – est praestare, superare, majorem esse.

⁴²² Adeo adverb. – significat usque eo, ad illum terminum; Bohem. tak, tak dalece, tou měrou; atque adeo – ba dokonce.

⁴²³ Dolor, oris, m.

⁴²⁴ Moeror vel maeror, oris, m. – actus moerendi, luctus; Bohem. zármutek, teruchlení, nářek.

⁴²⁵ Pavor, oris, m. 3. (paveo) – est timor vehemens.

⁴²⁶ Habena, ae, f. – lorum freno alligatum, quo equi reguntur; Bohem. řemen, uzda, otěž; řízení, správa.

⁴²⁷ Laxo, as, avi, atum, are (laxus). Part. *Laxans* – Laxare est latum facere, dilatare. (“...et pavori habenas quodammodo laxans” – “...a jaksi povolujíc uzdy hrůze a zármutky...”).

⁴³³ Ž 44,3.

⁴³⁴ Sv. Bernard z Clairvaux, *Kázání na slovo „Veliké znamení“* (In illud: *Signum magnum apparuit*), 14: PL 183, 437.

⁴³⁵ Lk 2,35.

⁴³⁶ Sv. Anselm z Canterbury (1033–1109), *Liber de excellentia Virginis Mariae*, 5: PL 159, 566.

pertulit, et tamen, quia plus honorem et gloriam Dei quam carnem Filii diligebat, stabat juxta Crucem constantiae plena et sine ullo impatientiae signo patientem Filium intuebatur. Non cecidit in terram semimortua, ut quidam fingunt, non laceravit⁴²⁸ capillos, non muliebriter ejulavit, sed fortiter tulit, quod ex voluntate Dei tolerandum erat. Amabat enim valde carnem Filii sui, sed magis amabat honorem Patris et salutem mundi, quae duo ipse etiam Filius magis amabat quam incolumitatem corporis sui. Praeterea fides resurrectionis Filii sui post tertiam diem futurae, in qua numquam haesitavit,⁴²⁹ addebat⁴³⁰ cordi ejus ingentem constantiam, ut non egeret consolatione humana. Sciebat enim mortem Filii similem futuram somno brevissimo, juxta illud Prophetarum: *Ego dormivi et soporatus sum, et exsurrexi, quia Dominus suscepit me* (Ps 3,6).

Hoc exemplum imitari deberent fideles omnes, ut amarent filios suos, sed non anteponebant Deo, qui Pater est omnium et qui diligit eosdem multo magis et melius, quam nos amare noverimus. Ac primum amare debent christiani filios suos amore virili ac prudenti, non blandientes illis, cum male fecerint, sed educantes in timore Dei et corripientes verbis et flagello etiam coercentes,⁴³⁸ cum vel Deum offendunt vel studia litterarum negligunt. Haec enim est voluntas Dei, quam in

pochyby vytrpěla to nejtěžší mučení a nejukrutnější tresty. Přece však, protože více milovala čest a slávu Boží než Synovo tělo, stála pod křížem plna odhodlání a bez jakékoliv známky netrpělivosti hleděla na [svého] trpělivého Syna. Nezhroutila se na zem polomrtvá, jak to někteří znázorňují, nýbrž statečně snesla, co z vůle Boží bylo třeba vytrpět. Milovala totiž velice tělo svého Syna, avšak více milovala čest Otce a spásu světa, což obojí i sám Syn miloval více než neporušenost svého těla. Kromě toho dodávala jejímu srdci nesmírnou odhodlanost víra, že její Syn bude na třetí den vzkříšen, o čemž nikdy nezapochybovala, a tak nebyla zbavena ani lidské útěchy. Věděla totiž, že Synova smrt se bude podobat krátkému spánku, podle oněch slov proroka: „*Ulehl jsem, usnul a vstal jsem, protože Hospodin mne přijal.*“⁴³⁷

Tento příklad mají následovat všichni věřící, aby své děti milovali, ale neupřednostňovali je před Bohem, jenž je Otcem všech a miluje tyto [děti] daleko více a lépe, než mi dokážeme milovat. A především mají křesťané své děti milovat láskou zmužilou a rozumnou, ne jim lichotit, když udělali [něco] zlého, ale vychovávat je v bázni Boží a kárat slovy i usměrňovat tresty, když buďto urážejí Boha nebo zanedbávají studium knih. Taková je totiž Boží vůle, kterou zjevil v Písmu svatém.

⁴²⁸ Lacero, as, avi, atum, are – Lacerare stricto sensu est vi abscindere, amputare, dividere.

⁴²⁹ Haesito, as, avi, atum, are – Haesitare frequentativum est ab *haereo*, et ejusdem fere significationis, h. e. arcte alicui rei jungi, affixum, conjunctum esse; Bohem. váznu, vězím, rozpakuji se, váhám.

⁴³⁰ Addo, dis, didi, ditum, dere – (ad et do).

⁴³⁷ Ž 3,6.

⁴³⁸ Coerceo, es, ui, itum, ere (cum *et* arcere, qua significat continere) – est continere, includere, et veluti constringere aliquid, ne ultra crescat, aut evagetur; Bohem. svírám, v mezích držím, krotím, kárám, ořezávám.

Scripturis sanctis revelavit; sic enim loquitur Ecclesiasticus: *Filii tibi sunt? erudi illos et curva illos a pueritia illorum* (Sir 7,25); et de Tobia legitur, quod *filium suum ab infantia timere Deum docuerit et abstinere ab omni peccato* (Tob 1,10). Et Apostolus (Col 3,21) admonet patres, ut non provocent filios ad indignationem, ne pusillo animo fiant, sed educant illos in disciplina et correptione Domini, hoc est ut tractent eos, non ut servos, sed ut liberos. Qui enim nimis sunt erga filios austeri,⁴³⁹ sic ut illos perpetuo objurgent⁴⁴⁰ et flagellent, etiam pro minimo errato, ii tractant ut mancipia et efficiunt, ut vel pusillo animo fiant vel fugiant; qui vero nimis sunt indulgentes, vitiosos illos efficiunt, et non regno caelorum, sed gehennae nutriunt.

Recta ratio educandi filios est, ut parentes erudiant filios in disciplina, ut discant libenter oboedire parentibus et magistris, et cum errant, eos paterne corripiant, sic ut intellegant, se ex amore, non ex odio corripiri. Deinde si forte Deus filios alicujus ad clerum vel ad ordinem religiosum vocet, non audeant impedire, ne forte Deo, qui primus Pater est, repugnare videantur, sed dicant cum sancto Job: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum* (Iob 1,21). Denique si forte immatura morte filii parentibus subtrahantur, quod beatissimae Virgini in primis

Sirachovec [přece] říká: „*Máš syny? Vychovávej je a ohýbej od jejich chlapeckých let.*“⁴⁴¹ A o Tobiašovi čteme, že „*svého syna od dětství učil bát se Boha a zdržovat se každého hříchu.*“⁴⁴² A apoštol napomíná rodiče, aby nedráždili [své] děti k hněvu, aby [tak děti] nemalomyslněly, ale aby je vychovávali v kázni a poslušnosti Pánu.⁴⁴³ To znamená, aby se k nim chovali ne jako k otrokům, ale jako k svobodným. Kdo jsou totiž k dětem příliš přísní, tak že je stále plísňí a trestají, dokonce i pro nejmenší pochybení, ti s nimi zacházejí jako s nevolníky a působí, že se buďto stanou malomyslnými anebo utečou. Kdo jsou však příliš milosrdnými, dělají z nich [lidi] nepořádné, a vychovávají je ne pro nebeské království, ale pro peklo.

Správný způsob výchovy dětí je, že rodiče děti vyučují v kázni, aby se učily ochotně poslouchat rodiče i učitele. A když [děti v něčem] pochybí, otcovsky je napomenou, tak aby rozuměly, že jsou kárány z lásky, a ne z nenávisti. Následně, jestliže snad Bůh něčí děti povolá za duchovní nebo do řeholního řádu, ať se neodvažují [tomu] bránit, aby se snad nezdálo, že vzdorují Bohu, jenž je prvním Otcem. Ať [raději] spolu se spravedlivým Jobem řeknou: „*Hospodin dal, Hospodin vzal, ať je jméno Hospodinovo*

⁴³⁹ Austerus, a, um, adject. – ab αὐστηρὸς, quod fortasse ab αἶω sicco, arefacio; hinc Auster apud Latinos est ventus urens; dicitur praecipue de saporibus, non quidem acerbis et ingratibus, sed linguam tamen adstringentibus et contrahentibus; qualis est gustus meri vini, sed non dulcis, et sapor pomorum, quae nondum plenam maturitatem consecuta, sunt tamen satis matura. Huic opponitur sapor lenis; Bohem. drsný, přísný, trpký.

⁴⁴⁰ Objurgo, as, avi, atum, are (ob et jurgo) – jurgare (et jurgari) est verbis contendere, concertare, vicissim queri, verbis lacessere; Bohem. tupím, kárám, výčítky činím.

⁴⁴¹ Sir 7,25.

⁴⁴² Tob 1,10.

⁴⁴³ Kol 3,21.

accidit, considerent judicia Dei, qui saepe rapit aliquos, ne malitia immutet bonam mentem eorum (Sap 4,11), et pereant in aeternum. Certe si scirent aliquando parentes, quo consilio Deus ista faciat, non flerent, sed etiam gauderent. Et si fides resurrectionis vigilaret in nobis, ut in sanctissima Virgine vigilabat, non magis contristaremur,⁴⁴⁴ cum aliquis ante senium moritur, quam contristamur, si quis ante noctem dormire incipiat; mors enim fidelis hominis somnus quidam est, ut Apostolus monet in Epistola priore ad Thessalonicenses: *De dormientibus*, inquit, *nolumus vos ignorare, ut non contristemini, sicut et ceteri, qui spem non habent* (Thes 4,13). Meminit autem spei potius quam fidei, quoniam non de resurrectione quacumque, sed de beata et gloriosa loquitur, quae est ad veram vitam, qualis fuit Christi resurrectio. Qui enim certo credit futuram carnis resurrectionem et sperat, filium suum, immatura morte sublatum, resurrecturum ad gloriam, non est, quod tristetur, sed magis gaudeat, quod salus ejus in tuto sit posita.

Venio nunc ad officium filii erga parentes, quod Christus moriens erga Parentem suam cumulate praestitit. Officium enim filiorum est, *mutuam vicem reddere parentibus*, ut

pochváleno.⁴⁴⁵ A nakonec, jestliže snad budou děti rodičům odejmuty předčasnou smrtí, což se na prvním místě přihodilo Blahoslavené Panně, ať pozorují Boží soudy, protože [on] častokrát některé uchvátí, aby zloba nezměnila jejich dobrou mysl⁴⁴⁶ a nezahynuli [tak] navěky. Zjistěte, kdyby se rodiče jednou dozvěděli, s jakým úmyslem to Bůh činí, neplakali by, ale dokonce by se radovali. A kdyby v nás bděla taková naděje na vzkříšení, jaká bděla v Nejsvětější Panně, nezarmucovali bychom se, když někdo umírá dřív, než dosáhl stáří, více než se zarmucujeme, když někdo usne dříve, než začala noc. Smrt věřícího člověka je totiž jakýmsi spánkem, jak [nás] poučuje apoštol v prvním listu Soluňanům: „*O zesnulých nechceme, abyste zůstali nevědomými, abyste se nezarmucovali, jako ostatní, kteří nemají naděje*“.⁴⁴⁷ Vzpomíná však raději naději než víru, protože nemluví o jakémkoliv vzkříšení, ale o vzkříšení blaženém a slavném, které je ke skutečnému životu, a jakým bylo vzkříšení Kristovo. Kdo totiž s jistotou věří v budoucí vzkříšení těla a doufá, že jeho dítě, odejmuté [mu] předčasnou smrtí, vstane k slávě, nemá důvod se zarmucovat, ale spíše radovat, protože jeho spása je už jistá.

Přicházím nyní k povinnosti syna vůči rodičům, které umírající Kristus vůči své Rodičce vrchovatě naplnil. Povinností dětí vůči rodičům totiž je: „*splácet rodičům svůj dluh*“

⁴⁴⁴ Contristaremur – conj. impf. pass. a contristo, as, avi, atum, are (cum et tristis).

⁴⁴⁵ Job 1,21.

⁴⁴⁶ Mdr 4,11.

⁴⁴⁷ 1Sol 4,13.

Apostolus monet (1 Tim 5,4). Reddunt autem filii parentibus vicem mutuam, quando senescentibus parentibus ea, quae necessaria sunt, procurant, quemadmodum ipsi parentes procuraverunt filiis parvis et non valentibus sibi victum et vestitum quaerere. Christus igitur senescenti Matri et neminem habenti, qui mortuo Filio ejus curam gereret, dedit illi S. Joannem in filium, dicens: *Ecce filius tuus*, et ipsi Joanni: *Ecce Mater tua*. Functus est⁴⁴⁸ autem Dominus cumulate officio Filii erga Matrem multis modis. Primum enim assignavit Virgini Matri Joannem in filium, qui erat Christi ipsius coetaneus, vel potius anno uno junior, ac per hoc aptissimus ad Matrem Domini sustentandam. Deinde assignavit illum ex duodecim discipulis, quem ipse Dominus maxime diligebat (Io 13,23) et a quo sciebat, se vicissim valde diligere; proinde confidere poterat de fide et diligentia ejus in adjuvanda Parente. Praeterea assignavit illum, quem sciebat diutissime victurum, ac per hoc Matri sine ulla dubitatione supervicturum. Denique non defuit Christus Matri suae, etiamsi importuno tempore cogitationem illam suscipere deberet. Erat enim in perferendis doloribus totius corporis et injuriis inimicorum accipiendis et in amarissimo calice propinquae mortis hauriendo occupatus, ut de nulla re alia cogitare posse videretur. Vicit tamen caritas Matris et, se neglecto, de consolanda et adjuvanda Matre cogitationem consiliumque suscepit, neque fefellit eum

jak připomíná apoštol.⁴⁵⁰ Děti totiž rodičům splácí svůj dluh tehdy, když stárnoucím rodičům obstarávají to, co je potřebné, tak jako i sami rodiče [to] obstarávali malým dětem nemohoucím si opatřovat obživu a oděv. Kristus tedy [svě] stárnoucí Matce, nemající nikoho, kdo by o ni po smrti Syna pečoval, dal za syna sv. Jana slovy: „*Hle, tvůj syn!*“ a samotnému Janovi: „*Hle, tvá Matka!*“ Pán však povinnost syna vůči matce naplnil vrchovatě a mnoha způsoby. Zaprvé totiž Pannenské Matce označil za syna Jana, jenž byl vrstevníkem samotného Krista nebo spíše o jeden rok mladším, a proto byl k podporování Matky Páně nejvhodnějším. Dále Pán z dvanácti učedníků označil toho, kterého sám nejvíce miloval⁴⁵¹ a o němž věděl, že je jím také velice milován, a z toho důvodu mohl důvěřovat v jeho věrnost a péči při pomoci [svě] Rodičce. Kromě toho označil onoho, o němž věděl, že bude žít nejdéle, a proto Matku beze vší pochyby přežije. A konečně, Kristus na svou Matku nezapomněl, ačkoliv bylo třeba se touto myšlenkou zabývat v nepříhodném čase. Byl totiž zaujat snášenými bolestmi a nespravedlnostmi, jichž se mu dostávalo od nepřátel, a pitím přehořkého kalicha blížící se smrti, takže se zdálo, že na nic jiného [ani] nemůže myslet. Láska k Matce však zvítězila [a on], přezírajíc sebe, přijal záměr a rozhodnutí ohledně potěšení a pomoci Matce. Očekávání Janovi pohotovosti a věrnosti ho [pak] nezklamalo,

⁴⁴⁸ Fungi est exercere, obire, praestare, efficere.

⁴⁵⁰ 1Tim 5,4.

⁴⁵¹ J 13,23.

expectatio de promptitudine⁴⁴⁹ ac fidelitate Joannis; nem ex illa hora accepit eam discipulus in sua (Io 19,27).

Hanc providentiam, quam de Parente sua Christus habuit, majori ratione debent omnes filii de parentibus suis habere. Christus enim minus debuit Parenti suae, quam ceteri homines tantum parentibus debent, quantum referre non possunt; debent enim vitam parentibus, quam illis certe referre non possunt. *Memento*, inquit Ecclesiasticus, *quod nisi per illos natus non fuisses* (Sir 7,30). Christus autem, isque solus excipitur ab hac regula. Accepit enim a Virgine Matre vitam unam, humanam videlicet, sed dedit illi tres vitas: vitam humanam, quando eam cum Patre et Spiritu Sancto creavit; vitam gratiae, quando eam in benedictionibus dulcedinis praeveniens creando justificavit et justificando creavit; vitam gloriae, quando eam ad gloriam aeternam evexit⁴⁵³ et super choros Angelorum exaltavit. Quare si Christus beatæ Matri suae plus dedit, quam ab ea nascendo accepit, legem observare voluit, ut ei tamquam Parenti mutuam vicem redderet: quanto⁴⁵⁴ magis ceteri homines ad hoc solvendum parentibus debitum tenebuntur? Adde, quod, quamvis honorando parente, faciamus, quod debemus, tamen benignitas Dei praemium addidit, dicens in lege: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram* (Ex 20,12; Eph 6,3), et per

neboť „od té hodiny ji učedník přijal mezi své.“⁴⁵²

Tuto péči, kterou měl Kristus o svou Rodičku, jsou ještě více povinni mít o své rodiče všechny děti. Kristus totiž své Rodičce dlužil méně, než ostatní lidé svým rodičům dluží z toho, co jim [nikdy] nemohou splatit. Dluží totiž rodičům [svůj] život, a ten jim určitě splatit nemohou. Sirachovec říká: „*Pamatuj, že kdyby jich nebylo, nebyl by ses narodil.*“⁴⁵⁶ Kristus však, a jedině on, je z tohoto zákona vyňat. Obdržel totiž od Panenské Matky život jeden, totiž lidský, ale dal jí životy tři: život lidský, když ji s Otcem a Duchem svatým stvořil; život milosti, když ji předcházející v požehnáních sladkosti tvořící ospravedlnil a ospravedlňující stvořil; a život slávy, když ji pozdvihl do věčné slávy a vyvýšil nad andělské chóry. A proto, jestliže Kristus své Blahoslavené Matce dal více, než od ní narozením dostal, [a přece] chtěl zachovat zákon, a jako [své] Rodičce jí splatit svůj dluh; čím spíše jsou k tomuto splacení dluhu rodičům vázáni ostatní lidé? Dodej, že jakkoliv ctěním rodiče činíme to, co jsme povinni, přesto [nám za to] Boží dobrota přidává odměnu říkajíc v zákoně: „*Cti svého otce i matku, abys dlouho žil na zemi.*“⁴⁵⁷ A skrze Sirachovce Duch svatý dodává: „*Kdo ctí svého otce, bude odměněn na synech a v den své*

⁴⁴⁹ Promptitudo, inis, f. – promptus est in aperto positus, expositus, patens.

⁴⁵² J 19,27.

⁴⁵³ Eveho, vehis, vexe, vectum, vehere (ex et veho) – est extra vehere, exportare; Bohem. vyvážím, vyjízďím, vyvyžuji.

⁴⁵⁴ ...si Christus ... quanto magis ceteri homines...

⁴⁵⁶ Sir 7,30.

⁴⁵⁷ Ex 20,12; Ef 6,3.

Ecclesiasticum addidit Spiritus Sanctus: *Qui honorat patrem suum, jucundabitur in filiis et in die orationis suae exaudietur* (Sir 3,6). Nec solum praemium addidit Deus honorantibus parentes, sed etiam poenam non honorantibus. Nam *Deus ait*, inquit Dominus: *Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur* (Ex 21,17; Lv 20,9; Mt 15,4; Mc 7,10). Et Ecclesiasticus addit: *Qui exasperat⁴⁵⁵ matrem, est maledictus a Deo* (Sir 3,18). Atque hinc discimus, maledictionem parentum in filios vim magnam habere, quoniam confirmat eam Deus. De qua re exstant in historiis exempla non pauca, quorum unum valde insigne narrat sanctus Augustinus in libris de civitate Dei (Lib. 21. c.8). Summa haec est: Apud Caesaream Cappadociae, decem filii, septem mares et tres feminae, a matre maledicti, continuo divinitus coerciti tali poena sunt, horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum; in qua foedissima specie oculos suorum civium non ferentes, quaque versum cuique ire visum est, toto fere vagabantur orbe Romano; duo ex illis tandem per Reliquias sancti Stephani Protomartyris sancto Augustino praesente curati sunt.

*modlitby bude vyslyšen.*⁴⁵⁸ A nejen odměnu přidává Bůh těm, kdo rodiče ctí, ale také trest těm, kdo je nectí. Neboť Pán říká: „*Bůh řekl: Kdo zlořečí svému otci nebo matce, smrtí zemře.*“⁴⁵⁹ A Sirachovec dodává: „*Kdo popuzuje matku, je zlořečen od Boha.*“⁴⁶⁰ A z toho se učíme, že zlořečení rodičů dětem má velikou sílu, protože ho potvrzuje Bůh. O této věci je v dějinách nemálo příkladů, z nichž jeden velice znamenitý vypráví sv. Augustin v knihách O obci Boží.⁴⁶¹ Souhrn toho vyprávění je, že v Cesarei Kapadocké, deset dětí, sedm synů a tři dcery, byli prokleti svou matkou, a hned byli Bohem potrestáni takovým trestem, že se strašně třásli na všech údech těla. Při této ohavné podívané nemohli snést pohledy svých krajanů, a tak bloudili skoro po celém římském světě. Dva z nich byli nakonec uzdraveni skrze ostatky sv. Štěpána prvo-mučedníka v přítomnosti sv. Augustina.

⁴⁵⁵ Exaspero, as, avi, atum, are (ex et aspero) – est valde asperare, asperum reddere; Bohem. činím drsný, popuzuji, bouřím, dráždím.
⁴⁵⁸ Sir 3,6.

⁴⁵⁹ Ex 21,17; Lv 20,9; Mt 15,4; Mk 7,10.

⁴⁶⁰ Sir 3,18.

⁴⁶¹ Sv. Augustin, *O obci Boží*, 22, 8: PL 41, 769.

CAPUT XII

De quarto fructu verbi tertii, hoc est de fiducia in beatae Virginis.

Onus et jugum impositum a Domino sancto Joanni, ut Virginis Matris curam gereret, vere fuit jugum suave et onus leve. Quis enim non libentissime cohabitaret Matri illi, quae Verbum incarnatum in utero novem mensibus portavit, et illi totos triginta annos devotissime dulcissimeque cohabitavit? Quis non invidet dilecto Domini, qui in absentia Filii Dei praesentiam obtinuit⁴⁶² Matris Dei? Sed nisi fallor, possumus et nos a benignitate Verbi, nostri causa incarnati et ex dilectione nimia nostri causa crucifixi, precibus impetrare, ut dicat et nobis: *Ecce Mater tua*; et Matri suae de nobis dicat: *Ecce filius tuus*. Non est avarus pius Dominus gratiarum, dummodo ad thronum gratiae ejus cum fide et fiducia et non ficto corde, sed vero et sincero accedamus. Qui nos coheredes esse voluit regni Patris sui, non dedignabitur certe nos coheredes habere amoris Matris suae. Sed nec ipsa Virgo benignissima gravabitur⁴⁶³ multitudine filiorum, cum sinum⁴⁶⁴ amplissimum habeat et valde cupiat, nullum perire ex his, quos Filius suus tam pretioso sanguine et tam pretiosa morte redemit. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae Christi et suppliciter nec sine lacrimis ab eo petamus, ut de unoquoque nostrum Matri suae dicat: *Ecce filius tuus*; et unicuique nostrum de Matre sua dicat: *Ecce Mater tua*. Quam bene

KAPITOLA 12.

Čtvrté ovoce třetího slova – důvěra v Blahoslavenou Pannu.

Břemeno a jho vložené Pánem na sv. Jana, aby se staral o Panenskou Matku, bylo skutečně jhem sladkým a břemenem lehkým. Kdo by totiž s největší ochotou nepřebýval s takovou Matkou, která v lůně po devět měsíců nosila vtělené Slovo a nejoddaněji a nejpřívětivěji s ním po celých třicet let bydlela? Kdo by nezáviděl miláčkovi Páně, který v nepřítomnosti Božího Syna obdržel přítomnost Matky Boží? Ale, nemýlím-li se, můžeme i my od Boží dobrotivosti, pro nás vtělené a z přenesmírné lásky pro nás ukřižované, prosbami dosáhnout, aby také nám řekl: „*Hle, tvá Matka!*“ A své Matce, aby řekl i o nás: „*Hle, tvůj syn!*“ Dobrotivý Pán není lakomý na milosti, jestliže jen k trůnu jeho milosti přistoupíme s vírou a důvěrou, ne s předstíráním, ale se srdcem pravdivým a upřímným. On chtěl, abychom byli spoludědici království jeho Otce, jistě se tedy nebude hněvat, bude-li nás mít za spoludědice lásky své Matky. Ale ani samotná nejdobrotivější Panna nebude přetížena množstvím synů, neboť její lůno je nejprostornější a velice touží, aby nezahynul nikdo z těch, které její Syn vykoupil tak drahocennou krví i tak drahocennou smrtí. Přistupme tedy s důvěrou k trůnu milosti Kristovy, aby o každém z nás řekl své Matce: „*Hle, tvůj syn!*“ a každému

⁴⁶² Obtineo vel optineo, tines, tenui, tentum, tinere (ob et teneo) – est accipere.

⁴⁶³ Gravare est onerare, pondere premere, gravem reddere.

⁴⁶⁴ Sinus, us, m. – Sinus dicitur praesertim de curvatura, flexu et cavitate cujuscumque rei; Bohem. záhyb, záliv; klín, ňadro, záňadří.

nobis erit sub praesidio tantae Matris? quis nos detrahare audebit de sinu ejus? quae nos tentatio superare poterit, confidentes in patrocinio⁴⁶⁵ Matris Dei et nostrae? Neque nos primi erimus in tanti consecutione⁴⁶⁶ beneficii. Multi nos praecesserunt: multi, inquam, ad singulare et plane maternum patrocinium tantae Virginis accesserunt, et nemo confusus aut tristis dimissus est, sed omnes hilares et gaudentes, freti⁴⁶⁷ patrocinio tantae Matris. De qua enim scriptum est: *Ipsa conteret caput tuum* (Gn 3,15), in ea confidunt, se quoque fidenter ambulaturos *super aspidem et basiliscum*, et conculcaturos *leonem et draconem* (Ps 90,13). Audiamus de multis paucos, sed eos potissimum, qui singularem fiduciam in protectione Virginis Matris se posuisse testantur, ut credibile sit, illos esse de numero illorum, quibus dictum sit a Domino: *Ecce Mater tua*, et de quibus dictum sit Matri: *Ecce filius tuus*.

Primus sit sanctus Ephraem Syrus, Pater antiquus et tantae celebritatis, ut, sancto Hieronymo teste (Lib. de Script. Eccles.), libri ejus legerentur in ecclesiis publice post Scripturas sanctas. Hic in sermone de laudibus Deiparae: *Intemerata*⁴⁷⁰, inquit, *prorsusque*

z nás o své Matce, aby řekl: „*Hle, tvá Matka!*“ Jak dobře nám [jen] bude pod ochranou takové Matky!? Kdo se nás odváží odtáhnout z jejího klína? Jaké pokušení nad námi bude moci zvítězit, když budeme doufat v ochranu Matky Boží i naší? Ani nebudeme první, komu se dostalo tak velikého dobrodiní. [Již] mnozí nás předešli, mnozí, pravím, vstoupili pod jedinečnou a zcela mateřskou ochranu této Panny. Nikdo [z nich pak] nebyl zahanben či propuštěn v zármutku, ale všichni, kdo se spolehli na ochranu této Matky, byli šťastní a radostní. O ní je totiž psáno: „*ona ti rozdrtí hlavu*“;⁴⁶⁸ [a proto] doufají, že v ní také oni budou bez obav „*kráčet po hadech a štírech*“ a „*šlapat po lvu i draku*“.⁴⁶⁹ Vyslechněme si několik z [těchto] mnohých, ale nejspíše ty, kteří svědčí, že složili obzvláštní důvěru v ochranu Panenské Matky, aby tak bylo věrohodné, že jsou z počtu těch, jimž bylo Pánem řečeno: „*Hle, tvá matka!*“ a o nichž bylo řečeno Matce: „*Hle, tvůj syn!*“

Prvním budiž sv. Efrém Syrský, otec starobylý a natolik proslavený, že, jak svědčí sv. Jeroným,⁴⁹² jeho knihy se četly veřejně na církevních shromážděních po [čteních z] Písma svatého. Ten v řeči o chválách Bohorodičky říká: „Neposkvrněná a naprosto čistá Panno, Bohorodičko, Královno všech, naděje

⁴⁶⁵ Patrocinium, ii, n. – tutela, defensio, protectio.

⁴⁶⁶ Consecutio vel consequutio, onis, f. – actus consequendi, idem quod consequentia; est etiam idem quod adeptio. *Tertull. Baptism.* 18. qui pondus intelligant baptismi, magis timebunt consecutionem, quam dilationem. *Id. Resurr. carn.* 52. *post med.* Consecutio resurrectionis.

⁴⁶⁷ Fretus, a, um, particip. a verbo aliquo jamdiu obsoleto – confusus, nixus, fultus.

⁴⁶⁸ Gn 3,15.

⁴⁶⁹ Ž 90,13.

⁴⁷⁰ Intemeratus est non temeratus, incorruptus, inviolatus, integer.

⁴⁹² Sv. Jeroným, *De viris illustribus*, 115: PL 23, 707.

*pura, Virgo Deipara,*⁴⁷¹ *Regina omnium, spes desperantium. Et infra: Tu portus procellis*⁴⁷² *vexatorum, solacium mundi, carcere clausorum liberatrix, tu orphanorum susceptio, tu captivorum redemptio, tu aegrotantium exsultatio et omnium salus. Et infra: Sub alis tuis custodi*⁴⁷³ *me et protege, miserere mei, qui sum luto inquinatus. Et infra: Non mihi alia fiducia, o Virgo sincera.*⁴⁷⁴ *Ave, pax, gaudium et salus mundi.* Huic addamus S. Joannem Damscenum, qui fuit unus ex iis, qui Virginem sanctissimam in primis coluerunt et in ejus patrocinio speraverunt. Hic in oratione de nativitate B. Virginis: *O Joachim, inquit, et Annae filia, et Domina, peccatoris orationem accipe, ardenter tamen amantis et colentis; teque solam spem gaudii habentis, vitae antistitem, in gratiam cum Filio tuo reducentem, firmamque salutis arrham, peccatorum*⁴⁷⁵ *sarcinam*⁴⁷⁶ *discute,*⁴⁷⁷ *tentationes comprime, pieque ac sancte vitam meam gubernas, atque ad caelestem beatitudinem fac, te duce, perveniam.* Addam duos ex Patribus Latinis. S. Anselmus in libro de excellentia Virginis (Cap. 3) alicubi⁴⁷⁸ dicit: *Itaque cui saltem ita concessum fuerit, saepe dulci studio posse cogitare de illa, magnum promerendae*⁴⁷⁹ *salutis indicium esse conjecto.*⁴⁸⁰ Et infra (Cap. 6) *Velocior est nonnumquam salus*

beznadějných.“ A níže: „Tys přístav pro [lidi] bouřemi zmítané, útěcha světa, vysvoboditelka v žaláři vězněných, tys útočiště sirotků, vykoupení zajatců, nemocných obveselení a spása všech.“ A níže: „Skryj mě a ochraňuj pod svými křídly, smiluj se nade mnou, jenž jsem blátem poskvřněn.“ A níže: „Nemám jinou naději, ó Panno neporušená. Buď pozdravena ty, jenž jsi pokoj, radost a spása světa.“ K němu přidejme sv. Jana Damaského, jenž byl jedním z těch, kteří mezi prvními Nejsvětější Pannu ctili a doufali v její ochranu. Ten v řeči na Narození Blahoslavené Panny [říká]: „Ó dcero Jáchyma a Anny i paní, přijmi modlitbu hříšníka, jenž [tě] přeci vroucně miluje a ctí a v tobě má jedinou naději své radosti, učitelku života, přivádějící [nás] zpět k milosti svého Syna, a bezpečnou archu spásy; rozetni břemeno [mých] hříchů, potři pokušení a spravuj můj život zbožně a svatě a dej, abych pod tvým vedením došel k nebeské blaženosti.“ Přidám dva z latinských otců. Sv. Anselm v knize O vznešenosti Panny kdesi říká: „Proto usuzuji, že je velkým znamením zasloužené spásy, když je někomu dáno aspoň to, aby o ní mohl často s líbezným zanícením rozmýšlet.“ A níže: „Rychlejší je někdy spása,

⁴⁷¹ Deipara, ae, f. – quae Deum peperit. Ita Justin. Imp. Cod. 1. 1. 6. Latine reddit Graecum Θεοτόκος, quod de Virgine Maria Dei Matre dicitur.

⁴⁷² Procella, ae, f. – vis venti cum pluvia.

⁴⁷³ Custodio, is, ivi vel ii, itum, ire.

⁴⁷⁴ Sincerus est purus, integer, nulla alia re admixtus, incorruptus, verus.

⁴⁷⁵ Peccatum, i, n.

⁴⁷⁶ Sarcina, ae, f. – involucrum, fascis rerum utensilium, quem quis humeris portare potest.

⁴⁷⁷ Discussio, cutis, cussi, cussum, cutere – (dis et quatio) – in varias partes concutere, huc illuc jacere, disjicere.

⁴⁷⁸ Alicubi est in aliquo loco.

⁴⁷⁹ Promereor, eris, itus sum, eri ... promerendus – promereri est idem ac mereri, tum in bonam, tum in malam partem.

⁴⁸⁰ Conjecto, as, avi, atum, are frequentat. a conjicio – Conjecto est totis viribus res plures in unum jacio, ago, impello; translate saepius ponitur pro conjecturam facere, conjectando quaerere, ex indiciis rem occultam ignotamque judicare.

*memorato nomine ejus (Virginis Matris), quam invocato nomine Domini Jesu, unici Filii sui. Et id quidem non ideo fit, quod ipsa major et potentior eo sit, nec enim ipse magnus et potens est per eam, sed illa per ipsum. Quare ergo promptior salus in recordatione ejus quam Filii sui saepe percipitur?*⁴⁸¹ *Dicam, quod Filius ejus Dominus est et Judex omnium, discernens merita singulorum. Dum igitur a quovis suo nomine invocatus, non statim exaudit, profecto id juste facit. Invocato autem nomine Matris, etsi merita invocantis non merentur, ut exaudiat, merita tamen Matris intercedunt, ut exaudiat. Sed sanctus Bernardus miro modo describit sanctissimae Virginis pium ac plane maternum affectum in homines*⁴⁸² *sibi devotos, et contra eximiam et filialem pietatem eorum, qui B. Virginem Matrem agnoscunt. In sermone secundo super Missus est Angelus: O quisquis, inquit, te intellegis in hujus saeculi profluvio magis inter procellas et tempestates fluctuare quam per terram ambulare, ne avertas oculos a fulgore hujus sideris (Mariae, stellae maris), si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice ad stellam, voca Mariam. Si jactaris*⁴⁸³ *superbiae undis, si detractionis,*⁴⁸⁴ *si aemulationis, respice stellam, voca Mariam. Si criminis immanitate turbatus, conscientiae foeditate confusus, Judicis horrore perterritus,*

když jsme vzývali jméno panenské Matky, než když jsme vzývali jméno Pána Ježíše, jejího jediného Syna. A to se samozřejmě neděje proto, že by ona byla větší a mocnější než on, a ani není on veliký a mocný skrze ni, nýbrž ona skrze něho. Proč je tedy uzdravení častokrát dosaženo rychleji skrze její připomínku než skrze připomínku jejího Syna? Řeknu, že její Syn je Pán a Soudce všech, rozlišující zásluhy každého. Když je tedy kýmkoliv vzýván svým jménem, nevyslyší [ho] hned, a to zajisté činí spravedlivě. Když je však vzýváno jméno [jeho] Matky, [pak] – i když zásluhy vzývajícího si nezaslouží, aby byl vyslyšen – přece jen [do toho] vstupují zásluhy Matky, aby vyslyšen byl.⁴⁹³ Sv. Bernard ale obdivuhodným způsobem popisuje přívětivý a zcela mateřský cit Nejsvětější Panny vůči lidem jí zasvěceným a vůči výjimečné a dětinské zbožnosti těch, kteří Blahoslavenou Pannu znají jako [svou] Matku. V druhé řeči na slova „*Poslán byl anděl*“ říká: „Ó každý, kdo rozumíš, že jsi v záplavě tohoto světa více zmítán mezi bouřemi a plískanicemi, než kráčíš po zemi, neodvracej [své] oči od záře této hvězdy – Marie, hvězdy mořské – jestliže nechceš být bouřemi [zcela] pohlcen. Jestli povstávají větry pokušení, jestli najíždíš na skaliska soužení, pohlédni na hvězdu, vzývej Marii. Jsi-li zmítán vlnami pýchy, nebo pomluv a závisti, pohlédni na

⁴⁸¹ Percipere est plane, penitus capere, occupare.

⁴⁸² Affectus vel adfectus, us, m. (afficio) – idem ferme quod affectio, seu quaecumque animi aut etiam corporis in homine constitutio vel habitus, ab externis rebus lacessitus atque allatus; peculiariter est etiam animi proclivitas in aliquem, vehemens ejusdem cupido, amor et benevolentia.

⁴⁸³ Jactare est saepe jacere, emittere, conjicere.

⁴⁸⁴ Detractio, onis, f. – detrahendi actus, ablatio; Bohem. odejmutí; škoda, újam, pomluva, hanobení.

⁴⁹³ Sv. Anselm z Canterbury, *Liber de excellentia Virginis Mariae*, 5-6: PL 159, 566-568.

*barathro*⁴⁸⁵ *incipias absorberi tristitiae, desperationis abyssu, cogita Mariam: in periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca. Ipsam sequens non devias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras.* Idem in sermone de Nativitate beatae Mariae, sive de aquae ductu: *Altius, inquit, intuitumini, quanto devotionis affectu a nobis Mariam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria: ut proinde, si quid spei in nobis est, si quid gratiae, si quid salutis, ab ea noverimus redundare.*⁴⁸⁶ Et infra: *Totis ergo medullis*⁴⁸⁷ *cordium et votis omnibus Mariam veneremur: quia sic est voluntas ejus, qui totum*⁴⁸⁸ *nos habere voluit per Mariam.* Et rursum: *Filioli, haec peccatorum scala, haec mea maxima fiducia est, haec tota ratio spei meae.* His duobus sanctissimis Patribus addam etiam duos de schola theologorum aequae sanctos. Sanctus Thomas in opusculo de salutatione Angelica (Opus. 8) sic loquitur: *Benedicta in mulieribus, quia ipsa sola maledictionem sustulit et benedictionem portavit et januam paradisi aperuit. Et ideo convenit ei nomen Maria, quae interpretatur stella maris, quia, sicut per stellam maris navigantes diriguntur ad portum, ita christiani diriguntur per Mariam ad gloriam.* S. Bonaventura in sua pharetra⁴⁸⁹ (Lib. 1 c.5) sic ait: *Sicut, o Beatissima, omnis a te aversus et a te*

hvězdu, vzývej Marii. Jsi-li znepokojen nesmírností viny, zarmoucen špinavostí svědomí, vyděšen hrůzou ze Soudce, začíná-li tě pohlcovat propast smutku a hlubina beznaděje, pomysli na Marii. V nebezpečích, v úzkostech i v každé pochybnosti mysl na Marii, vzývej Marii. Ji následujíc nezbloudíš, ji prosíc nebudeš zahanben, myslíc na ni se nezmýlíš.“ Také v řeči O Narození Blahoslavené Panny neboli O akvaduktu říká: „Pohlédněte výše, s jakým zbožným citem chtěl, aby od nás byla ctěna Maria. [Vždyť] on v Marii vložil plnost veškerého dobra, a to proto, abychom poznali, že, je-li v nás jaká naděje, je-li jaká milost, je-li jaká spása, jsme jí hojně naplňováni od ní.“ A níže: „Veškerou niterností srdcí a všemi [svými] sliby ctíme Marii, neboť taková je vůle toho, kdo chtěl, abychom všechno měli skrze Marii.“ A opět: „Dítky, ona je schodištěm hříšníků, ona je mé největší doufání, ona je úplným důvodem mé naděje.“⁴⁹⁴ K těmto dvěma svatým otcům připojím i dva ze školy teologů, taktéž svaté. Sv. Tomáš v dílku O andělském pozdravení mluví takto: „Požehnaná mezi ženami, neboť ona jediná odňala zlořečení, přinesla požehnání a otevřela bránu ráje. A proto se k ní hodí jméno Maria, jenž je vykládáno jako hvězda mořská, protože tak jako skrze mořskou hvězdu jsou námořníci vedeni

⁴⁸⁵ Barathrum, i, n. – βάραθρον – locus in altissimam profunditatem depressus, qualis fuit Athenis profunda vorago.

⁴⁸⁶ Redundo, as, avi, atum, are – est idem ac superfluo, exundo, superabundo: et proprie dicitur de aquis aut liquoribus, quum adeo augentur, ut se ripis, litoribus, aut vasis non contineant; usurpatur et pro abundare simpliciter ... cum ablativo rei, qua quis redundat.

⁴⁸⁷ medulla, ae, f. – est substantia illa, quae est in ossibus animalium; Bohem. morek, dřeň; nitro, jádro.

⁴⁸⁸ Totum – hoc est omnia.

⁴⁸⁹ Pharetra, ae, f. – φαρέτρα, theca, ubi sagittae reponuntur; Bohem. toulec.

⁴⁹⁴ Sv. Bernard z Clairvaux, *Chvály panenské Matky*, Dominikánská edice Krystal : Olomouc 1938, s. 109n. - Tamtéž i předcházející citát.

despectus,⁴⁹⁰ *necesse est, ut intereat: ita omnis ad te conversus et a te respectus, impossibile est, ut pereat*. Idem Sanctus in vita beati Francisci de fiducia sancti Francisci in B. Virginem, *Matrem*, inquit, *Domini nostri Jesu Christi indicibili complectebatur amore, eo quod Dominum majestatis fratrem nobis effecerit, et per eam simus misericordiam consecuti. In ipsa post Christum fidens, eam sui ac suorum advocatam constituit, et ad honorem ipsius a festo Apostolorum Petri et Pauli usque ad festum Assumptionis devotissime jejunabat*. His omnibus addere placuit Innocentium Papam III, qui insignis cultor fuit Virginis Deiparae, nec solum in sermonibus eam magnifice praedicavit, sed etiam ad ejus honorem monasterium extruxit, et, quod magis est admirandum, excitans populum ad spem in sanctissima Deipara constituendam, quasi praescius futurorum, ea dixit, quae proprio ac felici experimento postea comprobavit. Sic enim ait in sermone 2 de Assumptione: *Qui jacet in nocte cul-pae, respiciat lunam, deprecetur Mariam: ut ipsa per Filium cor ejus ad compunctionem illuminet. Quis enim de nocte invocavit eam, et non est exauditus ab ea?* Consulat lector, quae scripsimus de Innocentio Papa III in libro 2 cap. 9 De gemitu columbae. Ex his igitur satis aperte colligitur, ex signis electionis ad gloriam non esse ex postremis devotionem singularem ad Virginem Dei Matrem. Neque enim videtur posse perire is, de quo dictum sit Virgini a

do přístavu, tak jsou křesťané skrze Marii vedeni k slávě.⁴⁹⁵ A sv. Bonaventura ve svém Toulci říká toto: „Ó Přeblahoslavená, tak jako je nutné, aby zahynul každý, kdo se od tebe odvrátil a od koho ses odvrátila ty, tak [také] každý, kdo se k tobě obrátil a na koho tys shlédla, zahynout nemůže.“⁴⁹⁶ Tentýž svatý v Životě blaženého Františka říká o důvěře sv. Františka v Blahoslavenou Pannu: „Matku našeho Pána Ježíše Krista objímal nevýslovnou láskou, protože Pána slávy učinila naším bratrem a skrze ni jsme dosáhli milosrdenství. V ni po Kristu důvěřujíc, ustanovil ji za obhájkyni svou i svých [bratří] a na její počest se co nejzbožněji postil od slavnosti apoštolů Petra a Pavla až po slavnost Nanebevzetí.“ K těmto všem se mi zalíbilo přidat papeže Inocence III., jenž byl znamenitým ctitelem Panenské Bohorodičky, a nejen že ji velkolepě ohlašoval ve [svých] kázáních, ale také k její cti založil klášter, a co je ještě obdivuhodnější, povzbuzujíc lid ke složení [své] naděje v Nejsvětější Bohorodičku, jakoby předvídaje budoucnost, řekl to, co později potvrdil vlastní šťastnou zkušeností. Takto totiž mluví v 2. řeči o Nanebevzetí: „Kdo leží v noci viny, ať pohlédne na lunu, ať prosí Marii, aby ona sama osvětila jeho srdce ke zkroušenosti. Kdo ji totiž vzýval [uprostřed] noci, a nebyl od ní vyslyšen?“ Zde ať čtenář přihlédně k tomu, co jsme o papeži Inocenci III. napsali v 2. knize O úpění holubice, kap. 9. Z tohoto [všeho] lze tedy dosti

⁴⁹⁰ Despectus, us, m. (despicio) prospectus ex superiori loco in inferiorem.

⁴⁹⁵ Sv. Tomáš Akvinský, *Expositio Salutationis angelicae*, 2. vide: <https://www.corpusthomicum.org/cst.html>

⁴⁹⁶ Sv. Bonaventura, *Pharetra (Toulec)*, 1, 5, (S. Bonaventurae Opera omnia, ed. J. P. Migne, 8 svazků, Paris 1864–1871.)

Christo: *Ecce filius tuus*, dummodo⁴⁹¹ et ipse non surda aure audiat, quod ei Christus dixerit: *Ecce Mater tua*.

jasně usuzovat, že obzvláštní úcta k Panenské Bohorodičce je v neposlední řadě jedním ze znaků vyvolení k [věčné] slávě. A zdá se, že nemůže zahynout ten, o němž je Kristem řečeno Panně: „*Hle, tvůj syn!*“, jestli jen on sám neposlouchá hluchýma ušima to, co Kristus řekl jemu: „*Hle, tvá Matka!*“

⁴⁹¹ Dummodo – dum temen, si modo.

LIBER SECUNDUS

DE QUATUOR RELIQUIS VERBIS IN CRUCE PROLATIS

CAPUT I

*Explicatur ad litteram verbum quartum:
Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti
me? (Mt 27,46)*

Exposuimus libro superiore tria prima verba, quae Dominus noster ex cathedra Crucis pronuntiavit circa horam sextam, cum recens Cruci fuisset affixus. Exponemus⁴⁹⁸ in hoc posteriore libro alia quatuor verba, quae post tenebras et silentium trium horarum idem Dominus ex cathedra eadem, jam morti propinquus, clamans magna voce pronuntiavit. Sed necessarium esse videtur, breviter antea declarare, quales fuerint illae tenebrae et unde et ad quem finem exortae, quae inter priora tria verba et quatuor posteriora interjectae sunt. Sic igitur loquitur sanctus Matthaeus: *A sexta autem hora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna: Eli, Eli, lamma sabachtani?* hoc est: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* (Mt 27,45–46). Quod autem tenebrae factae sint ex deliquio⁴⁹⁹ solis, expresse notat sanctus Lucas: *Et obscuratus, inquit, est sol* (Lc 23,45).

KNIHA DRUHÁ

ČTYŘI ZBÝVAJÍCÍ SLOVA PRONE- SENÁ NA KŘÍŽI

KAPITOLA 1.

*Čtvrté slovo: „Bože můj, Bože můj, proč jsi mě
opustil?“⁴⁹⁷*

V předešlé knize jsme vyložili první tři slova, která náš Pán pronesl z katedry kříže kolem šesté hodiny [dne], když byl právě přibit na kříž. V této druhé knize vyložíme zbývající čtyři slova, která tentýž Pán, volajíc silným hlasem, pronesl z téže katedry po třech hodinách temnoty a mlčení, když už byl blízko smrti. Zdá se ale užitečným předtím krátce vysvětlit, jakými byly ony temnoty, k nimž došlo [v čase] mezi prvními třemi slovy a ostatními čtyřmi, odkud se vzaly a jaký byl jejich účel. Takto totiž mluví sv. Matouš: *„Avšak od šesté hodiny nastala tma po celé zemi až do hodiny deváté. A kolem deváté hodiny Ježíš zvolal velikým hlasem: Eli, Eli, lamma sabachtani? to jest: Bože můj, Bože můj, proč jsi mne opustil?“⁵⁰⁰* To však, že tma nastala kvůli zatmění slunce, výslovně

⁴⁹⁷ Mt 27,46.

⁴⁹⁸ Expono, ponis, posui, positum, ponere (ex et pono).

⁴⁹⁹ Deliquium, ii, n. – Paul. Diac. p. 73. 8. Deliquium solis a delinquendo dictum, quod delinquat in cursu suo.

⁵⁰⁰ Mt 27,45–46.

Sed tres sunt hoc loco enodandae⁵⁰² difficultates, nam sol deficere solet in novilunio, quando inter solem et terram media invenitur luna. Id quod in morte Christi fieri non potuit, cum luna non esset conjuncta cum sole, quod fit in novilunio, sed esset opposita soli, quod fit in plenilunio.⁵⁰³ Erat enim tunc Pascha Judaeorum, quod secundum legem fieri incipiebat quartadecima die mensis primi. Deinde etiam fuisset in passione Christi luna conjuncta cum sole, non tamen poterant tenebrae fieri per tres horas, id est, a sexta ad nonam. Siquidem eclipsis⁵⁰⁴ solis diu durare non potest, praesertim si plena sit eclipsis, ut solem totum abscondat et ejus obscuritas⁵⁰⁵ tenebrae dici possint. Luna enim celerius movetur, quam sol, secundum motum sibi proprium, ac per hoc nonnisi brevissimo tempore totum solem obumbrat; statim enim recedere incipiens, liberum solem relinquit, ut possit terram fulgore solito illuminare. Denique numquam accidere potest, ut ob conjunctionem cum luna sol universam terram in tenebris relinquat. Luna enim minor est, quam sit sol et quam sit etiam terra; proinde non potest interpositione sui corporis luna solem ita tegere, ut universa terra in tenebris relinquantur. Quod si quis dixerit, Evangelistas loqui de universa terra Palaestinae, non de universa terra absolute, ista

poznamenává sv. Lukáš, [když] říká: „*A slunce se zatmělo.*“⁵⁰¹

Na tomto místě je však třeba rozřešit tři těžkosti. Slunce se totiž zatmívá při novoluní, když se uprostřed mezi Sluncem a Zemí nachází Měsíc. A to se při smrti Kristově stát nemohlo, protože Měsíc nebyl v konjunkci se Sluncem, jak se to děje při novoluní, ale byl v opozici vůči Slunci, jak se to děje při úplňku. Tehdy totiž byly židovské Velikonoce, které se podle zákona začínaly slavit čtrnáctého dne prvního měsíce. Dále, i kdyby byl býval Měsíc při Kristově umučení v konjunkci se Sluncem, přece by tma nemohla trvat tři hodiny, tedy od šesté [hodiny dne] až do deváté. Protože zatmění Slunce nemůže trvat dlouho, především je-li to zatmění úplné, aby zakrylo celé Slunce a mohlo se tak mluvit o temnotě. Měsíc se totiž pohybuje rychleji než Slunce, podle pohybu sobě vlastního, a proto Slunce úplně zatemňuje jedině na krátký čas, a hned [zase] začíná ustupovat a ponechává Slunce volné, aby mohlo Zemi osvětlovat obvyklým jasem. A nakonec, nikdy nemůže dojít k tomu, aby Slunce v důsledku konjunkce s Měsícem ponechalo celou Zemi ve tmě. Měsíc je totiž menší než Slunce a také menší než Země, a proto Měsíc nemůže vstoupením svého tělesa natolik zakrýt Slunce, aby zůstala ve tmě celá Země. A jestliže někdo řekne, že evangelisté mluví

⁵⁰¹ Lk 23,44.

⁵⁰² Enodo, as, avi, atum, are – (ex et nodus). *Enodandus* – est nodis purgo, nodis exsolvo. (nodus, i, m. – ligatura, nexus, vinculum, quod non facile dissolvitur).

⁵⁰³ Plenilunium, ii, n. – πανσέληνον – oppositio lunae et solis, quum luna soli ex diametro opposita tota ab illo illuminatur.

⁵⁰⁴ Eclipsis, is, f. – ἐκλειψις – deliquium, defectio – ab ἐκλείπω deficio.

⁵⁰⁵ Obscuritas, atis, f. (obscurus) obscuratio, tenebrae, opacitas, caligo.

sententia facile refelli potest testimonio sancti Dionysii Areopagitae, qui in epistola ad sanctum Polycarpum testatur se vidisse defectiōnem illam solis et tenebras horribiles in civitate Heliopoli, quae est in Aegypto. Et Phlegon, historicus Graecus et gentilis, meminit hujus deliquii dicens: *Quarto anno ducentesimae secundae Olympiadis magna et excellens inter omnes, quae antea acciderant, defectio solis est facta, dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus est, ut stellae in coelo visae sint.* Iste autem historicus non in Iudaea scripsit. Citant istum auctorem Origenes contra Celsum (Lib. 2), et Eusebius in chronico ad annum Christi trigesimum tertium. Idem testatur Lucianus Martyr, dicens: *Perquirite in annalibus vestris, et invenietis temporibus Pilati fugato sole interruptum tenebris diem.* Refert haec S. Luciani verba Ruffinus (Lib. 9, c.6) in historia Ecclesiastica Eusebii a se in linguam latinam translata. Tertullianus quoque in Apologetico, et Paulus Orosius in historia sua (Lib. 7, c.4), et omnes loquuntur de aliis mundi partibus, non de sola Iudaea. Sed hae controversiae non difficulter explicari possunt; nam quod initio dicebatur de deliquio solis, quod in novilunio, non in plenilunio accidere solet, verum est, quando naturale deliquium accidit. Sed in morte Christi deliquium fuit singulare et prodigiosum, quod ab eo solo fieri potuit, qui fecit solem et lunam et caelum et terram. Scribit enim S. Dionysius loco notato, a se et

o celé zemi Palestině, a ne o úplně celé Zemi, pak takové mínění může být lehce vyvráceno svědectvím sv. Dionýsia Aeropagity, který v dopise sv. Polykarpovi svědčí, že ono zatmění slunce a děsivé temnoty viděl ve městě Heliopolis, které se nachází v Egyptě. I Flegon, dějepisec Řeků i barbarů, vzpomíná toto zatmění, když říká: „Čtvrtého roku dvousté druhé olympiády nastalo veliké zatmění slunce, vymykající se nad všechna ostatní, k nimž došlo předtím. Den se v šestou hodinu obrátil v noc tak, že byly na nebi vidět hvězdy.“ Avšak tento dějepisec nepsal v Judeji. Tohoto autora cituje Origenes proti Kelsovi⁵⁰⁸ a Eusebius⁵⁰⁹ v kronice k třicátému třetímu roku Kristovu. O tomtéž svědčí mučedník Lucián slovy: „Pátrejte ve vašich záznamech, a naleznete, že v době Piláta se slunce zatmělo a den se proměnil v noc.“ Tato slova sv. Luciána podává Rufinus [z Aquileje] ve svém překladu Eusebiovy církevní dějin do latiny.⁵¹⁰ Také Tertulián ve svém Apologetiku⁵¹¹ a Pavel Orosius ve svých dějinách⁵¹² a všichni mluví o jiných částech světa, nejen o samotné Judeji. Avšak tyto sporné [otázky] mohou být bez obtíží vyloženy. Co totiž bylo na začátku řečeno o zatmění Slunce, že k němu dochází při novoluní, a ne při úplňku, to je pravda, když dochází k přirozenému zatmění. Avšak při Kristově smrti bylo zatmění jedinečné a zázračné, jaké může být způsobeno jedine

⁵⁰⁸ Origenes, *Contra Celsum*, 2, 33: PG 11, 854.

⁵⁰⁹ Eusebius z Cesareje, *Chronicon* (fragmenta apud Syncellum): PG 19, 535–536.

⁵¹⁰ Rufinus z Aquileje, *Historia Ecclesiastica*, 9, 6: PL 21, 478–479.

⁵¹¹ Tertulián, *Apologeticum*, 21: PL 1, 401–402.

⁵¹² Pavel Orosius, *Historiarum adversus paganos libri septem*, 7, 4: PL 31, 1163–1165.

Apollophane visam lunam circa meridiem insolito eoque velocissimo cursu venisse ad solem seque ei subjecisse, atque eo modo subjectam haesisse usque ad horam nonam, ac tum demum per eandem viam ad locum suum ad partem orientis rediisse. Et ad id, quod addebatur, non potuisse deliquium solis ad tres horas ita permanere, ut toto illo tempore tenebrae super terram essent, responderi potest, id verum esse in deliquio naturali et consueto. Sed hoc deliquium non regebatur a legibus naturalibus, sed a voluntate omnipotentis Creatoris, qui, sicut potuit lunam deferre insolito more ab oriente cursu velocissimo ad solem et post tres horas reducere ad locum suum in oriente: sic etiam potuit efficere, ut sub sole tres illas horas quasi immota duraret luna, ut neque lentius neque celerius quam sol ipse moveretur. Denique quod addebatur, non potuisse fieri, ut deliquium solis in universa terra conspiceretur, cum luna sit minor quam terra et minor etiam multo quam sol, verissimum esse non dubitamus ex interpositione solius⁵⁰⁶ lunae; sed quod luna facere non potuit, fecit Creator solis et lunae, tantum non cooperando cum sole in illustranda terra. Nihil enim res creatae facere possunt, non adjuvante et cooperante Creatore; nam quod aliqui dicunt, per terras et densas⁵⁰⁷ nubes factum esse, ut tenebrae fierent super omnem terram, verum esse non potest, cum ex testimonio veterum constet, tempore illius deliquii et illarum tenebratum fulsisse stellas in caelo, siquidem densae nubes

Tím, jenž [sám] učinil Slunce i Měsíc i nebesa a zem. Sv. Dionysius totiž na již zmíněném místě píše, že on i Apollophanes viděli Měsíc jak kolem poledne neobvyklým a velice rychlým během přišel ke Slunci a připojil se pod něj, a tímto způsobem zůstal připojen až do deváté hodiny, kdy se konečně toutéž cestou navrátil na své místo na východní straně. A [také] k tomu, co se dodává, že zatmění Slunce nemohlo takto trvat po tři hodiny, aby [tak] po celý tento čas byla na zemi tma, může být odpovězeno, že to je pravda při přirozeném a obvyklém zatmění. Avšak toto zatmění se neřídilo přírodními zákony, ale vůlí všemohoucího Stvořitele, který stejně jako mohl neobvyklým způsobem a velice rychlým během přenést Měsíc od východu k Slunci a po třech hodinách ho navrátil na jeho místo na východě, tak také mohl způsobit, aby Měsíc po tyto tři hodiny zůstával jakoby nepohnutý pod Sluncem a nepohyboval se ani pomaleji ani rychleji než samo Slunce. A nakonec, co se dodává, že nemůže dojít k tomu, aby zatmění Slunce bylo pozorováno na celé Zemi, protože Měsíc je menší než Země a také o mnoho menší než Slunce, o tom nepochybujeme, že je to naprosto pravdivé na základě konjunkce samotného Měsíce. Avšak to, co nemohl způsobit Měsíc, učinil Stvořitel Slunce a Měsíce, [prostě tím, že] pouze nespolutpůsobil se Sluncem při [jeho] osvětlování Země. Stvořené věci totiž nemohou nic konat bez pomoci a spolupůsobení Stvořitele. Když totiž někteří říkají, že

⁵⁰⁶ Solus, a, um *genet.* solius, *dat.* soli, *adj.*

⁵⁰⁷ Densus est spissus, creber, cujus scilicet partes aliae aliis arctae adherent compactaeque sunt.

non solum obscurare possunt ac solent ipsum solem, sed etiam lunam et stellas.

Cur autem voluerit Deus, hoc signum tenebrarum existere in passione Christi, variae reddi solent causae, sed haec sunt praecipuae. Primum ad demonstrandam excaecationem maximam populi Judaici, quam rationem S. Leo reddit in sermone 10 de passione Domini; quae caecitas adhuc durat et durabit, juxta vaticinium Isaiae, qui de principio Ecclesiae dicit: *Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum et gloria Domini super te orta est, quia ecce tenebrae operient terram et caligo*⁵¹³ *populos* (Is 60,1–2): tenebrae videlicet densissimae operient terram judaicam et caligo, quae levior est et facile dissipari potest, operiet populos gentilium. Posterior causa est ad demonstrandam magnitudinem delicti Judaeorum, ut sanctus Hieronimus (Comment. in Matthaeum) docet: Antea siquidem homines mali persequabantur et vexabant atque occidebant homines bonos: nunc Deum ipsum humana carne indutum ausi sunt homines impii persequi et in crucem agere. Antea cives cum civibus lites⁵¹⁴ habebant et ex litibus ad jurgia,⁵¹⁵ ex jurgiis ad

to bylo pro místní [povětrnostní okolnosti] a hustá oblaka, že nastala tma po celé zemi, nemůže to být pravdivé, protože ze svědectví starých [spisovatelů] je jisté, že v čase tohoto zatmění a oné temnoty na nebi zářily hvězdy. A hustá oblaka přece zatemňují nejenom Slunce, ale také Měsíc a hvězdy.

Proč však Bůh chtěl, aby se při Kristově umučení ukázalo toto znamení temnot, k tomu jsou uváděny rozličné důvody, ale hlavními jsou tyto: Zaprvé, aby bylo ukázáno na vrcholnou zaslepenost židovského lidu. Tento důvod uvádí sv. Lev v 10. řeči o umučení Páně. Tato zaslepenost dosud trvá a bude trvat, podle proroctví Izajáše, který o počátcích Církve říká: „*Povstaň a rozzáři se Jeruzaléme, protože přišlo tvé světlo a sláva Pánova nad tebou zazářila. Neboť hle, temnoty pokryjí zemi a tma zahalí národy.*“⁵¹⁶ Totiž: ty nejhustší temnoty pokryjí zemi Judskou a tma, která je lehčí a snadno může být rozptýlena, ta pokryje pohanské národy. Druhým důvodem [tohoto zatmění] bylo, aby se vyjevila velikost zločinu Židů, jak učí sv. Jeroným.⁵¹⁷ Předtím pravdaže lidé zlí pronásledovali a sužovali i zabíjeli lidi dobré; nyní se [však] bezbožní lidé odvážili pronásledovat a hnát na kříž samotného Boha oděného v lidské tělo. Předtím měli hádky občané s občany a od hádek přistupovali k sporům, od sporů k ranám a vraždám; avšak nyní povstali

⁵¹³ Caligo est aeris obscuritas ex nebula vel fumo.

⁵¹⁴ Litigare est litem agere, disceptare, contendere.

⁵¹⁵ Jurgium, ii, n. – est contentio, concertatio, dissensio, et levior quaedam lis, qualis nonnunquam etiam inter propinquos et amicos solet accidere.

⁵¹⁶ Iz 60,1–2.

⁵¹⁷ Sv. Jeroným, *Commentariorum in Matthaeum*, na Mt 27,45: PL 26, 211.

vulnera et caedes deveniebant; at nunc servi et mancipia adversus Regem hominum et Angelorum insurrexerunt et eum cruci incredibili audacia affixerunt. Ideo mundus totus inhorruit et sol ipse, tantum facinus aversatus, radios suos subtraxit et aerem totum tenebris horribilibus textit.

Veniamus nunc ad verba Domini: *Eli, Eli, lamma sabacthani*. Verba sunt ex principio Psalmi vigesimi primi deprompta: *Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti?* Illud enim *respice in me*, quod est in medio versus, additum est a septuaginta Interpretibus et in ipso hebraico textu non habentur verba, nisi quae Dominus protulit. Illud unum est discriminis, quod verba Psalmi sint omnia hebraica, verba a Christo prolata sunt ex parte Syrica, quali tunc lingua utebantur passim Hebraei. Nam et verba illa *Talitha cumi*, puella surge, et *Ephphatha*, adaperire,⁵¹⁸ et si qua sunt alia in Evangeliiis, Syriaca sunt, non Hebraica. Queritur⁵¹⁹ ergo Dominus se a Deo derelictum, et queritur clamans voce magna. Utrumque breviter explicandum est. Derelictio Christi a Patre quinque modis intellegi potest, quorum unus tantum est verus. Siquidem quinque erant in Filio Dei conjunctiones, una naturalis et aeterna personae Patris cum persona Filii in essentia, altera nova naturae divinae cum natura humana in persona Filii, sive, quod in idem recidit,⁵²⁰ personae divinae Filii cum natura humana. Tertia fuit unio gratiae et voluntatis; fuit enim Christus

otroci a nevolníci proti Králi lidí i andělů a s neuvěřitelnou opovážlivostí ho přibili na kříž. Proto se zhrozil celý svět a samotné Slunce, odvrátivši se od tak [neslýchaného] zločinu, stáhlo své paprsky a pokrylo celé ovzduší hrůznými temnotami.

Pojďme nyní k Pánovým slovům: „Bože můj, Bože můj, proč jsi mě opustil.“ Slova jsou vzata ze začátku dvacátého žalmu: „Bože, Bože můj, pohlédni na mne, proč jsi mne opustil?“ Ono „pohlédni na mne“ uprostřed verše je však dodáno sedmdesáti překladateli a v samotném hebrejském textu se nacházejí pouze ta slova, která Pán pronesl. Rozdíl je jen v tom, že slova žalmu jsou všechna hebrejská, slova pronesená Kristem jsou z části v syrštině [tj. aramejštině], což byl jazyk, který tehdy Židé všeobecně používali. Neboť i ona slova „*talitha kum – děvče, vstaň*“ a „*effatha – otevři se*“, a jsou-li jaká jiná v evangeliích, jsou syrská, ne hebrejská. Pán tedy nařiká, že je opuštěn Bohem, a nařiká volaje mocným hlasem. Obojí bude vhodné krátce vyložit. Opuštění Krista Otcem může být chápáno pěti způsoby, z nichž pouze jediný je správný. V Božím Synu bylo totiž pět [různých] spojení: Jedno přirozené a věčné [spojení] osoby Otce s osobou Syna v podstatě. Druhé nové [spojení] Božské přirozenosti s přirozeností lidskou v osobě Syna, což je totéž jako [spojení] Božské osoby Syna s lidskou přirozeností. Třetí bylo spojení milosti a vůle.

⁵¹⁸ Adaperio, eris, erui, ertum, erire (ad et aperio).

⁵¹⁹ Queror, queris, questus sum, queri – est querelam habere, expostulare, lamentari, conqueri; voce aut verbis dolorem significare.

⁵²⁰ Recido, cidis, cidi, casum, cedere (re et cado).

homo *plenus gratiae et veritatis* (Io 1,14), et Quae placita erant Deo, faciebat semper, ut ipse testatur apud Joannem (Io 8,29). Et de ipso Pater non semel dixit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui* (Mt 3,17; 17,5; Mc 1,11; Lc 3,22; 2 Ptr 1,17). Quarta fuit unio gloriae; vidit enim anima Christi Deum ab ipsa conceptione. Quinta fuit unio protectionis, de qua loquitur ipse, cum ait: *Qui me misit, mecum est, et non reliquit me solum* (Io 8,29). Prima unio est omnino inseparabilis et perpetua, quia est unio in essentia divina, de qua dicit ipse: *Ego et Pater unum sumus* (Io 10,30), et ideo non dixit Christus, Pater meus, ut quid dereliquisti me? Sed *Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Pater enim non dicitur Deus Filii, nisi post incarnationem et ratione incarnationis. Altera quoque unio numquam dissoluta est, neque dissolvi potest; quod enim semel assumpsit, numquam dimisit, nam Apostolus dicit: *Proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum* (Rom 8,32). Et Apostolus Petrus: *Christus passus est pro nobis* (1 Ptr 2,21). Et: *Christo in carne passo* (1 Ptr 4,1). Quae omnia demonstrant non esse purum hominem, sed verum Dei Filium et Dominum Christum, qui crucifixus est. Tertia unio pariter semper manet et manebit: *Mortuus est enim justus pro injustis*, ut loquitur S. Petrus (1 Ptr 3,18): Et nihil omnino

Kristus byl totiž člověk „*plný milosti a pravdy*“⁵²² a vždycky konal to, co se líbilo Bohu, jak sám svědčí u Jana.⁵²³ A Otec o něm nejednou řekl: „*Toto je můj milovaný Syn, v němž mám zalíbení.*“⁵²⁴ Čtvrté bylo spojení slávy. Duše Kristova totiž od [okamžiku svého] početí viděla Boha. Páté bylo spojení ochrany, o němž sám mluví, když říká: „*Ten, který mě poslal, je se mnou a nenechal mne samotného.*“⁵²⁵ První spojení je naprosto nerozdělitelné a trvalé, protože je to spojení v Božské podstatě, o němž sám říká: „*Já a Otec jsme jedno.*“⁵²⁶ A proto [také] Kristus neřekl: „*Otče můj, proč jsi mě opustil?*“, ale „*Bože můj, proč jsi mě opustil?*“ Otec se totiž nazývá Bohem Syna jediné po [Synově] vtělení a z důvodu [tohoto] vtělení. Ani druhé spojení nebylo nikdy přerušeno a ani přerušeno být nemůže, protože to, co jednou přijal, nikdy nezanechal. Vždyť apoštol říká: „*Ani svého vlastního Syna neušetril, ale vydal ho za nás za všechny.*“⁵²⁷ A apoštol Petr: „*Kristus trpěl za nás.*“⁵²⁸ A: „*když Kristus trpěl v těle.*“⁵²⁹ Všechna tato [slova] ukazují, že Kristus, jenž byl ukřižován, nebyl pouhým člověkem, ale pravým Božím Synem a Pánem. Rovněž třetí spojení vždycky trvá a bude trvat: „*zemřel totiž spravedlivý za nespravedlivé,*“ jak říká sv. Petr.⁵³⁰ Kristova smrt by nám totiž nijak neprosperla, kdyby spojení milosti bylo

⁵²² J 1,14.

⁵²³ J 8,29.

⁵²⁴ Mt 3,17; 17,5; Mk 1,11; Lk 3,22; 2Petr 1,17.

⁵²⁵ J 8,29.

⁵²⁶ J 10,30.

⁵²⁷ Ř 8,32.

⁵²⁸ 1Petr 2,21.

⁵²⁹ 1Petr 4,1.

⁵³⁰ 1Petr 3,18.

profuisset nobis Christi mors, si unio gratiae dissoluta fuisset. Quarta unio disrumpi non potuerat, quia beatitudo animae dimitti non potest, cum omnium bonorum aggregatio-⁵²¹ nem complectatur. Erat autem Christi anima secundum partem superiorem vere beata. Vide sanctum Thomam 3 p. q. 46 a. 48. Restat igitur sola unio protectionis, quae ad breve tempus disrupta fuit, ut locum haberet oblatio sacrificii cruenti⁵³² pro redemptione generis humani. Poterat quidem Deus Pater multis modis protegere Christum et impedire passionem ejus. Sic enim in oratione, quam habuit in horto Christus, dixit: *Pater, omnia tibiabilia sunt, transfer calicem hunc a me, sed non quod ego volo, sed quod tu* (Mc 14,36). Et ad Petrum: *An putas, inquit, quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum?* (Mt 26,53) Poterat quoque ipse Christus, ut Deus, protegere carnem suam, ne pateretur; ideo enim dicit: *Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam* (Io 10,18), quod multo ante Isaias praedixit, cum ait: *Oblatus est, quia ipse voluit* (Is 53,7). Potuit denique anima Christi beata transmitti ad corpus donum impassibilitatis et incorruptionis, sed placuit Patri, placuit Verbo, placuit Spiritui sancto ad exsequendum⁵³³ commune decretum permittere,

bývalo [v Kristu] rozvázáno. Čtvrté spojení nemohlo být zrušeno, protože blaženost duše nemůže být opuštěna, neboť obsahuje souhrn všech dober. Kristova duše totiž byla ve své vyšší části skutečně blaženou. Viz sv. Tomáše.⁵³¹

Zůstává tedy jedině spojení ochrany, které na krátký čas bylo přerušeno, aby se dalo místo pro přinesení krvavé oběti za vykoupení lidského pokolení. Bůh Otec zajisté mohl mnoha způsoby ochránit Krista a zabránit jeho umučení. Tak to totiž řekl Kristus v modlitbě, kterou se modlil v Getsemanské zahradě: „*Otče, tobě je všechno možné, odejmi ode mne tento kalich, ale ne, co já chci, ale co ty.*“⁵³⁶ A Petrovi říká: „*Anebo myslíš, že nemohu poprosit Otce, a poskytne mi více než dvanáct legií andělů?*“⁵³⁷ Také sám Kristus, jakožto Bůh, mohl ochránit své tělo, aby netrpělo. Proto také říká: „*Nikdo mi můj život nebere, ale já ho dávám.*“⁵³⁸ To mnohem dříve předpověděl Izajáš, když říká: „*Byl obětován, protože sám chtěl.*“⁵³⁹ Nakonec mohla i blažená Kristova duše přenést na [své] tělo dar beztrpnosti a neporušitelnosti. Avšak líbilo se Otci, líbilo se Slovu, líbilo se Duchu svatému za účelem naplnění společného rozhodnutí dopustit, aby v Kristu načas

⁵²¹ Aggregatio vel adgregatio, onis, f. (aggrego) – aggrego vel adgrego, as, avi, atum, are (ad et gregare) – Abgregare est ab grege ducere, adgregare ad gregem ducere etc. *h. e.* gregi addere, gregi adjungere ducendo. Sed occurrit tantum translate de hominibus, praesertim *aggregare se* vel mediocum verborum significatione *aggregari*, et est adjungere, socium, comitem etc.

⁵³¹ Sv. Tomáš Akvinský, *Summa Teologica*, III, q 46, a.; q 48.

⁵³² Cruentus, a, um – est cruore tinctus, sanguine aspersus, vel madens; vel qui cum sanguinis effusione fit.

⁵³³ Exsequor vel exequor, sequeris, secutus vel sequutus sum, sequi (ex et sequor) – est idem quod sequi, vel usque ad finem sequi, subsequi.

⁵³⁶ Mk 14,36.

⁵³⁷ Mt 26,53.

⁵³⁸ J 10,18.

⁵³⁹ Iz 53,7.

ut vis humana in Christum ad tempus praevale-
leret. Haec enim fuit illa hora, de qua Dominus
dixit ad eos, qui venerant ad eum capiendum:
Haec est hora vestra et potestas tenebrarum (Lc
22,53). Sic igitur Deus Filium dereliquit,
quando permisit, ut humana caro Filii sui abs-
que ulla consolatione dolores acerbissimos pa-
teretur. Porro clamans voce magna Christus
hanc derelictionem manifestavit, ut omnes in-
tellegerent magnitudinem pretii redemptionis;
nam usque ad illam horam tam incredibili pa-
tientia et tanta aequitate animi tulerat omnia,
ut credi posset sensu carere. Non questus est de
Judaeis, qui eum accusaverant; non de Pilato,
qui sententiam mortis in eum tulerat; non de
satellitibus, qui eum cruci affixerant; non inge-
muit, non clamavit, non ullo signo dolorem
manifestavit. Ut igitur, cum esset jam morti vi-
cinus, intellegeret genus humanus, ac praeci-
pue ut nos, servi ejus, non essemus ingrati tan-
tae gratiae et pretium redemptionis magnifica-
remus, voluit, ut dolor passionis ejus publice
innotesceret.⁵³⁴ Quare verba illa: *Deus meus, ut
quid dereliquisti me?* non sunt verba accusan-
tis vel indignantis vel conquerentis,⁵³⁵ sed, ut
dixi, magnitudinem passionis jure optimo et
opportunitissimo tempore declarantis.

převažovala síla lidství. Byla to totiž ona ho-
dina, o níž Pán řekl těm, kteří přišli, aby ho
zajali: „*Toto je vaše hodina a moc temnoty.*“⁵⁴⁰
Tak tedy Bůh Syna opustil, když dopustil,
aby lidské tělo jeho Syna bez jakékoliv útěchy
trpělo [ty] nejprudší bolesti. Dále, Kristus
toto opuštění dal najevo volajíc silným hla-
sem, aby všichni porozuměli velikosti ceny
vykoupení. Až do této hodiny totiž snášel
všechno s tak neuvěřitelnou trpělivostí a s ta-
kovou vyrovnaností ducha, že by se mohlo
zdát, jako by [v těle] neměl cit. Nenaříkal na
Židy, kteří ho obžalovali; ani na Piláta, který
nad ním vynesl rozsudek smrti; ani na vojen-
ské sluhy, kteří ho přibili na kříž. Nezalkal,
nekřičel a žádným znakem nedal najevo bo-
lest. Aby tedy, když už se blížil smrti, lidské
pokolení pochopilo, a především, abychom
my, jeho služebníci, nebyli nevděční za tako-
vou milost a abychom velebili cenu vykou-
pení, chtěl, aby se bolest [jeho] umučení stala
zjevnou. Z toho důvodu tato slova: „*Bože
můj, Bože můj, proč jsi mě opustil?*“ nejsou
slova obviňujícího nebo rozhořčeného nebo
stěžujícího si, ale, jak jsem řekl, [slova člo-
věka] plným právem prohlašujícího velikost
[svého] utrpení, a to v čase nejvhodnějším.

⁵³⁴ Innotesco est notus fio

⁵³⁵ Conqueror est idem quod queror, aut valde queror, doleo, deploro.

⁵⁴⁰ Lk 22,53.

CAPUT II

De primo fructu verbi quarti, hoc est de amore calicis poenitentiae et laborum.

Exposuimus breviter ea, quae ad verbum quartum secundum historiam pertinebant. Nunc ut fructus aliquos ex arbore Crucis decerpamus, prima se offert illa consideratio, quod Christus exhaurire voluerit calicem passionis plane totum usque ad ultimam guttam. Mansurus erat in Cruce tribus horis, a sexta usque ad nonam. Mansit tribus horis integris plenis et superplenis, nam ante horam sextam Cruci affixus fuit et post nonam emisit spiritum. Id vero hac ratione persuaderi potest; nam deliquium solis coepit hora sexta, ut tres Evangelistae docent, Matthaeus, Marcus et Lucas, et disertis verbis Marcus ait: *Et facta hora sexta, tenebrae sunt per totam terram usque in horam nonam.* (Mc 15,33). Verba autem Domini tria dicta sunt in Cruce ante initium tenebrarum et antequam facta esset hora sexta; et quatuor verba postrema dicta sunt post tenebras ac per hoc post horam nonam. Sed praeterea sanctus Marcus clarius rem totam explicat, cum dicit: *Erat autem hora tertia, et crucifixerunt eum.* (Mc 15,25) Et postea subiungit: *Et facta hora sexta, tenebrae factae sunt.* Cum autem dicit, hora tertia Dominum fuisse crucifixum, significat horam tertiam nondum fuisse completam, quando crucifixus est Dominus; ac per hoc horam sextam nondum fuisse inchoatam: numerat enim sanctus

KAPITOLA 2.

První ovoce čtvrtého slova – láska ke kalichu pokání a námah.

Vyložili jsme krátce to, co se týkalo čtvrtého slova co do událostí. Nyní, abychom ze stromu kříže sklídili nějaké plody, nabízí se jako první rozvažování [o tom], že Kristus chtěl kalich utrpení vypít úplně celý až po poslední kapku. Byl odhodlán setrvat na kříži po tři hodiny, od šesté [hodiny dne] až do deváté. Setrval [zde] tři hodiny celé a úplné, [ba] více než úplné, neboť byl na kříž přibyt před šestou hodinou a [až] po deváté odevzdal ducha. A o tom se můžeme přesvědčit z toho, že zatmění slunce začalo o šesté hodině, jak [nás o tom] poučují tři evangelisté Matouš, Marek a Lukáš. Marek [však] výslovně říká: „*A když nastala šestá hodina, setmělo se po celé zemi až do deváté hodiny.*“⁵⁴⁵ Tři Pánova slova na kříži byla tedy řečena před začátkem temnot a před tím, než nastala šestá hodina, a čtyři ostatní slova byla řečena po setmění, a tedy po deváté hodině. Kromě toho ale věc jasněji vykládá sv. Marek, když říká: „*Byla však třetí hodina, a ukřižovali ho.*“⁵⁴⁶ A potom dodává: „*A když nastala šestá hodina, setmělo se.*“ Když však říká, že Pán byl ukřižován o třetí hodině [dne], udává tím, že v čase, kdy byl Pán ukřižován, třetí hodina ještě zcela neuplynula, a proto šestá ještě nezačala.⁵⁴⁷ Sv. Marek totiž počítá [pouze] základní hodiny, mezi něž se obvykle

⁵⁴⁵ Mk 15,33.

⁵⁴⁶ Mk 15,25.

⁵⁴⁷ Podle toho byl tedy Pán Ježíš přibit na kříž někdy před polednem.

Marcus horas principales, quae tres horas ordinarias continere solent. Ad quem modum Pater familias vocavit operarios ad vineam, hora prima, tertia, sexta, nona, undecima (Mt 20,3.5.6); et nos horas canonicas numeramus Primam, Tertiam, Sextam, Nonam et Vesperas, quae est undecima. Igitur apud sanctum Marcum hora tertia crucifixus fuisse dicitur Dominus, quia nondum venerat hora sexta. Itaque calicem passionis bibere voluit Dominus in mensura plena et superfluenti, ut nos doceret amare calicem amarum paenitentiae et laborum, non amare calicem consolationum et deliciarum saecularium. Nos ex lege carnis et mundi optamus exiguas paenitentias et magnas indulgentias, parum laboris et multum consolationis, brevem orationem et longam confabulationem. Sed vere nescimus, quid petamus; nam ut Apostolus admonet Corinthios: *Unusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem* (1 Cor 3,8). Et: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit.* (2 Tim 2,5) Certe felicitas sempiterna digna fuisset sempiterno labore; sed quia, si labor sempiternus necessarius esset, ad felicitatem sempiternam numquam perveniremus, ideo pius Dominus contentus fuit,⁵⁴¹ ut in hac solum vita, quae fugit velut umbra, pro viribus in operibus bonis et in obsequio ipsius Domini laboremus; proinde sine corde sunt, sine mente, sine consilio non tam pueri quam

řadí tři úřední hodiny. Tímto způsobem [také] hospodář zavolal na vinici dělníky v hodinu první, třetí, šestou, devátou a jedenáctou.⁵⁴⁸ A [také] my počítáme stanovené [modlitební] hodiny: Primu, Tercii, Sextu, Nónu a Nešpory, které jsou v jedenáctou hodinu [dne]. Proto tedy se u sv. Marka říká, že byl Pán ukřižován o třetí hodině [dne], protože ještě nenastala hodina šestá. A Pán chtěl tedy pít kalich utrpení v míře plné a přetékající, aby nás učil milovat hořký kalich pokání a námahy a nemilovat kalich útěchy a světských požitků. My si [však] ze zákona těla a světa žádáme malinké pokání a veliké odpuštění, málo námahy a mnoho útěchy, krátkou modlitbu a dlouhé klábosení. Vpravdě však nevíme, co si žádáme, neboť jak napomíná apoštol Korintány: „*Každému se dostane odměny podle jeho práce.*“⁵⁴⁹ A: „*Věnc dostane jen ten, kdo zápasil podle pravidel.*“⁵⁵⁰ Věčné štěstí by jistě bylo hodno ustavičné námahy. Protože však kdyby ustavičná námaha byla nutná, nikdy bychom k věčnému štěstí nedošli, proto se dobrotivý Pán spokojil s tím, abychom se podle svých sil namáhali v dobrých skutcích a poslušnosti samotnému Pánu pouze v tomto životě, který se ztrácí jako stín. A proto jsou tedy bez srdce, bez rozumu, bez úsudku a ani ne jako chlapci, nýbrž spíš jako nemluvnata, ti, kdo tento krátký život tráví zahálkou nebo – což je daleko

⁵⁴¹ Contineo, tines, tinui, tentum, tinere (cum et teneo) – active contineo est simul teneo; ... Cum Infinito occurrit apud Poetas et argentei ac sequioris aevi Scriptores. *Curt.* 8. 11. Barbari hostem depulisse contenti, non institere cedentibus. *Vellej.* 2. 49. *ad fin.* Contentus titulum retinere provinciae.

⁵⁴⁸ Mt 20,3.5.6.

⁵⁴⁹ 1Kor 3,8.

⁵⁵⁰ 2Tim 2,5.

infantes, qui brevem hanc vitam otiando⁵⁴² vel, quod est multo deterius, graviter peccando atque Deum ad iram provocando, consumunt. Nam, si *oportuit Christum pati, et ita intrare in gloriam suam* (Lc 24,26): quo pacto nos ludendo et tempus in oblectanda⁵⁴³ carne amittendo intrabimus in gloriam alienam? Si Evangelium valde esset obscurum et non posset sine magno labore intellegi, excusationem forsitan aliquam haberemus; at Evangelium ab illo, qui edidit, exemplo vitae propriae clarissime declaratum est, ut caecis etiam patere queat. Neque solum ab ipso Christo explicatum illud habemus, sed tot commentaria, quae ad sensum patent, clarissima exstant, quot sunt Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, Sancti denique, quorum per singulos dies praeconia⁵⁴⁴ et triumphos celebramus. Omnes enim isti clamant, non per multas oblectationes, sed per multas tribulationes oportere nos intrare in regnum Dei (Act 14,21).

CAPUT III

De secundo fructu verbi quarti, qui est: pro amore Christi carere solatione humana

Alter fructus isque pretiosus colligi potest ex consideratione silentii Christi in tribus illis horis, quae fluxerunt ab hora sexta usque ad nonam. Quid enim, quaeso te, anima mea, fecit Dominus tuus in illis tribus horis? horror et tenebrae mundum involverant universum, et

horší – těžkými hříchy a drážděním Boha k hněvu. Vždyť jestliže „bylo třeba, aby Kristus trpěl, a tak vešel do své slávy“,⁵⁵¹ jakým činem my vejdemo do slávy cizí hrajíce si a ztrácejíce čas v hovění tělu? Jestliže by evangelium bylo velice zahaleno a nebylo by možno mu bez veliké námahy porozumět, měli bychom snad nějakou omluvu. Avšak evangelium je nad slunce jasněji osvětleno Tím, kdo [sám] dal příklad vlastního života a může tak být přístupno i slepým. A nemáme ho vysvětleno jen samotným Kristem, ale existují toliké jasné komentáře, jejichž smysl je zjevný, kolik je apoštolů, mučedníků, vyznavačů, panen a vůbec [všech] svatých, jejichž chvály a vítězné zápasy denně slavíme. Všichni tito totiž volají, že ne skrze mnohé příjmenosti, ale „skrze mnohá utrpení máme vstoupit do Božího království.“⁵⁵²

KAPITOLA 3.

Druhé ovoce čtvrtého slova – pro lásku Kristovu být zbaven lidské útěchy.

Druhé ovoce, a to drahocenné, může být získáno rozvažováním o Kristově mlčení v čase oněch třech hodin, které uplynuly od šesté hodiny do deváté. — „Co tedy, prosím tě, má duše, vykonal tvůj Pán v oněch třech hodinách? Celý svět zahalovala hrůza a temnota a

⁵⁴² Otior vel ocior, aris, atus sum, ari – est in otio esse, cessare, vacare, otio frui.

⁵⁴³ Oblecto, as, avi, atum, are (ob et lacto) est delectare, recreare.

⁵⁴⁴ Praeconium, ii, n. – est officium, munus et vox praeconis.

⁵⁵¹ Lk 24,26.

⁵⁵² Sk 14,21.

Dominus tuus non in lecto molli quiescebat, sed in Cruce nudus, doloribus plenus, sine ullo consolatore pendebat. Tu, Domine, qui solus hoc nosti, doce servulos tuos, ut intellegant, quantum tibi debeant, et saltem piis lacrimis compatiantur tibi et discant in hoc exsilio pro amore tuo aliquando, si tibi placitum fuerit, omni consolatione carere. Ego, fili, numquam in toto vitae meae mortalis decursu, qui nihil fuit nisi labor et dolor, majores angustias expertus sum, quam in illo trium horarum decursu; neque umquam libentius dolores pertuli, quam in illo eodem spatio temporis. Tunc enim ex lassitudine⁵⁵³ corporis semper magis ac magis vulnera dilatabantur.⁵⁵⁴ Tunc ex ipsa solis absentia frigus⁵⁵⁵ aeris auctum corpori meo ab omni parte nudo dolorem⁵⁵⁶ augebat.⁵⁵⁷ Tunc illae tenebrae, quae conspectum caeli et terrae et rerum ceterarum auferebant, cgebant quodammodo animam, ut sola corporis sui tormenta cogitaret: ita ex hac parte tres illae horae tres mihi anni esse videbantur. Sed quoniam desiderium, quo pectus⁵⁵⁸ meum ardebat honoris Paterni et oboedientiae ejus adimplendae et salutis animarum vestrarum procurandae, tale⁵⁵⁹ erat, ut, quo magis dolor corporis augebatur, eo magis ignis⁵⁶⁰ ille desiderii mitigaretur,⁵⁶¹ videbantur mihi tres horae illae tria parva momenta temporis prae amoris patiendi

tvůj Pán neodpočíval na měkkém lůžku, nýbrž nahý visel na kříži, plný bolestí a bez jakéhokoliv utěšitele.“ — „Ty, Pane, jenž sám to víš, nauč své maličké služebníky, aby pochopili, jak mnoho ti dluží, a alespoň zbožnými slzami měli účast na Tvém utrpení a pro Tvou lásku se učili v tomto vyhnanství, jestliže se Tobě zlíbí, být [také] někdy zbaveni každé útěchy.“ — „Já, synu, jsem nikdy během celého svého smrtelného života, jenž nebyl ničím jiným než námahou a žalem, nezakusil větší úzkosti než během těchto třech hodin. A nikdy jsem také bolesti nesnášel raději než právě v tomto časovém úseku. Jednak totiž se [mé] rány v důsledku únavy těla stále více a více rozšiřovaly. Potom vzduch, více ochlazený v důsledku zatmění slunce, zvětšoval bolest mého obnaženého těla. A také ony temnoty, které znemožňovaly pohled na nebe, na zemi i na ostatní věci, jaksi pobádaly duši, aby myslela jen na muka svého těla. Tak z této strany se mi tyto tři hodiny zdály být [jako] roky. Protože ale touha po Otcově cti, po úplné poslušnosti jemu a po zajištění spásy vašich duší, kterou planula má hrud', byla tak veliká, že čím více se bolest těla zvětšovala, tím více byl oheň oné touhy uhašen, proto se mi ty tři hodiny zdály [jako] tři malé chvílky, [a to] pro velikost [mé] lásky

⁵⁵³ Lassitudo, inis, f. (lassus) molestia, quam ex labore suscipimus.

⁵⁵⁴ Dilato, as, avi, atum, are (dis *et* lato) – latum facio.

⁵⁵⁵ Frigus, oris, n.

⁵⁵⁶ Dolor, oris, m.

⁵⁵⁷ Augeo, auges, auxi, auctum, augere – stricto sensu est alicui rei naturale incrementum ac prosperitatem praeberere et acquirere. - ergo cum dat.: ...absentia solis frigus aeris auxerat, qua de causa etiam dolor corporis mei (aut corpori meo) auctum est...

⁵⁵⁸ Pectus, oris, n.

⁵⁵⁹ ...tale desiderium...

⁵⁶⁰ Ignis, is, n. – ...ille ignis mitigaretur...

⁵⁶¹ Mitigo, as, avi, atum, are (mitis *et* ago) – est mitem, h. e. mollem ac tenerum reddere, mollire.

magnitudine.⁵⁶² O piissime Domine, si res ita se habent, valde ingrati sumus, quibus grave est unam horam in istis tuis doloribus cogitandis insumere,⁵⁶³ cum tibi grave non fuerit, tribus horis integris cum tenebrarum horrore in frigore et nuditate, in ardentissima siti, in cruciatibus acerbissimis pro salute nostra procuranda in Cruce pendere. Sed quaeso te, amor hominum, responde mihi, utrum dolorum vehementia facere potuerit, ut in illo tam longo trium horarum silentio cor tuum ab oratione cessaverit. Nos enim, cum in tribulatione versamur, praesertim si membra corporis acri dolore pungantur,⁵⁶⁴ non sine magno labore animum ad orandum applicare valemus. Non ita ego, fili, sed in carne infirma spiritum promptum ad orationem gerebam. Immo vero totas illas tres horas, in quibus nihil per linguam locutus sum, cordis ore ad Patrem pro vobis orando et clamando consumpsi. Neque solum orabam corde, sed etiam vulnere⁵⁶⁵ et sanguine. Quot erant in corpore meo vulnera, erant autem plurima, tot erant ora clamantia pro vobis ad Patrem; et quot erant sanguinis guttae, tot erant linguae petentes et postulantes misericordiam vobis ab eodem Patre meo et vestro. Nunc vero, Domine, plane confundis⁵⁶⁶ impatientiam servi tui, qui, si forte labore fatigatus vel dolore gravatus ad orandum accedat, vix potest mentem ad Deum attollere, ut pro se oret; vel si per gratiam tuam attollat,⁵⁶⁷

k utrpení.“ — „Ó nejdobrotivější Pane, jestliže se věci mají takto, jsme velice nevďeční, neboť nám je zatěžko strávit jednu hodinu uvažováním o těchto Tvých bolestech, zatímco Tobě nebylo zatěžko pro zajištění naší spásy viset na kříži celé tři hodiny i s hrůzou temnot a chladem a nahotou, v nejpálčivější žízni a v těch nejprudších mukách. Ale prosím Tě, milovníku lidí, odpověz mi, zda prudkost bolestí mohla způsobit, aby se Tvé srdce během toho dlouhého tříhodinového mlčení přestalo modlit? My totiž, když se nacházíme v soužení, především, když jsou údy [našeho] těla zmítány prudkou bolestí, dokážeme [svou] mysl obrátit k modlitbě jedině s velikým přemáháním.“ — „Ne tak já, synu, ale v mém slabém těle dlel duch pohotový k modlitbě. Ba dokonce, celé ty tři hodiny, v nichž jsem svým jazykem nic nepromluvil, jsem strávil modlitbou a voláním k Otci ústy [svého] srdce. A nemodlil jsem se jen srdcem, ale také ranami a krví. Kolik na mém těle bylo ran, a bylo jich mnoho, tolik bylo úst volajících za vás k Otci. A kolik bylo kapek krve, tolik [zde] bylo jazyků prosících a žádajících pro vás milosrdenství od téhož mého i vašeho Otce.“ — „Nyní skutečně, Pane, zcela zahanbuješ netrpělivost svého služebníka, jenž, pokud náhodou přistoupí k modlitbě znaven prací nebo obtěžkán bolestí, jen stěží může svou mysl pozdvihnout k Bohu, aby se

⁵⁶² ...magnitudo amoris patiendi.

⁵⁶³ Insumo, sumis, sumpsi, sumptum, sumere (in *et* sumo) – est consumere, impendere (in aliquam rem); Bohem. vynaložit, spotřebovat, věnovat co na co.

⁵⁶⁴ Pungo, pungis, pupugi, punctum, pungere – cuspide, vel aculeo ictum inferre – bodám, píchám, znepokojuji.

⁵⁶⁵ vulnus, eris, n. – est etiam calamitas, casus adversus, perniciēs, damnum; dolor animi, qui vulnus seu calamitatem sequitur.

⁵⁶⁶ Confundo, fundis, fundi, fusum, fundere (cum *et* fundo) – item de pudore, cujus causa quis haeret; Bohem. zahanbovat.

⁵⁶⁷ Attollo est erigo, sustollo, sursum fero.

non potest diu attentionem continuare, quin mentem ad laborem vel dolorem suum reflectat. Miserere igitur, Domine, servi tui secundum magnam misericordiam tuam, ut, tam magno proposito exemplo paenitentiae tuae, discat vestigia tua sequi et perexiguas molestias suas saltem in oratione contemnere.

CAPUT IV

De tertio fructu verbi quarti, hoc est quaerendo et inveniando quibus de causis Deus Christum reliquit.

Cum Dominus in Cruce clamans dixit: *Deus meus, ut quid dereliquisti me?* non ideo dixit, quod revera nesciret, cur eum Deus dereliquisset. Quid enim nesciret, qui omnia novit? sic enim Apostolus Petrus respondit Domino quaerenti: *Simon Joannis, amas me? Domine, inquit, tu omnia nosti, tum scis, quia amo te.* (Io 21,17) Et Apostolus Paulus, de Christo loquens, addit: *In quo sunt omnes thesauri sapientiae, et scientiae.* (Col 2,3) Non igitur quaesivit,⁵⁶⁸ ut disceret, sed ut nos ad quaerendum hortaretur, et ut quaerendo et inveniando multa nobis utilia vel etiam necessaria disceremus. Cur igitur Deus Filium suum in laboribus acerbissimis dereliquit? Quinque mihi occurrunt causae, quas in medium adducam, ut sapientioribus occasionem praebeam meliora et utiliora investigandi.

modlil sám za sebe. A když ji i skrze Tvou milost pozdvihne, nemůže pozornost dlouho udržovat, nýbrž zase mysl odvrací k své práci nebo bolesti. Smiluj se tedy, Pane, nad svým služebníkem podle svého velikého milosrdenství, aby se z tak velikého příkladu Tvé trpělivosti naučil následovat Tvé stopy a své maličké nepříjemnosti přezírat alespoň v modlitbě.“

KAPITOLA 4.

Třetí ovoce čtvrtého slova – příčiny, proč Bůh Krista opustil.

Když Pán volaje na kříži řekl: „*Bože můj, Bože můj, proč jsi mě opustil?*“, neřekl [to] proto, že by skutečně nevěděl, proč ho Bůh opustil. Co by totiž mohl nevědět ten, jenž zná vše? Tak totiž odpovídá apoštol Petr Pánovi, když se ho ptá: „*Šimone Janův, máš mě rád?* [a on] říká: „*ty víš všechno, ty víš, že tě mám rád?*“⁵⁶⁹ A apoštol Pavel mluví o Kristu říká: „*V něm jsou všechny poklady moudrosti a vědění.*“⁵⁷⁰ Neptal se tedy, aby se poučil, ale aby k tázání se povzbudil nás, a abychom se [my] tázáním a nalézáním [odpovědí] naučili mnohé užitečné nebo i nutné věci. Proč tedy Bůh svého Syna opustil v [těch] nejprudších útrapách? Napadá mě pět důvodů, které navrhuji, abych [tak] moudřejším [čtenářům] poskytl příležitost pátrat po [důvodech ještě] lepších a užitečnějších.

⁵⁶⁸ Quaero, ris, sivi et sii, situm, rere.

⁵⁶⁹ J 21,17.

⁵⁷⁰ Kol 2,3.

Prima igitur mihi esse videtur magnitudo et multitudo offensionum generis humani in Deum, quas Filius in suo corpore expiandas⁵⁷¹ suscepit. *Peccata nostra*, inquit sanctus Petrus, *ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut, peccatis mortui, justitiae vivamus: cujus livore sanati estis.* (1 Ptr 2,24) Porro magnitudo offensionis, quam Christus passione sua delendam suscepit, est quidem aliquo modo infinita, ratione personae infinitae, dignitatis et excellentiae, quae fuit offensa; sed etiam persona satisfaciens, quae est filius Dei, est etiam infinitae dignitatis et excellentiae, ac per hoc quaelibet poena, a Filio Dei sponte suscepta, etiamsi una tantum fuisset sanguinis gutta, satis esse potuisset ad satisfactionem. Atque hoc quidem verum est; sed ut copiosa esset redemptio, et quia non unica fuit offensio, sed prope innumerales; non enim solius Adae peccatum primum, sed omnia peccata omnium hominum super se accepit Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: ideo placuit Deo, ut poenas innumerales easque gravissimas Filius ejus portaret. Atque hoc in illa derelictione significatur, de qua Filius ad Patrem dicit: *Quare dereliquisti me?* Altera causa fuit magnitudo et multitudo poenarum gehennae, quam ut notam nobis faceret, voluit eam Filius Dei tam ingenti poenarum suarum imbre restinguere.⁵⁷² Quanta sint autem gehennae incendia, docet Isaias Propheta, cum ea docet esse plane intolerabilia, cum ait: *Quis poterit habitare de vobis cum*

Prvním [důvodem] se mi tedy zdá být velikost a množství urážek lidského pokolení vůči Bohu, které Syn přijal, aby je usmířil na svém [vlastním] těle. Sv. Petr říká: „*On na svém těle vynesl naše hříchy na dřevo kříže, abychom byli mrtvi hříchům a žili spravedlnosti; jeho ranami jste uzdraveni.*“⁵⁸⁹ A velikost urážky, kterou Kristus svým utrpením snal, aby ji zahladil, je jistě jakýmsi způsobem nekonečná, neboť nekonečná je i hodnota a vznešenost osoby, která byla uražena. Avšak také osoba toho, kdo zadostučňuje, která je Synem Božím, je [osobou] nekonečné hodnoty a vznešenosti, a z toho důvodu by jakýkoliv trest, dobrovolně přijatý Synem Božím, i kdyby to byla bývala pouhá jediná kapka krve, byl býval mohl stačit k zadostučnění [za nekonečnou urážku Boha]. A to je také skutečně pravda, avšak, aby vykoupení bylo přehojné, a protože urážka nebyla jen jedna, ale [šlo o urážky] téměř nespočetné – Beránek Boží, jenž snímá hříchy světa, totiž na sebe nevzal jenom samotný první hřích Adamův, ale všechny hříchy všech lidí – proto se Bohu líbilo, aby Syn Boží snášel tresty nesčetné a co nejtěžší. A to se [právě] vyjadřuje v této opuštěnosti, o níž Syn říká Otci: „*Proč jsi mě opustil?*“ Druhým důvodem byla velikost a množství pekelných trestů, které Syn Boží chtěl zahasit tak ne-smírným deštěm svých muk, aby nám [tak jejich velikost a množství] dokázal. Kolikere

⁵⁷¹ Expio, as, avi, atum, are (ex et pio, as) – est verbum sacrorum, et significat rem pollutam scelere aut vitio aliquo purgare, lustrare, mundam ac puram diisque gratam reddere.

⁵⁷² Restinguo est idem atque exstinguo.

⁵⁸⁹ 1Petr 2,24-25.

igne devoranti? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? (Is 33,14) Gratias igitur ex toto corde agamus Deo, qui derelinquere voluit Filium suum unigenitum in doloribus maximis ad tempus, ut nos liberaret ab ardoribus⁵⁷³ sempiternis. Gratias quoque Agno Dei ex intimo corde reddamus, qui derelinqui maluit a Deo gladio jugulanti,⁵⁷⁴ quam ut relinqueret ille nos sub dentibus bestiae infernalis, quae semper rodit⁵⁷⁵ et numquam rodendo satiatur. Tertia causa est magnitudo pretii gratiae, quae est illa margarita pretiosa (Mt 13,45–46), quam mercator sapientissimus Christus, venditis⁵⁷⁶ omnibus, quae habebat, emit nobisque restituit. Gratia Dei, quae nobis in Adamo data fuerat, et quam Adamo peccante⁵⁷⁷ perdidimus, tam pretiosa margarita erat, ut et mirifice nos ornaret et Deo gratissimos redderet et pignus esse felicitatis aeternae. Hanc margaritam, quae summa erat divitiarumstrarum, serpentis astutia⁵⁷⁸ nobis ademptam, nemo erat, qui recuperare⁵⁷⁹ posset, nisi Filius Dei, qui sapientia sua vincit malitiam diaboli, sed cum gravissimo incommodo⁵⁸⁰ suo, exponens ipse se laboribus et doloribus plurimis; vicit pietas Filii, qui se itineri laboriosissimo ac molestissimae peregrinationi⁵⁸¹ commisit, ut

jsou však požáry pekla, to učí prorok Izajáš, když říká, že jsou zcela nesnesitelné: „*Kdo z vás bude moci přebývat u šířajícího ohně? Kdo z vás bude bydlet s věčným žářem?*“⁵⁹⁰ Vzdávejme tedy z celého srdce díky Bohu, který chtěl svého jednorozeného Syna na čas opustit v [těch] největších bolestech, aby nás vysvobodil od věčného žáru. A z hloubi srdce vzdejme díky i Božímu Beránkovi, jenž raději chtěl být opuštěn Bohem v smrtelných mukách, než aby opustil on nás [a ponechal nás napospas] zubům pekelné šelmy, která svými zuby všechno drtí, ale nikdy se [svým] hryzáním nenasytí. Třetím důvodem je velikost ceny milosti, která je onou drahocennou perlou,⁵⁹¹ kterou nejmoudřejší kupec, Kristus, poté co prodal všechno, co měl, koupil a nám [ji] navrátil. Milost Boží, která nám kdysi byla dána v Adamovi, a kterou jsme Adamovým hříchem ztratili, byla natolik drahocennou perlou, že nás jednak obdivuhodně zdobila a činila nejmilejšími Bohu a také byla závdavkem věčného štěstí. Tuto perlu, která byla veškerým naším bohatstvím, odejmutou nám lstí hada, nemohl nazpět dobýt nikdo jiný, jedině [samotný] Syn Boží, který svou moudrostí přemohl ďáblovu zlobu, avšak za

⁵⁷³ Ardor, oris, m. (ardeo) vehemens calor et incendium.

⁵⁷⁴ Jugulare est jugulum praecidere, incidere, et generatim obtruncare, trucidare, interficere (iugulum, i, n. – klíční kosti, dutina nad jejich spojením; hrdlo, chrťán).

⁵⁷⁵ Rodo, rodis, rosi, rosum, rodere – terere dentibus (unde et *rudus*) – rodo est idem ac dentibus quippiam erado.

⁵⁷⁶ Vendo, vendis, vendidi, venditum, vendere – est venditionem facio, rem alteri, pretio accepto, trado, alieno, mancipio, sive auctione sive locatione sive alio quocumque modo.

⁵⁷⁷ Pecco, as, avi, atum, are.

⁵⁷⁸ Astutia, ae, f. – calliditas et solertia, qua rem nostram provide prudenterque agimus, ideoque esse potest aut urbana, qua nocemus nemini, aut perverso ingenio in inveniendis dolis et fallaciis; Bohem. chytrost, lstivost.

⁵⁷⁹ Recuperare est rem amissam recipere, rursus acquirere, jacturam reparare.

⁵⁸⁰ Incommodus est non commodus, atque adeo damnum, molestiam afferens, adversus, inutilis, alienus, intempestivus.

⁵⁸¹ Peregrinatio, onis, f.

⁵⁹⁰ Iz 33,14.

⁵⁹¹ Mt 13,45–46.

margaritam illam nobis recuperaret. Quarta causa fuit magnitudo⁵⁸² eminentissima regni caelorum, ad quod nobis aditum immensis laboribus et doloribus suis aperuit Filius Dei, de quo Ecclesia gratissimo animo canit: *Tu, devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna coelorum.* (In Hymno Ambrosiano.⁵⁸³) Atque ut mortis aculeum vinceret, opus illi fuit durissimo proelio cum morte luctari:⁵⁸⁴ in quo proelio Pater eum dereliquit, ut gloriosius triumpharet. Quinta causa fuit amor ingens, quo Patrem Filius prosequabatur. Optabat enim, ut in redemptione mundi et abolitione peccati honori Patris aeterni copiosissime et cumulatissime satisfaceret. Id vero fieri non poterat, nisi Pater Filium derelinqueret, item pati sineret tormenta omnia, quae a diabolo excogitari et ab homine tolerari queunt. Si quis igitur quaerat, ut quid Deus Filium in Cruce extrema quaeque⁵⁸⁵ patientem dereliquit, responderi poterit, ut appareat magnitudo peccati, magnitudo gehennae, magnitudo gratiae divinae, magnitudo vitae aeternae et magnitudo caritatis Filii Dei erga Patrem suum. Ex quibus causis alia quoque solvitur quaestio, cur videlicet multis Martyribus Deus sic admiscuerit calicem passionis cum ingenti copia spiritualium consolationum (Vide Ruffinum historia Eccles. c. 36.), ut Martyres illi maluerint calicem passionis cum admistione⁵⁸⁶ illarum consolationum, quam sine illis

snášení toho nejtěžšího utrpení, sám se vystavujíc mnohým námahám a bolestem. Zvítězila [tedy] dobrotivost Syna, jenž se dal na tu nejobtížnější cestu a nejnamáhavější pouť, aby nám tuto perlu dobyl zpět. Čtvrtým důvodem byla [nadevše] vynikající velikost nebeského království, do něhož nám svými nesmírnými útrapami a bolestmi otevřel přístup Syn Boží, o němž Církev s nejvděčnějším nadšením píše: „Ty jsi přemohl osten smrti a věřícím jsi otevřel nebeské království.“⁵⁹² A aby osten smrti přemohl, musel se smrtí zápasit v tom nejtvrdějším souboji, a v tomto souboji ho Otec opustil, aby [pak] ještě slavněji oslavoval [své] vítězství. Pátým důvodem byla nekonečná láska, kterou Syn Otce následoval. Zvolil si totiž, aby při vykoupení světa a zahlázení hříchu co nejplněji a nejvrchovatěji zadostiučinil cti věčného Otce. A k tomu skutečně nemohlo dojít jinak, než opuštěním Syna Otcem a tím, že ho [Otec] nechal trpět všechna mučení, která mohou být ďáblem vymyšlena a člověkem vytrpěna. Jestliže se tedy někdo bude ptát, proč Otec opustil Syna, když [Syn] na kříži trpěl ta nejtěžší muka, může se odpovědět: [Proto], aby se ukázala velikost hříchu, velikost pekla, velikost Boží milosti, velikost věčného života a velikost lásky Syna Božího k svému Oci. A těmito důvody se rozřešuje také jiná otázka, totiž, proč Bůh mnohým

⁵⁸² Magnitudo, inis, f.

⁵⁸³ Hymnus Ambrosianus, *Te Deum, laudamus.*

⁵⁸⁴ Luctari est lucta contendere, quod fit, quum duo invicem complexi, alter alterum in terram dejicere conantur; vide supra “Colluctor”.

⁵⁸⁵ Quisquis, quaeque, quodquod – quisquis est omnis qui, quicumque; et dicitur tum de personis, tum de rebus.

⁵⁸⁶ Admixtio vel admistio, onis. f. (admisceo) mixtio unius rei cum alia.

⁵⁹² Ambroziánský hymnus, *Tebe, Bože, chválíme.*

consolationibus carere calice passionis: et Filium suum dilectissimum permiserit⁵⁸⁷ sine ulla consolatione calicem amarissimum usque ad faeces,⁵⁸⁸ ut sic loquar, exhaurire. Hujus enim rei ratio est, quia in sanctis Martyribus nulla earum causarum locum habebat, quas in passione Christi enumeravimus.

CAPUT V

De quarto fructu verbi quarti, hoc est de consilio Dei tenebris illis illuminare Hebraeos et confirmare fidem Christianorum.

Addi potest etiam alius fructus non tam ex ipso quarto verbo, quam ex circumstantia temporis, in quo dictum est, videlicet ex horrendis tenebris, quae verbum illud proxime praecesserunt. Siquidem tenebrae illae aptissimae sunt ad gentem Hebraeorum illuminandam et ad christianos ipsos in vera fide confirmandos, si ad vim demonstrationis, quam ex tenebris illis deductam nunc proponemus, animum serio applicare velint. Demonstratio ex quatuor veritatibus nullo negotio colligi potest.

Prima veritas est, Christo crucifixo solem obscuratum esse plane totum, ut stellae in caelo conspicerentur, ut noctu conspici solent. Haec veritas quinque testibus fide dignissimis, et qui

mučedníkům kalich utrpení smísil s nesmírným množstvím duchovních útěch,⁵⁹³ tak, že tito mučedníci si raději zvolili kalich utrpení s přimíšením oněch útěch, než aby bez těchto útěch byli zbaveni i [samotného] kalicha utrpení; ale svého nejmilejšího Syna nechal bez jakékoliv útěchy vypít [ten] nejhořejší kalich, abych tak řekl, až po usazeniny. Důvodem této věci totiž je, že u svatých mučedníků neměl místo žádný z těch důvodů, které jsme vypočítali při umučení Krista.

KAPITOLA 5.

Čtvrté ovoce čtvrtého slova – Boží záměr osvětit oněmi temnotami Židy a utvrdit víru křesťanů.

Může být přidáno i jiné ovoce, [vyplývající] ani ne tak ze samotného čtvrtého slova, jako [spíše] z okolností času, v němž bylo řečeno, totiž ze strašných temnot, které tomuto slovu bezprostředně předcházely. Tyto temnoty jsou zajisté nejvhodnější k osvětlení Židů a k utvrzení samotných křesťanů v pravé víře, jestliže budou chtít se ve své mysli vážně zabírat jejich významem, který z oněch temnot vyplývá a nyní ho předložíme. [Tento jejich] význam může být bez jakékoliv námahy vyčten z čtyřech [následujících] pravd.

První pravda je, že když byl Kristus ukřižován, slunce se zcela úplně zatmělo tak, že byly na nebi vidět hvězdy, stejně jako mohou být pozorovány v noci. Tato skutečnost [je

⁵⁸⁷ Permitto, mittis, misi, missum, mittere.

⁵⁸⁸ Faex, faecis, f. (vel fex) – est multarum rerum excrementum, praesertim liquidarum, purgamentum subsidens, aut supernatans; Bohem. usazenina.

⁵⁹³ Rufinus z Aquileje, *Historia Ecclesiastica*, 1, 36: PL 21, 504.

diversarum erant nationum et diversis temporibus, et in locis diversis erant, cum scriberent libros suos, ut non potuerint ex collatione⁵⁹⁴ vel conventionem inter se facta scribere. Primus est S. Matthaeus, Hebraeus, qui in Judaea scripsit, et unus ex illis est, qui solem obscuratum viderunt (Mt 27,45). Et certe hic vir gravis et prudens numquam hoc in Judaea et, ut credibile est, in ipsa civitate Hierosolyma scripsisset, si verum non esset, quod scripsit. Quoniam alioqui potuisset ab omnibus illius civitatis et regionis incolis reprehendi et derideri, quasi scripsisset, quae omnes scirent esse falsissima. Alter testis est sanctus Marcus (Mc 15,33), qui Romae scripsit, et ipse quoque eclypsim illam vidit, quia tunc in Judaea erat cum aliis discipulis Domini. Tertius est sanctus Lucas (Lc 23,44–45), qui Graecus erat et in Graecia scripsit, et ipse quoque vidit eclypsim Antiochiae, in patria sua. Nam cum eam viderit Heliopoli in Aegypto sanctus Dionysius Areopagita, facilius eam videre potuit sanctus Lucas ex Antiochia, quae vicinior est Hierosolymae quam Heliopolis. Quartus testis et quintus sunt Dionysius et Apollophanes, qui Graeci erant et eo tempore gentiles; et disertis verbis testantur, eam eclypsim a se visam et consideratam cum summa sua admiratione. Hi sunt quinque testes, qui de visu proprio testantur. His accedunt annales Romanorum veterum, et Phlegon, chronographus Hadriani imperatoris, ut supra monuimus in primo

dosvědčena] pěti nejvėrohodnějšími svědky, kteří byli rozdílných národností, [svědčili] v různých dobách, a v době, kdy své knihy psali, se nacházeli na rozličných místech, takže nemohli psát na základě dohody či domluvy mezi sebou učiněné. Prvním je sv. Matouš, Žid, který psal v Judsku a je jedním z těch, kteří zatmění slunce viděli.⁵⁹⁶ A určitě by tento vážený a znalý muž toto nikdy v Judsku, ba dokonce, což je vėrohodné, v samotné obci Jeruzalémě, nebyl napsal, kdyby to, co napsal, nebyla pravda. Protože jinak by mohl být všemi obyvateli této obce a oblasti pokárán a zesměšněn, že napsal něco, o čem všichni vědí, že je to naprostá lež. Druhým svědkem je sv. Marek,⁵⁹⁷ který psal v Římě, a také toto zatmění sám viděl, neboť tehdy [když k zatmění došlo] byl v Judsku s ostatními Pánovými učedníky. Třetím je sv. Lukáš,⁵⁹⁸ jenž byl Řek a psal v Řecku a také toto zatmění sám viděl v Antiochii, své vlasti. Neboť jestliže ho viděl v Heliopolis v Egyptě sv. Dionysius Aeropagita, snadněji ho mohl vidět sv. Lukáš z Antiochie, která je k Jeruzalému blíž než Heliopolis. Čtvrtý a pátý svědek jsou Dionysius a Apollophanes, kteří byli Řekové a v té době pohané, a výslovně svědčí, že toto zatmění bylo jimi viděno a pozorováno s jejich nejvyšším obdivem. Toto je pět očitých svědků. K nim se přidávají zápisy starých Římanů a Flegon, letopisec císaře Hadriána, jak jsme už výše řekli v první

⁵⁹⁴ Collatio vel conlatio, onis, f. – est actus conferendi, seu plura simul in unum locum ferendi, quod et a pluribus fit.

⁵⁹⁶ Mt 27,45.

⁵⁹⁷ Mk 15,33.

⁵⁹⁸ Lk 23,44–45.

capite. Itaque prima veritas nullo modo sine ingenti temeritate⁵⁹⁵ negari potest a Judaeis vel a paganis. Nam apud christianos veritas haec fidem catholicam pertinet.

Altera veritas est, praedictam eclypsim non potuisse fieri nisi per omnipotentiam Dei; ac per hoc non a daemonibus ullo modo vel ab hominibus auxilio daemonum procurari⁵⁹⁹ potuisse, sed de speciali providentia et voluntate Dei, Creatoris et Gubernatoris mundi esse profectam.⁶⁰⁰ Haec veritas hac ratione demonstratur. Nam sol non potest deficere nisi uno ex tribus modis: vel per interpositionem lunae inter solem et terram, vel per ingentem et densissimam aliquam nubem, vel per radiorum⁶⁰¹ solis retractionem.⁶⁰² Primo modo non potuit naturaliter illa interpositio fieri, quia, cum tunc esset Pascha Judaeorum, luna inveniebatur opposita soli, proinde necesse fuit, vel sine interpositione lunae illam eclypsim fieri, vel inusitato et maximo miraculo lunam paucis horis iter fecisse, quod quatuordecim diebus factura erat, ac deinde simili miraculo retrocessisse tanta velocitate, ut spatio trium horarum conficeret rursum iter dierum quatuordecim. Illa autem, quae ad caelestes orbes pertinent, extra controversiam est, non posse fieri nisi a Deo, neque enim daemones ullam potestatem habent nisi infra lunam. Ideo enim Apostolus (Eph 2,2) daemonem appellat *principem*

kapitole. Proto nemůže být [tato] první pravda žádným způsobem popřena ani Židy ani pohany, jedině snad s nesmírnou zaslepeností ducha. A u křesťanů náleží tato pravda k všeobecné víře.

Druhá pravda je, že již vzpomenuté zatmění nemohlo nastat jinak než skrze Boží všemohoucnost, a tudíž by nemohlo být nijak zařízeno ani démony ani lidmi s pomocí démonů, ale bylo způsobeno zvláštní prozřetelností a vůlí Boha Stvořitele a Ředitele světa. Tato pravda je dokázána tímto důvodem: Zatmění slunce totiž nemůže nastat jinak než jedním z třech způsobů: buď skrze vstoupení Měsíce mezi Slunce a Zemi nebo skrze nějaký obrovský a velice hustý mrak anebo skrze stáhnutí se slunečních paprsků. Prvním způsobem se ono zatmění přirozeně udát nemohlo, protože tehdy byly židovské Velikonoce a Měsíc se tedy nacházel v opozici k Slunci, a proto bylo nutné, aby se to zatmění buďto událo bez vstoupení Měsíce anebo aby Měsíc neobvyklým a převelikým divem během několika hodin vykonal cestu, která [normálně] měla být vykonána za čtrnáct dní, a potom aby se podobným divem vrátil nazpět s takovou rychlostí, aby během třech hodin znovu vykonal čtrnáctidenní cestu. Věci, které se týkají nebeských světů, se však bez jakékoliv diskuze mohou udát jedině od Boha, protože démoni mají

⁵⁹⁵ Temeritas, atis, f. - est eventus, casus fortuitus; inconsiderantia, praeceps deliberatio, incogitantia; Bohem. náhoda; nerozvážlivost, zaslepenost, opovážlivost.

⁵⁹⁹ Procuero est curo, curam gero.

⁶⁰⁰ Proficio, ficis, feci, factum, ficere (pro et facio) – est faciendo progredi, procedere; conferre, prodesse.

⁶⁰¹ Radius, iis, m.

⁶⁰² Retractio, onis, f. – actus retrahendi.

*potestatis aeris hujus. Secundo modo non potuit fieri deliquium illud solis, quoniam, ut supra diximus, nubes*⁶⁰³ *densa et crassa non potest eripere nobis aspectum solis, nisi etiam auferat aspectum stellarum; constat autem ex testimonio Phlegontis, deficiente sole in passione Christi, visas fuisse stellas in caelo, eo plane modo, quo videntur in noctibus. Tertio denique modo notissimum est, non posse solis radios retrahi vel exstingui, nisi a Deo, qui solem creavit. Igitur secunda veritas non minus certa est quam prima, neque minori temeritate potest negari quam prima.*

Tertia veritas est, tenebras illas, de quibus nunc agimus, Christi crucifixi causa exortas atque a divina providentia procuratas fuisse. Haec veritas ex eo demonstrari potest, quod tenebrae illae tamdiu perseveraverint in aere, quamdiu Christus Dominus vivus pependit in Cruce: id est ab hora sexta usque ad nonam. Id attestantur, quotquot hujus deliquii meminerunt, neque casu fieri potuit, ut tenebrae plenae miraculis cum Christi passione conciderent.⁶⁰⁵ Quae enim miraculo fiunt, non casu, sed divina providentia fiunt. Neque ullus auctor est, quod ego sciam, qui aliam causam hujus tam admirandi deliquii assignare potuerit. Qui enim Christum noverunt, ejus causa deliquium illud factum esse confessi sunt; qui

jakoukoliv moc jediné pod Měsícem. Proto tedy apoštol nazývá démona „*knížetem moci tohoto ovzduší*“.⁶⁰⁴ Druhým způsobem se ono zatmění slunce udát nemohlo, protože, jak jsme řekli výše, hustý a mohutný oblak nám nemůže znemožnit pohled na slunce jinak, než že zastíní také hvězdy. A ze svědectví Flegona je jisté, že když se při Kristově umučení slunce zatmělo, byly na nebi viděny hvězdy, zcela tím způsobem jako jsou vidět v noci. A konečně [ohledně] třetího způsobu je všem známo, že paprsky slunce se nemohou stáhnout zpět nebo vyhasnout jinak, než [působením] Boha, který slunce stvořil. Proto je druhá pravda neméně jistou než první a stejně jako [ta] první může být popírána jediné s velikou zaslepeností ducha.

Třetí pravda je, že temnoty, o kterých tu mluvíme, povstaly kvůli Kristu ukřižovanému a byly způsobeny Boží prozřetelností. Tato pravda může být dokázána tím, že tyto temnoty v ovzduší přetrvávaly tak dlouho, jak dlouho visel Kristus Pán živý na kříži, tedy od šesté hodiny [dne] až do deváté. Toto dosvědčují všichni, kdo se o tomto zatmění zmínili. A že se [tyto] zázračné temnoty [časově] shodovaly s umučením Krista Pána, to se nemohlo stát náhodou. Věci, které se dějí zázračně, se totiž nedějí náhodou, ale Boží prozřetelností. A neexistuje žádný autor, co já vím, který mohl označit jinou příčinu tohoto tolik obdivuhodného zatmění. Ti totiž, kdo Krista znali, vyznali, že zatmění nastalo

⁶⁰³ Nubes, is, f.

⁶⁰⁴ Ef 2,2.

⁶⁰⁵ Concido, cidis, cidi, cidere (cum *et* cado) – cado, ruo, vel simul cado.

Christum non noverunt, ignorantiam suam fassi⁶⁰⁶ admirantes permanserunt.

Quarta veritas est, tenebras illas tam prodigiosas nihil aliud indicare potuisse, nisi sententiam Caiphae et Pilati injustissimam fuisse, et Jesum esse verum et proprium Filium Dei verissimumque Messiam judaeis promissum. Haec enim potissima causa fuit, cur Judaei Christum ad necem postulaverint. Nam in concilio pontificum et sacerdotum, scribarum et pharisaeorum, cum videret pontifex testimonia adversus Christum nihil probare, surrexit et ait: *Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus, Filius Dei.* Consentiente autem Domino et confitente se esse, *scidit vestimenta pontifex dicens: Blasphemavit; quod adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis* (Mt 26,63.65.66). Ac deinde coram Pilato, qui Dominum liberare a morte cupiebat, pontifices et ministri dixerunt: *Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit* (Io 19,7). Haec igitur potissima causa fuit, cur Dominus ad crucem damnatus fuerit. Quod praedictum fuit a Daniele Propheta dicente: *Occidetur Christus, et non erit ejus populus, qui eum negaturus est* (Dn 9,26). Atque haec ipsa causa fuit, cur Deus in passione Domini horrendas illas tenebras in mundum effuderit, ut apertissime testaretur, erravisse pontifices, erravisse populum, erravisse Pilatum, erravisse Herodem: et

kvůli němu. Kdo Krista neznali, vyznali svou nevědomost a zůstali v úžasu.

Čtvrtou pravdou je, že tyto tak velice záračné temnoty nemohly naznačovat nic jiného než to, že rozsudek Kaifáše a Piláta byl [tím] nejnepřávdlivějším a že Ježíš je pravý a vlastní Syn Boží a nejpravdivější Mesiáš zaslíbený Židům. Toto totiž bylo hlavním důvodem, proč Židé žádali, aby byl Kristus usmrcen. Totiž v shromáždění velekněží a kněží, zákoníků a farizeů, když si velekněz uvědomil, že svědectví proti Kristu nic nedosvědčují, povstal a řekl: „*Zapřísahám tě skrze Boha živého, abys nám řekl, jsi-li ty Kristus, Boží Syn.*“ Když však Pán přisvědčil a vyznal, že je, „*roztrhl velekněz svá roucha a řekl: Rouhal se, na co ještě potřebujeme svědky? Hle, nyní jste slyšeli rouhání, co míníte? A oni odpovídaje řekli: Hoden je smrti.*“⁶⁰⁸ A následně před Pilátem, který chtěl Pána osvobodit od smrti, řekli velekněží a služebníci: „*My máme zákon, a podle zákona musí zemřít, protože se činil Synem Božím.*“⁶⁰⁹ Toto tedy bylo hlavním důvodem, proč byl Pán odsouzen k ukřižování, což bylo předpovězeno i prorokem Danielem: „*Kristus bude zabit, a lid, který se ho zřekne, nebude jeho.*“⁶¹⁰ A toto také bylo vlastním důvodem, proč Bůh při Kristově umučení vylil na svět ony temnoty, aby [tak] co nejzřejměji dosvědčil, že velekněží zbloudili, lid zbloudil, Pilát zbloudil, Herodes zbloudil; a ten, který visel na kříži, je

⁶⁰⁶ Fateor, fateris, fassus sum, fateri.

⁶⁰⁸ Mt 26,63.65.66.

⁶⁰⁹ J 19,7.

⁶¹⁰ Dan 9,26.

illum, qui pendeat in Cruce, esse verum Filium suum et Messiam promissum. Quod ipsum centurio, animadversis caelestibus signis, clamavit: *Vere Filius Dei erat iste* (Mt 27,54). Et rursum: *Vere hic homo justus erat* (Lc 23,47). Cognovit enim centurio signa illa caelestia esse quasi vocem Dei retractantis⁶⁰⁷ sententiam Caiphae et Pilati et affirmantis, hominem illum contra omne jus morti traditum fuisse, cum sit auctor vitae, verus Dei Filius, et Christus in lege promissus. Quid enim significare potuit Deus tenebris illis, addita scissione petrarum et veli Sanctuarii, nisi aversum se jam esse a populo quondam suo et iratum iracundia maxima, propterea quod *non cognoverit tempus visitationis suae*, ut Dominus illis manifeste praedixit apud Lucam (Lc 19,41–44). Certe si Judaei ista considerarent et simul animadverterent, se ab illo tempore dispersos esse inter varias nationes, et neque reges habere neque pontifices neque altaria neque sacrificia neque miracula divina neque responsa Prophetarum: plane intellexerent, se a Deo derelictos et, quod est longe miserius, datos esse in reprobum⁶¹⁴ sensum, et nunc impleri in eis, quod Isaias futurum praedixit, cum Dominum dicentem introducit: *Vade et dices populo huic: Audite audientes, et nolite intelligere: et videte visionem, et nolite cognoscere. Excaeca cor populi hujus et aures ejus aggrava et oculos ejus claude, ne forte videat oculis suis et*

jeho pravý Syn a slíbený Mesiáš. A přesně to zvolal setník, poté co upozoroval nebeská znamení: „*Vpravdě, tento byl Syn Boží.*“⁶¹¹ A znovu: „*Vpravdě, tento člověk byl spravedlivý.*“⁶¹² Setník totiž poznal, že tato nebeská znamení jsou jakoby hlasem Boha, jenž opravuje rozsudek Kaifáše a Piláta a potvrzuje, že onen člověk byl vydán na smrt v rozporu s veškerým právem, protože je původcem života, pravý Boží Syn a Kristus zaslíbený v zákoně. Co jiného totiž mohl Bůh naznačit oněmi temnotami, k nimž se přidalo i zemětřesení a roztržení opony svatostánku než to, že je již odvrácen od lidu kdysi svého a rozhněván tím největším hněvem, protože „*nepoznal čas svého navštívení*“, jak jim [to] Pán otevřeně předpověděl u Lukáše?⁶¹³

Zajisté, kdyby Židé tyto věci pozorovali a zároveň by si všimli, že od té doby jsou rozptýleni mezi různé národy a nemají ani krále ani velekněze ani oltáře ani zákonné oběti ani Božské zázraky ani odpovědi proroků, zcela by pochopili, že jsou Bohem opuštěni. A co je [ještě] daleko bídňější, jsou vydáni falešnému smýšlení a nyní se na nich plní, co předpověděl Izajáš, když uvedl Pánova slova: „*Jdi a řekneš tomuto lidu: Slyšte poslouchající, a nerozumějte; a vizte vidění, a nepoznávejte. Oslep srdce tohoto lidu a uši jeho učíň nedoslýchavými a jejich oči zavři, aby snad neviděli očima svými a svými ušima neuslyšeli a svým*

⁶⁰⁷ Retracto vel retracto, as, avi, atum, are, retractans – est idem atque iterum tracto, contingo, refrico.

⁶¹¹ Mt 27,54.

⁶¹² Lk 23,47.

⁶¹³ Lk 19,41–44.

⁶¹⁴ Reprobis, a, um – reproba pecunia, adulterina, improba, moneta falsa.

auribus suis audiat et corde suo intellegat et convertatur et sanem eum (Is 6,9–10).

CAPUT VI

De quinto fructu verbi quarti, hoc est de humilitate Christi.

In primis tribus verbis commendavit nobis Magister noster Christus tres eximias virtutes, caritatem ad inimicos, misericordiam ad miseros et pietatem ad parentes. In quatuor sequentibus verbis commendat virtutes quatuor, non quidem excellentiores,⁶¹⁶ sed nobis non minus necessarias, humilitatem, patientiam, perseverantiam et oboedientiam. Et quidem humilitatem, quae proprie virtus Christi dici potest, cum ejus nulla fiat mentio in scriptis sapientum hujus mundi, in toto vitae suae decursu re ipsa et factis ostendit; sed praeterea disertis verbis ejus virtutis se magistrum professus est, cum ait: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* (Mt 11,29). Sed numquam clarius hanc virtutem et simul etiam patientiam, quae separari ab humilitate non potest, nobis commendavit, quam cum ait: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* His enim verbis Christus ostendit, permittente Deo, omnem suam gloriam et excellentiam in conspectu hominum obscuratam, quod ipsum etiam tenebrae illae demonstrabant. Non potuit autem Dominus sine eximia humilitate et patientia obscuratio- nem ejusmodi tolerare.

*srdcem nepochopili a neobrátili se a já je neuzdravil.*⁶¹⁵

KAPITOLA 6.

Páté ovoce čtvrtého slova – Kristova pokora čili poníženost.

V prvních třech slovech nám náš Učitel, Kristus, doporučil tři vynikající ctnosti: lásku k nepřátelům, milosrdenství vůči bíd- ným a oddanost vůči rodičům. V čtyřech ná- sledujících slovech doporučuje čtyři ctnosti, ne sice [ty] nejvznešenější, ale pro nás neméně potřebné: poníženost, trpělivost, vy- trvalost a poslušnost. A zajisté poníženost – která vlastně může být nazvána ctností Kris- tovou, protože se ve spisech moudrých to- hoto světa nikde nezmiňuje – [tu Kristus] ukázal během celého svého života, a to opravdu i skutky. Kromě toho [se však také] výslovně prohlásil za učitele této ctnosti, když říká: „*Učte se ode mně, neboť jsem tichý a pokorný srdcem.*“⁶¹⁷ Ale nikdy nám tuto ctnost – a spolu [s ní] i trpělivost, která se od poníženosti nemůže oddělit – nedoporučil jasněji, jako když řekl: „*Bože můj, Bože můj, proč jsi mě opustil?*“ Těmito slovy totiž Kris- tus s Božím dovolením ukázal, že všechna jeho sláva a vyvýšenost byla před zraky lidí za- temněna, a totéž znázorňovaly i ony tem- noty. Pán však nemohl takové zatemnění tr- pět bez výjimečné pokory a trpělivosti.

⁶¹⁵ Iz 6,9–10.

⁶¹⁶ Excellere proprie est in altum moveri seu tolli; latiori sensu plerumque usurpatur pro praestare, eminere, excellentem esse, ὑπερέχω.

⁶¹⁷ Mt 11,29.

Gloria Christi, de qua loquitur sanctus Joannes in principio Evangelii, cum ait: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis* (Io 1,14), posita erat in potentia, sapientia, probitate,⁶¹⁸ majestate regia, beatitudine animae et dignitate divina, quam habuit ut verus et naturalis Filius Dei. Haec omnia passio obscuravit, et hunc obscurationem illa verba significant: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Potentiam passio obscuravit, quia Cruci affixus nihil omnino posse videbatur; et ideo principes sacerdotum et milites et ipse etiam latro exprobrabant illi impotentiam dicentes: *Si Filius Dei es, descende de cruce*. Et: *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere* (Mt 27,40.42). Quanta patientia, quanta humilitas necessaria fuit, ut nihil ad ista responderet is, qui vere erat omnipotens? Sapientiam passio obscuravit, quando coram principibus sacerdotum, coram Herode, coram Pilato ad multas interrogationes, quasi consilii omnis expertus⁶¹⁹ nihil respondebat, ex quo factum est, ut eum Herodes indutum veste alba spreverit⁶²⁰ et exercitus ejus (Lc 23,10–11). Quanta humilitas, quanta patientia necessaria erat ad ista toleranda ei, qui non solum Salomone sapientior, sed ipsa Dei Sapientia erat? Probitatem vitae passio obscuravit, cum in medio latronum cruci affixus penderet, quasi seductor populorum et regni alieni usurpator esset.

Kristova sláva, o níž mluví sv. Jan na začátku evangelia, když říká: „*viděli jsme jeho slávu, slávu jako Jednorozeného od Otce, plného milosti a pravdy*“,⁶²¹ spočívala v moci, moudrosti, ctnosti, královské důstojnosti, blaženosti duše a Božské hodnosti, kterou měl jakožto pravý a přirozený Syn Boží. Toto všechno [ale] umučení zatemnilo, a toto zatemnění naznačují ona slova: „*Bože můj, Bože můj, proč jsi mě opustil?*“ Umučení zatemnilo [jeho] moc, protože přibit na kříž se zdál být naprosto bezmocný. Proto mu [také] velekněží a vojáci i sám lotr vyčítali nemohoucnost slovy: „*Jestliže jsi Syn Boží, sestup z kříže*.“ A: „*Jiné zachránil, sám sebe zachránit nemůže*.“⁶²² Jaká trpělivost, jaká poníženost byla nutná, aby na toto neodpovídal nic ten, jenž byl skutečně všemohoucí! Moudrost umučení zatemnilo, když před velekněžími, před Herodem i před Pilátem nic neodpovídal na mnohé otázky, jako by byl zcela bezradný, z čehož [pak] povstalo, že ho Herodes oděl do bílého oděvu a vysmál se mu, on i jeho vojsko.⁶²³ Jakou poníženost, jakou trpělivost musel k snášení těchto věcí mít ten, jenž byl nejen moudřejší než Šalomoun, nýbrž sama Moudrost Boží! Ctnostnost života umučení zatemnilo, když přibit na kříž visel uprostřed lotrů, jako by byl svědce lidu a uchvatitel cizího království.

⁶¹⁸ Probitas, atis, f. – bonitas naturae ac morum, integritas vitae, virtus; ea praesertim, quae modestiam et verecundiam conjunctam habet; unde *improbitas* audaciam impudentiamque significat.

⁶¹⁹ Experts, pertis (ex et pars) – qui alicujus rei nullam habet partem; sine experientia.

⁶²⁰ Sperno, spernis, sprevi, spretum, spernere – est proprie separo, segrego; translate est rejicio, abspello, fastidio, contemno.

⁶²¹ J 1,14.

⁶²² Mt 27,40.42.

⁶²³ Lk 23,10–11.

Atque hanc innocentiae gloriam magis adhuc obscurare videbatur derelictio Dei, quam ipse fatebatur, dicens: *Cur me dereliquisti?* Deus enim non probos viros, sed improbos derelinquere solet. Certe superbi omnes valde cavent, ne aliquid dicant, unde possint, qui audiunt, suspicari indignitatem aliquam suam eos ipsos confiteri. Sed humiles et patientes, quorum Rex Christus fuit, libenter occasionem omnem arripiunt humilitatis et patientiae, modo nihil falsi dicant. Quanta igitur humilitas, quanta patientia necessaria fuit ad ista toleranda illi, de quo Apostolus dicit: *Talis debebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus et excelsior caelis factus* (Hbr 7,26). Porro regiam maiestatem passio sic obscuravit, ut pro diademate aureo spineam coronam, pro sceptro arundinem, pro tribunali patibulum, pro regio comitatu duos illi latrones adjunxerint. Quanta igitur humilitas, quanta patientia necessaria fuit illi, qui vere erat Rex regum et Dominus dominantium (Apc 19,16; 17,14) et Princeps regum terrae (Apc 1,5). Quid jam dicam de beatitudine animae, quam vere Christus habuit ab ipsa conceptione et quam potuisset, si voluisset, in corpus etiam transfundere? Quam vehementer gloriam istam passio obscuravit; cum eum fecerit *virum dolorum et scientem infirmitatem et despectum et novissimum virorum*, juxta Isaiam (Is 53,3), et cum ipse clamet prae magnitudine passionis: *Deus meus, ut quid*

A tuto slávu neposkvrněnosti se také ještě více zdálo zastiňovat to, že ho Bůh opustil, jak sám vyznal slovy: „*Proč jsi mně opustil?*“ Bůh totiž obvykle neopouští ctnostné muže, ale [ty] nectnostné. A všichni pyšní si zajisté dávají velký pozor, aby neřekli něco, z čeho by se ti, kdo [je] slyší, mohli nazdávat, že sami o sobě vyznávají nějakou svou nečestnost. Ale pokorní a trpělívi, jejichž Králem Kristus byl, se rádi chápou každé příležitosti k pokoře a trpělivosti, jen aby neřekli nic nepravdivého. Jaká tedy poníženost, jaká trpělivost byla nutná k snášení těchto věcí tomu, o němž apoštol říká: „*Takového velekněze jsme potřebovali, svatého, bezúhonného, neposkvrněného, odděleného od hříšníků a vyvýšeného do nebes.*“⁶²⁴ Dále, královskou hodnost umučení zatemnilo tak, že mu místo zlaté koruny dali trnovou, místo žezla rákos, místo soudního stolce šibenici, místo královského doprovodu dva lotry. Jakou tedy poníženost, jakou [asi] trpělivost musel mít ten, jenž byl skutečně Králem králů a Pánem pánů⁶²⁵ i Kníže nad králi země!⁶²⁶ Co potom řeknu o blaženosti duše, kterou Kristus skutečně měl od [okamžiku svého] početí a kterou by býval mohl, kdyby býval chtěl, rozšířit i na [své] tělo? Jak silně umučení zatemnilo tuto slávu, když jej učinilo, jak říká Izajáš: „*mužem bolestí a znajícím slabost a opovrženým a posledním z mužů!*“⁶²⁷ A když sám pro velikost utrpení zvolal: „*Bože můj, Bože můj, proč jsi*

⁶²⁴ Žid 7,26.

⁶²⁵ Zj 19,16; 17,14.

⁶²⁶ Zj 1,5.

⁶²⁷ Iz 53,3.

dereliquisti me? Denique celsissimam divinae personae dignitatem passio sic obscuravit, ut, qui supra omnes non homines tantum, sed etiam Angelos sedet, propter passionem dicat: *Ego autem sum vermis, et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis* (Ps 21,7).

Ad hunc igitur locum novissimum Christus in passione descendit: sed haec descensio non sine ingenti merito et exaltatione fuit. Quod enim idem Dominus verbo saepissime promisit, dicens: *Omnis, qui se humiliat, exaltabitur* (Mt 23,12; Lc 14,11; 18,14), in ipsius persona impletum fuisse, Apostolus testatur, cum ait: *Humiliavit semetipsum factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod et Deus exaltavit illum et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur coelestium, terrestrium et infernorum* (Phlp 2,8–10). Ita, qui fuit novissimus, declaratus est primus; et humiliatio brevissima et quasi momentanea fuit, sed exaltatio sempiterna. Quod idem videmus accidisse Apostolis et Sanctis omnibus. Nam Apostolos, scribit B. Paulus, fuisse *tamquam purgamenta*⁶²⁹ *hujus mundi et omnium peripsema*⁶³⁰ (1 Cor 4,13), id est res vilissimas,⁶³¹ quae ab omnibus projiciuntur et conculcantur; haec fuit humilitas Apostolorum. Sed quae exaltatio? S. Joannes Chrysostomus (Homilia 32 in Epistola ad Romanos) docet, cum ait,

mně opustil!“ A konečně, umučení zatemnilo nejvyšší hodnost Božské osoby tak, že ten, jenž trůní nad všemi, nejen lidmi, ale také anděly, řekne: „*Já však jsem červ a ne člověk, opovržení lidí a potupa lidu.*“⁶²⁸

Na toto poslední místo tedy Kristus při umučení sestoupil, avšak toto sestoupení nebylo bez nesmírné zásluhy a vyvýšení. Co totiž tentýž Pán přčasto slíboval, říká: „*každý, kdo se poníží, bude vyvýšen*“;⁶³² o tom svědčí apoštol, že se to naplnilo na něm samotném, když říká: „*Ponížil sám sebe a stal se poslušným až na smrt, a to na smrt kříže, a proto ho Bůh vyvýšil a dal mu jméno, které je nad každé jiné jméno, aby se ve jménu Ježíš sklonilo každé koleno nebeských, pozemských i pekelných.*“⁶³³ A tak ten, jenž byl posledním, byl prohlášen za prvního. Ponížení bylo kratičké a skoro chvilkové, ale vyvýšení ustavičné. A totéž vidíme, že se přihodilo i apoštolům a všem svatým. Neboť o apoštolech píše sv. Pavel, že jsou „*jako vydeděnci tohoto světa a odpadky všech*“;⁶³⁴ to znamená věci zcela bezcenné, které jsou všemi vyhazovány a pošlapávány. Taková byla poníženost apoštolů. Ale jaké [je jejich] vyvýšení? To učí sv. Jan Zlatoústý,⁶³⁵ když říká, že apoštolové jsou nyní v nebi blízko samotného Božího trůnu, kde Boha oslavují cherubové, kde se

⁶²⁸ Ž 21,7.

⁶²⁹ Purgamentum, i, n. (purgo) – est id quod ex re aliqua immunda tergetur, immunditiae, quas rem aliquam purgantes ejicimus, sordes.

⁶³⁰ Peripsema, atis, n. – περίψημα, sordes et purgamenta, quae abstergendo et defricando colliguntur – a περί circum et ψάω radendo detergeo. Tertull. Pudic. 14. ex Paul. 1. Cor. 4. 13.

⁶³¹ Vilis est qui parvo pretio emitur.

⁶³² Mt 23,12; Lk 14,11; 18,14.

⁶³³ Flp 2,8–10.

⁶³⁴ 1Kor 4,13.

⁶³⁵ Sv. Jan Zlatoústý, Homilie na list Římanům, 32: PG 60, 675.

Apostolos nunc in caelo prope ipsum thronum Dei assistere, ubi Cherubim Deum glorificant, ubi Seraphim volant, id est cum primis principibus regni caelorum locum tenere, a quo loco numquam excident. Certe si homines attente considerarent, quam honorificum sit, humilitatem Filii Dei hic in terris imitari, et simul aliquo modo suspicari possent, quanta sit exaltatio, ad quam humilitas ipsa perducit, paucos omnino superbos inveniremus; sed quia sensibus carnis et humana cogitatione plerique omnia metiuntur, ideo mirum non est, si rara sit humilitas in terris et superborum infinitus sit numerus.

CAPUT VII.

De verbo quinto Sitio, ad litteram.

Sequitur verbum quintum, quod habetur apud sanctum Joannem, et est vere verbum unum, videlicet *Sitio*. Sed ut intellegatur, necesse est addere verba Evangelistae praecedentia et sequentia. Sic igitur loquitur sanctus Joannes: *Postea sciens Jesus, quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum, illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus* (Io 19,28–29). Quorum verborum haec sententia est: Dominus noster adimplere voluit omnia, quae de vita et morte ejus Prophetae, Spiritu Sancto pleni praeoverant et praedixerant. Et quoniam, omnibus aliis adimpletis, adhuc unum restabat, ut acetum in siti sua gustaret, juxta

vznášejí serafové, tedy že mají místo s předními knížaty nebeského království, a z tohoto místa nikdy nevypadnou. Zajisté, kdyby si lidé pozorně všímali, jak důstojné je zde na zemi následovat poníženost Syna Božího, a zároveň by mohli v nějaké míře tušit, jaké je [to] vyvýšení, k němuž právě poníženost vede, našli bychom zcela maličko pyšných. Ale protože většina všechno posuzuje tělesnými smysly a lidským smýšlením, proto se není co divit, že je poníženost na zemi [tak] zřídka a počet pyšných je nesmírný.

KAPITOLA 7.

Páté slovo: „Žízním!“

Následuje páté slovo, které máme u sv. Jana, a je to opravdu jedno slovo, tedy: „*Žízním!*“⁶⁴² Ale aby se mu rozumělo, je nutné dodat evangelistova slova, která předcházejí a následují. Takto tedy mluví sv. Jan: „*Potom Ježíš věda, že je všechno dokonáno, aby se naplnilo Písmo, řekl: „Žízním!“ A byla tam postavena nádoba plná octa, oni tedy namočili houbu do octa a na yzopu mu ji podali k ústům.*“⁶⁴³ Smysl těchto slov je následující: Náš Pán chtěl naplnit všechno, co o jeho životě a smrti předem poznali a předpověděli proroci naplnění Duchem svatým. A protože už všechno bylo naplněno a zůstávalo jen to jediné, aby ve své žízni okusil ocet, podle [slov] žalmu šedesátého osmého: „*když jsem žíznil,*

⁶⁴² Pravděpodobnější je pořadí slov: „*Hle, tvá Matka.*“ „*Žízním.*“ „*Eli, Eli...*“ atd. Ale ani Bellarminovo pořadí neodporuje Písmu.

⁶⁴³ J 19,28–29.

illud Psalmi sexagesimi octavi: *In siti mea potaverunt me aceto* (Ps 68,22), dixit clara voce: *Sitio*; et qui astabant obtulerunt ori ejus spongiam aceto plenam et calamo⁶³⁶ impositam. Dominus igitur noster dixit: *Sitio*, ut impleretur Scriptura. Et quare ut impleretur Scriptura? cur non potius dixit: *Sitio*, quia revera sitiebat et restringere sitim cupiebat? Non enim Propheta praedixerat ad hoc, ut fieret, quod praedixit, sed ideo praedixerat, quia praeviderat futurum; et futurum praedixerat, quia res vere futura erat, etiamsi non praevideretur. Itaque praevisio vel praedictio non est causa rei futurae, sed res futura causa est, cur possit praevideri vel praedici. Magnum hoc loco mysterium aperitur. Vere enim Dominus siti gravissima laboravit a principio crucifixionis, et ea sitis crevit semper magis ac magis, ita ut unum fuerit ex majoribus tormentis, quae Dominus in Cruce pertulit. Siquidem emissio magnae copiae sanguinis exsiccat, et sitim provocat. Novi ego personam, quae multis affecta vulneribus, ex quibus ingens copia sanguinis fluxerat, nihil nisi potum desiderabat, quasi nihil pateretur praeter ardentissimam sitim. Idem legitur in vita S. Emmerami Martyris (Vide Surium, ad diem 22 Septembris.): qui, ligatus ad palum⁶³⁷ et plurimis vulneribus acceptis, de siti tantummodo quaerebatur. Christus igitur,

dali mi pít ocet“,⁶⁴⁴ řekl jasným hlasem: „Žíz-ním!“ A ti, kdo tam stáli, podali mu k ústům houbu naplněnou octem a upevněnou na rákos. Náš Pán tedy řekl „Žíz-ním!“ [proto], aby bylo naplněno Písmo. A proč, aby bylo naplněno Písmo? Proč spíše neřekl „Žíz-ním!“; protože skutečně žíznil a toužil žízeň uhasit? Prorok totiž [věc] nepředpověděl k tomu, aby se stalo, co předpověděl, ale proto [ji] předpověděl, protože budoucnost dopředu viděl; a [tuto] budoucnost předpo-vídal proto, že věc skutečně byla budoucí, i kdyby [snad] nebyla poznána. Tak tedy předvědění nebo předpovězení není příči-nou budoucí věci, ale [sama] budoucí věc je příčinou toho, že může být předem poznána nebo předpověděna.⁶⁴⁵ Na tomto místě se ot-vírá veliké tajemství. Pán totiž skutečně od začátku ukřížování trpěl nejtěžší žízní a tato žízeň stále víc a víc vzrůstala, takže byla jed-nou z větších muk, která Pán na kříži vytrpěl. Prolití velkého množství krve určitě vysušuje a vyvolává žízeň. Sám znám osobu, která utr-pěla mnoho ran, z nichž vyteklo velké množ-ství krve, a netoužila po ničem jiném než po nápoji, jako by netrpěla ničím jiným než nej-palčivější žízní. Totéž čteme v životě sv. mu-čedníka Emerama,⁶⁴⁶ který byl přivázán ke kůlu a utrpěl mnoho ran, ale stěžoval si

⁶³⁶ calamus, i, m. – κάλαμος, est planta vel frutex idem atque arundo vel potius est ipsius arundinis truncus internodiis distinctus; calamus variis usibus inserviebat; etiam ut instrumentum, quo in charta scribitur, qui dicitur *calamus scriptorius*; Bohem. třtina, rákos, péro, píšťala, šíp, prut udicový.

⁶³⁷ Palus, i, m. – est sudes, lignum acutum, quod solet in terram defigi ad fulcienda aedificiorum fundamenta, aut castra munienda, aut claudendos hortos, aut sustinendas vites, aut similes usus.

⁶⁴⁴ Ž 68,22.

⁶⁴⁵ K správnému pochopení této poněkud obtížné věty je nutno si položit otázku: co je v případě proroctví a jeho naplnění příčinou a co je důsledkem. Bellarmin zde upozorňuje na vztah příčinné závislosti mezi Boží vševědoudností a z ní plynoucími proročnými předpovědi na jedné straně a lidskými skutky vykonanými v čase na straně druhé. Správné chápání tohoto vztahu je klíčové pro pochopení nauky o ospravedlnění, která Bellarminovu srdeční záležitostí.

⁶⁴⁶ Surius Laurentius, *Historiae seu vitae sanctorum*, na den 22. září.

qui post longam defatigationem multum sanguinis in flagellatione fuderat, et postea crucifixus quatuor quasi fontes in corpore suo patientes gerebat, ex quibus ingens sanguinis copia longo jam tempore fluxerat: quomodo fieri potest, ut non siti ardentissima cruciaretur? Et tamen longum hunc cruciatum per tres horas silentio presserat,⁶³⁸ et potuisset etiam premere usque ad mortem, quae jam tunc erat in januis. Cur igitur tanto tempore silentio textit⁶³⁹ cruciatum tam immanem, et jamjam moriturus illum manifestans dixit: *Sitio*, nisi quia voluntas Dei erat, ut nos omnes novum hoc tormenti genus Christo non defuisse sciremus? Et ideo idem Pater caelestis a Propheta praedici voluit in persona Christi et ipsi Domino Jesu Christo inspiravit, ut ad exemplum patientiae fidelibus suis notum faceret hunc novum et acerbissimum cruciatum. Dixit ergo: *Sitio*, id est deficit jam in carne mea humor omnis, aruerunt⁶⁴⁰ venae, aruit lingua, aruit palatum, aruerunt fauces, aruerunt interiora omnia: si quis me refocillare⁶⁴¹ cupit, potum offerat.

Audiamus nunc, quem potum illi obtulerint, qui Cruci astabant. *Erat ergo vas aceto plenum, illi autem spongiam⁶⁴⁷ plenam aceto hyssopo⁶⁴⁸ circumponentes obtulerunt ori ejus.* O consolationem, o refrigerium! *Erat ibi vas aceto plenum, quod noxium⁶⁴⁹ est vulneribus et*

pouze na žízeň. A Kristus po dlouhých námáhách prolil mnoho krve při bičování a potom při ukřižování měl na svém těle jakoby čtyři otevřené prameny, z nichž už dlouho teklo nesmírné množství krve. Jak by se tedy mohlo stát, aby nebyl mučen nejpalčivější žízní? Přesto však toto dlouhé utrpení po tři hodiny mlčky potlačoval a mohl by ho potlačovat až do smrti, která tehdy byla už přede dveřmi. Proč tedy tak dlouho zakrýval mlčením to veliké utrpení, ale když už měl zemřít ho vyjevil a řekl: „*Žízním!*“, ne-li proto, že bylo Boží vůlí, abychom my všichni věděli, že Kristus nebyl zbaven ani tohoto dalšího druhu mučení. A proto tentýž Nebeský Otec chtěl, aby prorok [tuto věc] v osobě Kristově předpověděl, a samotnému Pánu Ježíši Kristu vnukl, aby tento další druh nejprudšího utrpení odhalil všem svým věřícím jako příklad trpělivosti. Řekl tedy: „*Žízním!*“ To znamená: v mém těle už není žádná tekutina, vyschly žíly, vyschl jazyk, vyschlo patro, vyschlo hrdlo, vyschlo celé [mé] nitro. Touží-li kdo mě občerstvit, ať mi podá nápoj. Poslyšme nyní, jaký nápoj mu podali ti, kdo stáli u kříže. „*Byla tam tedy nádoba plná octa a oni mu podali k ústům houbu naplněnou octem naraženou na yzop.*“ Ó [jaká] útěcha, ó [jaké] občerstvení! Byla zde nádoba plná octa, který zhoršuje rány a urychluje smrt a

⁶³⁸ Premo, premis, pressi, pressum, premere.

⁶³⁹ Tego, tegis, texi, tectum, tegere – est operio, contego, obduco, velo, vestio.

⁶⁴⁰ Areo, es, ui, ere – est aridus sum, siccus et sine humore.

⁶⁴¹ Refocillo, as, avi, atum, are – est idem ac recreo, refoveo, reficio.

⁶⁴⁷ Spongia et spongea, ac, f. – est molle corpus, rarum et fistulosum, medium inter animal et plantam et utriusque naturae particeps.

⁶⁴⁸ Hyssopum, i, n. – herba est, quae cum nostro hyssopo nomen tantum habere commune creditur, baccas producens, corymborum specie: optima proveniens in Tauro Cilicia in Pamphylia et Smyrnaeo agro.

⁶⁴⁹ Noxius est qui nocet, damnosus, perniciosus.

mortem accelerare solet atque ea de causa ibi conservabatur, ut mortem cruci affixis acceleraret. Certe sanctus Cyrillus (Lib. 22, c. 35 in Joannem) ad hunc locum ita scribit: *Pro iuvante et jucundo potu nocentem et acerbum obtulerunt*. Et hoc ideo credibilius redditur, quod sanctus Lucas scribat in Evangelio: *Illudebant autem ei et milites, accedentes et acetum offerentes ei* (Lc 23,36). Et quamvis hoc scribat sanctus Lucas de Christo recens Cruci affixo, tamen credibile est, illos ipsos milites, cum audiverunt clamantem *Sitio*, tunc acetum per spongiam et calamus dedisse, quod antea illudentes obtulerant. Summa est: ut initio paulo ante cruci affixionem obtulerunt vinum felle mistum (Mt 27,34); sic in exitu vitae acetum noxium vulneribus obtulerunt (Io 19,29), ut a principio usque ad finem tota Christi passio fuerit simplex et vera passio, nulla consolatione mixta.

CAPUT VIII

De primo fructu verbi quinti, qui est sitire cum Christo quae vere sitienda sunt.

Scripturae Testamenti veteris plerumque per Scripturas Testamenti novi declarari⁶⁵⁴ solent; sed in hoc mysterio de siti Domini verba Psalmi sexagesimi octavi haberi possunt pro commentario Evangelii. Siquidem in Evangelio non aperte declaratur, an, qui obtulerunt acetum Domino sitiendi, id fecerint, ut

z toho důvodu se zde uchovával, aby urychlil smrt ukřižovaných. Alespoň sv. Cyril [Alexandrijský] k tomuto místu píše: „Místo pomáhajícího a příjemného nápoje podali škodlivý a kyselý.“⁶⁵⁰ A tím se stává věrohodnějším, co psal sv. Lukáš v evangeliu: „*Vysmívali se mu však i vojáci, přistupující a podávající mu ocet.*“⁶⁵¹ A ačkoliv to sv. Lukáš psal o Kristu právě přibitém na kříž, přece je pravděpodobné, že ti samí vojáci, když [ho] uslyšeli volat „*Žízním!*“, dali mu [znovu] pomocí houby a prutu ocet, který mu předtím podávali s výsměchem. Shrnutí je takové: na začátku, krátce před přibitím na kříž, [mu] podali víno smíchané se žlučí⁶⁵² a před smrtí mu podali ocet škodící ranám,⁶⁵³ aby celé Kristovo umučení od začátku až do konce bylo úplné a skutečné mučení bez přimíšení nějaké útěchy.

KAPITOLA 8.

První ovoce pátého slova – spolu s Kristem žíznit po tom, po čem je opravdu žíznit třeba. Písmo svaté Starého zákona bývá většinou vysvětlováno skrze Písmo svaté Zákona nového, ale při tomto tajemství o žízni Pána mohou být slova šedesátého osmého žalmu pokládána za komentář evangelia. V evangeliu se totiž neříká jasně, zda ti, kdo žíznícímu Pánu podali ocet, toto učinili, aby mu

⁶⁵⁰ Sv. Cyril Alexandrijský, *Kommentarius in Joannem*, 12, na J 19, 28-29: PG 74, 665.

⁶⁵¹ Lk 23,36.

⁶⁵² Mt 27,34.

⁶⁵³ J 19,29.

⁶⁵⁴ Declaro est clarum facio, ostendo, demonstro, manifesto.

ei gratificarentur,⁶⁵⁵ an ut eum magis affligerent, id est ex amore vel odio. Nos cum sancto Cyrillo in malam partem accipimus factum illorum, qui Domino sitiendi acetum propinaverunt.⁶⁵⁶ Sed verba Psalmi apertiora sunt, quam ut explicatione indigeant, atque ex eis hunc fructum colligemus, ut discamus sitire cum Christo, quae vere et salubriter sitienda sunt. Haec sunt verba Prophetarum: *Sustinui, qui simul contristaretur, et non fuit; et qui consolaretur*⁶⁵⁷, *et non inventi: et dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto* (Ps 68,21–22). Itaque qui dederunt Christo Domino, paulo antequam crucifigeretur, vinum cum felle mixtum; et qui crucifixo Domino acetum obtulerunt, de illis erant, de quibus queritur, dicens: *Sustinui, qui simul contristaretur, et non fuit; et qui consolaretur, et non inveni.*

Sed posset aliquis quaerere, an non beatissima Virgo, Mater Domini, et soror Matris ejus, Maria Cleophae, et Maria Magdalena cum Apostolo Joanne, stantes juxta Crucem vere et ex corde simul contristabantur?⁶⁵⁹ An non etiam mulieres illae, quae sequebantur Dominum ad montem Calvariae, plangentes⁶⁶⁰ eum (Lc 23,27), vere simul cum eo contristabantur? denique nonne Apostoli omnes passionis tempore tristabantur, cum eis Christus ipse praedixisset: *Mundus gaudebit,*

ulehčili anebo aby mu [ještě] více uškodili, tedy [zda to bylo] z lásky nebo z nenávisti. My [však] spolu se sv. Cyrilem [Alexandrijským] pokládáme skutek těch, kdo žíznícímu Pánu dali napít octa, za špatný. Ale slova žalmu jsou tak zřejmá, že [žádný] výklad nepotřebují, a z nich si nyní vezmeme ten užitek, že se budeme učit žíznit po věcech, po nichž se opravdu a spasitelně žíznit má. Toto jsou slova proroka: „*Ohlížel jsem se, kdo by se rmoutil se mnou, a nebylo [nikoho]; a kdo by potěšil, a nenalezl jsem. A dali mi do jídla žluč a v mé žízni mě napojili octem.*“⁶⁵⁸ Proto ti, kdo Kristu Pánu dali chvíli předtím, než byl ukřižován, víno smíšené se žlučí a kdo ukřižovanému Pánu podali ocet, byli z těch, na něž si stěžuje slovy: „*Ohlížel jsem se, kdo by se rmoutil se mnou, a nebylo [nikoho]; a kdo by potěšil, a nenalezl jsem.*“

Někdo by se ale mohl ptát, zda se [snad] Přesvatá Panna, Matka Páně, a sestra jeho Matky, Maria Kleofášova, a Maria Magdaléna s apoštolem Janem, kteří stáli u kříže, opravdově a ze srdce nermoutili spolu s ním. Zdali se i ony ženy, které Pána následovaly na horu Kalvárii a oplakávaly ho,⁶⁶³ skutečně nermoutily? Nakonec, což i všichni apoštolové nebyli v době umučení zarmoucení? Vždyť jim sám Pán předpověděl: „*Svět se bude radovat, ale vy budete zarmoucení.*“⁶⁶⁴

⁶⁵⁵ Gratificari est gratum facere, beneficium dare, dono dare.

⁶⁵⁶ Propino, as, avi, atum, are – est praebibere, seu praegustato leviter vino poculum alteri offerre.

⁶⁵⁷ Consolor, aris, atus sum, ari (cum et solor) – est idem quod solor, dolorem vel timorem levo, confirmo, recreo, animos addo.

⁶⁵⁸ Ž 68,21–22.

⁶⁵⁹ Contristo, as, avi, atum, are (cum et tristis).

⁶⁶⁰ Plango, gis, xi, ctum, gere – speciatim, saepe dicitur de iis, qui flentes querentesque pectus tundunt, vultum, brachia feriunt praedolore.

⁶⁶³ Lk 23,27.

⁶⁶⁴ J 16,20.

vos vero contristabimini (Io 16,20). Omnino contristabantur omnes isti et serio contristabantur; sed non simul cum Domino contristabantur, quia non eadem erat tristitiae causa vel ratio in Christo et in aliis. Dominus autem ait: *Sustinui, qui simul contristaretur, et non fuit; et qui consolaretur, et non inveni*. Illi tristabantur de passione et morte Christi corporali: ille non de hac re tristabatur nisi ad breve tempus in horto, ut se vere hominem demonstraret; immo dicebat: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar* (Lc 22,15) et alio loco: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem* (Io 14,28). Quaenam igitur causa erat tristitiae Domino, in qua simul contristantes non invenit? perditio animarum, pro quibus patiebatur. Et quae erat causa consolationis, in qua consolantem non invenit, nisi salus animarum; quam sitiebat? Hanc unam consolationem quaerebat, hanc optabat, hanc esuriebat, hanc sitiebat; sed datum est ei fel in escam et acetum in potum. Fellis enim amaritudo peccata significat, quibus nihil est amarius ei, qui sensum gustandi habeat non infectum vel depravatum; aceti vero acrimonia⁶⁶¹ vel acerbitas⁶⁶² obstinationem significat in peccato, proinde merito Christus testabatur, quia videbat pro uno latrone converso non solum alterum latronem in obstinatione mansisse, sed multos alios item obstinatos manere, et ex Apostolis ipsis omnes fere scandalum passos, Petrum negasse, Judam desperasse.

Určitě, všichni tito se rmoutili a rmoutili se těžce, ale nermoutili se spolu s Pánem, protože u ostatních nebyla tatáž příčina nebo důvod zármutku jako u Krista. Pán totiž říká: „*Ohlížel jsem se, kdo by se rmoutil se mnou, a nebylo [nikoho]; a kdo by potěšil, a nenalezl jsem.*“ Oni se rmoutili z tělesného umučení a smrti Kristovy, on se nermoutil pro tuto věc, leda snad na krátký čas v zahradě, aby se ukázal být pravým člověkem. Naopak říkal: „*Toužil jsem [velikou] touhou jíst s vámi tuto Paschu dříve, než budu trpět.*“⁶⁶⁵ Jakápak tedy byla příčina Pánova zármutku, v němž nenalezl žádné spoluzarmoucené? Záhuba duší, za něž trpěl! A jaká byla příčina útěchy, v níž nenašel utěšitele, ne-li spása duší, po níž žíznil? Tuto jedinou útěchu hledal, tu si žádal, po ní hladověl, po ní žíznil. Ale byla mu dána do pokrmu žluč a ocet do nápoje. Hořkost žluče totiž označuje hříchy, nad něž není nic hořčího pro toho, kdo nemá svou chuť zkaženou nebo ztracenou. Ostrost neboli kyselost octa označuje zatvrzelost v hříchu. A tak Kristus oprávněně svědčil, že vedle jednoho obráceného lotra viděl nejen to, že druhý lotr zůstával v zatvrzelosti, ale [i to], že v zatvrzelosti setrvává i mnoho jiných a že z apoštolů se skoro všichni pohoršili, Petr zapřel, Jidáš zoufal.

⁶⁶¹ Acrimonia, ae, f.

⁶⁶² Acerbitas, atis, f. (acerbus) – proprie est austeritas asperitasque saporis in fructibus immaturis.

⁶⁶⁵ J 14,28.

Si quis igitur velit Christum in Cruce esurientem et sitientem et inde valde contristatum et dolentem consolari atque reficere: primum ipse se offerat vere paenitentem et peccata propria detestantem; deinde simul cum Christo tristitiam magnam in corde suo concipiat, quod tanta animarum multitudo cotidie pereat, cum tam facile possent omnes homines salvari, si redemptionis pretio uti vellent. Vere Apostolus Paulus unus erat ex iis, qui cum Christo tristabantur, cum ait in Epistola ad Romanos (Rom 9,1–4): *Veritatem dico in Christo, non mentior: ... quoniam tristitia mihi magna est et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitae, quorum adoptio est filiorum*, etc. Non poterat Apostolus magis amplificare desiderium suum erga salutem animarum quam illa exaggeratione,⁶⁶⁶ *Cupiebam anathema esse a Christo*. Significat enim ex sententia sancti Joannis Chrysostomi de compunctione cordis (Lib. 1) et in Epistola ad Romanos (Hom. 18) se adeo vehementer tristari de damnatione Judaeorum, ut, si fieri posset, cuperet ipse separari a Christo propter Christum; non quidem a caritate Christi separari cupiebat, de qua dixerat paulo ante: *Quis nos separabit a caritate Christi?* (Rom 8,35) sed a gloria Christi, malens ipse gloria caelesti privari, quam ut

Jestliže tedy někdo bude chtít Krista na kříži hladovějícího a žíznícího, a tedy velmi zarmouceného a trpícího, potěšit a občerstvit, zaprvé ať se sám stane kajícím a zřekne se svých vlastních hříchů a dále ať ve svém srdci má veliký zármutek spolu s Kristem z toho, že dennodenně hyne takové množství duší, přestože by všichni lidé mohli tak snadno být spaseni, kdyby jenom chtěli cenu vykoupení využít. Apoštol Pavel byl skutečně jedním z těch, kdo se rmoutili spolu s Kristem, když v listu Římanům říká: „*Říkám pravdu v Kristu a nelžu ..., protože mám veliký zármutek a neustálou bolest ve svém srdci. Toužil jsem totiž, abych já sám byl Kristem proklet místo svých bratrů, kteří jsou mými příbuznými podle těla, jsou Izraelité, jimž patří přijetí za syny*“⁶⁷² atd. Apoštol nemohl svou touhu po spáse duší vyjádřit silnějšími slovy než oním nadsazením: „*Toužil jsem být sám Kristem proklet*.“ Podle mínění sv. Jana Zlatoústého [v jeho spisech] O zkroušenosti srdce⁶⁷³ a Na list Římanům⁶⁷⁴ tím totiž vyjadřuje, že byl tak silně zarmoucen ze zavržení Židů, že – kdyby to bylo možné – toužil by sám být oddělen od Krista pro Krista. Netoužil však být oddělen od lásky Kristovy, o níž trochu dříve řekl: „*Kdo nás odloučí od lásky Kristovy?*“⁶⁷⁵ ale od Kristovy slávy, chtěje raději být sám zbaven nebeské slávy, než aby Kristus byl zbaven tak velikého plodu svého

⁶⁶⁶ Exaggeratio, onis, f. – aggerum constructio; Agger, eris, m. – generatim est quidquid ad implendas foveas aut ad tumulum erigendum coacervatur, et occurrit praesertim in re militari.

⁶⁷² Ř 9,1–4.

⁶⁷³ Sv. Jan Zlatoústý, *De compunctione cordis*, 1: PG 47, 393.

⁶⁷⁴ Sv. Jan Zlatoústý, *In Epistolam ad Romanos*, 18: PG 60, 569.

⁶⁷⁵ Ř 8,35.

Christus privaretur tanto fructu passionis suae, quantus apparet in conversione multorum milium Iudaeorum. Iste igitur vere tristabatur cum Christo et consolabatur dolorem Christi, sed paucos habet hoc tempore imitatores. Primum enim pastores animarum non pauci magis tristantur, si proventus⁶⁶⁷ Ecclesiae suae diminui aut etiam perire videant, quam si multus animarum numerus ex ipsorum absentia vel negligentia pereat. *Patientius*, inquit S. Bernardus (Lib. 4 de Consid. c. 9) de episcopis loquens, *ferimus Christi jacturam quam nostram. Cotidianas expensas⁶⁶⁸ cotidiano recipimus⁶⁶⁹ scrutinio⁶⁷⁰ et continua Dominici gregis detrimenta nescimus*. Non satis debet esse praelato, si ipse pie vivat et Christi virtutes privatim imitari satagat, nisi etiam subditos suos vel potius filios suos pios efficiat et per Christi vestigia ad vitam aeternam ducat. Proinde si Christo compati et cum illo tristari ejusque dolores consolari cupiunt, vigilant super gregem suum, non deserant oviculas⁶⁷¹ suas, verbo dirigant, exemplo praecedant.

Sed etiam de privatis hominibus jure queri⁶⁷⁷ potest Christus, quod cum illo non contristentur neque dolorem suum consolentur. Et si, cum in Cruce pendebat, merito querebatur de perfidia et obstinatione Iudaeorum, a quibus videbat tantum suum laborem doloremque

umučení, který se jeví v obrácení mnoha tisíců Židů. On se tedy skutečně rmoutil spolu s Kristem a utěšoval Kristův žal, ale v dnešních časech má maličko následovníků. Zprvč totíž nemálo pastýřů duší je více zarmoučeno z toho, když vidí, že se výnosy jejich církve zmenšují nebo dokonce mizí, než z toho, když veliký počet duší hyne v důsledku jejich nepřítomnosti nebo nedbalosti. Sv. Bernard⁶⁷⁶ mluvíc o biskupech říká: „Trpčlivěji snášíme ztrátu Kristovu než naši. Každodenní výdaje počítáme v každodenních kontrolách, a neustálé úbytky z Pánova stáda nevidíme.“ Prelát se nemá spokojit s tím, jestliže sám žije zbožně a usiluje se soukromě následovat Kristovy ctnosti, pokud také své podřízené, nebo spíše své syny, nečiní zbožnými a nevede je v Kristových šlépějích k věčnému životu. Tudíž jestliže touží trpět spolu s Kristem a s ním se rmoutit a potěšovat ho v jeho bolestech, ať bdí nad svým stádem, neopouštějí své ovečky, slovem usměrňují, příkladem předcházejí.

Ale také nad soukromými lidmi může Kristus právem naříkat, že nejsou zarmoučeni spolu s ním a nepotěšují ho v jeho bolesti. A jestliže, když visel na kříži, právem naříkal nad nevěrností a zatvrzelostí Židů, [protože] viděl, že pohrdají jeho tak velikým utrpením

⁶⁶⁷ Proventus, us, m. (provenio) – est quidquid nascitur, et alicunde provenit, et fructum affert, ut partus animalium, fruges, vina, poma.

⁶⁶⁸ Expensa, ae, f. – proprie est particip. praeter. pass. ab *expendo* (subaudi *pecunia*), sumptus, impensa.

⁶⁶⁹ Reciproco, as, (avi), atum, are – reciprocare est repetere, in contrariam partem reflectere, remittere, retrogradi; Bohem. nazpět pohybuji, zpět točím, obracím; r. animum – popadám dech.

⁶⁷⁰ Scrutinium, ii, n. (scrutor) – ἐξερεύνησις, investigatio, inquisitio.

⁶⁷¹ Ovicula vel ovecula, ae, f. – deminut. *pecorella*, προβάτιον, parva ovis.

⁶⁷⁶ Sv. Bernard z Clairvaux, *De consideratione*, 4, 6: PL 182, 786.

⁶⁷⁷ Queror, queri – lamentari, voce aut verbis dolorem significare. / quaero, ere – scrutari, indagare, perquirere, Germ. etwas suchen.

contemni et tam pretiosam medicinam sanguinis sui tamquam a phreneticis⁶⁷⁸ respui: quid nunc dicere potest, cum non jam de Cruce, sed de caelo videat, ab his, qui in eum credunt aut credere se dicunt, nihili fieri passionem suam, sacrum sanguinem conculcari, et nihil nisi fel et acetum sibi offerri, id est sine consideratione divini iudicii et sine metu gehennae multiplicari peccata? *Gaudium est in caelis super uno peccatore paenitentiam agente* (Lc 15,7); sed si paulo post ille, qui per fidem et baptismum natus videbatur in Christo, et qui per paenitentiam a morte revocatus videbatur ad vitam, iterum peccando moritur: nonne gaudium vertitur in tristitiam et lac in fel et vinum vertitur in acetum? Certe *mulier, quae, cum parit, tristitiam habet*, si vivum pariat puerum, *jam non meminit pressurae, quia natus est homo in mundum* (Io 16,21): sed si forte puer continuo moriatur aut etiam mortuus nascatur,⁶⁷⁹ nonne duplici dolore torquebitur? Sic etiam multi laborant confitendo peccata, fortasse etiam in jejuniis et eleemosynis non sine labore versantur; sed quia per conscientiam erroneam vel ignorantiam non probabilem ad indulgentiam non pervenerunt, nonne isti laborant in parturiendo, et tamen abortum faciunt et se ipsi et pastores suos duplici maerore⁶⁸⁰ conficiunt? Similes sunt ejusmodi homines viro aegrotanti, qui amarissimo pharmaco, unde sanitatem sperabat, sibi ipse mortem accelerat; vel agricolae, qui, post multos labores in vinea vel

a bolestí a jako šílení odvrhují tak drahocenný lék jeho krve; co nyní může říci, když už ne z kříže, ale z nebe vidí, že ti, kdo v něho věří, nebo říkají, že v něho věří, si nic nedělají z jeho umučení, pošlapávají posvátnou krev a nepřinášejí mu nic než žluč a ocet; tedy bez pomyslení na Boží soud a beze strachu z pekla množí hříchy? „*V nebi je radost nad jedním břišníkem činícím pokání.*“⁶⁸¹ Ale jestliže ten, kdo se skrze víru a křest zdál být narozen v Kristu a kdo se skrze pokání zdál být ze smrti znovu povolán do života, krátce nato znovu skrze hřích umírá, cožpak se [tehdy] radost neobrací v zármutek, mléko ve žluč a víno v ocet? Zajisté „*žena, která rodí, má zármutek*“, ale jestliže porodí živé dítě „*už nevzpomíná na bolesti, protože se na svět narodil člověk.*“⁶⁸² Jestliže ale snad dítě hned zemře nebo se dokonce narodí mrtvé, což nebude sevřena dvojnásobnou bolestí? Tak se také mnozí namáhají vyznáváním hříchů a možná i tráví čas v postech a almužnách – a to ne bez námahy – avšak když kvůli mylnému svědomí nebo nejisté nevědomosti nedosáhly odpuštění, což nejsou [právě] oni těmi, kdo trpí v porodních bolestech, a přece činí potrat a sami sebe i své pastýře postihují dvojitým zármutkem? Takoví lidé jsou podobni nemocnému člověku, který si velice hořkým lékem, od něhož s nadějí očekával uzdravení, sám urychluje smrt; anebo rolníkovi, který po mnohé práci na vinici nebo při

⁶⁷⁸ Phreneticus et phreniticus, a, um – φρενητικός, qui phrenesi laborat; phrenesis, is, f. insania, furor.

⁶⁷⁹ Nascor, nasceris, natus sum, nasci.

⁶⁸⁰ Moereo est idem ac tristis sum, aegresco, in moestitia sum.

⁶⁸¹ Lk 15,7.

⁶⁸² J 16,21.

agro colendo consumptos, improvisa grandine superveniente, proventus omnes, id est labores suos omnes amittit. Ista igitur sunt mala jure deflenda, et qui ista deflet et de his contristatur, is cum Christo in Cruce contristatur, et cum in istis depellendis malis pro viribus laborat, is Christi patientis in Cruce labores mirifice consolatur et cum Christo vicissim in caelo gaudenti gaudebit et cum regnanti regnabit.

CAPUT IX

De secundo fructu verbi quinti, qui est sitire veram aquam vivam.

Alia nec parum utilis consideratio mihi occurrit, dum sitim Christi in Cruce pendentis attente considero. Videtur enim mihi Dominus in eum sensum dixisse *Sitio*, quod dixit mulieri Samaritanae: *Da mihi bibere* (Io 4,7). Nam paulo post aperiens mysterium verbi sui adjunxit: *Si scires donum Dei, et quis est, qui dixit tibi: Da mihi bibere, tu forsitan petiisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam* (Io 4,10). Quomodo enim sitiet,⁶⁸³ qui est fons aquae vivae? annon de se loquebatur, cum diceret in Evangelio: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat* (Io 7,37)? Et nonne ipse est petra illa, de qua loquitur Apostolus ad Corinthos: *Bibebant de consequenti eos petra, petra autem erat Christus* (1Cor 10,4)? Denique nonne ipse est, qui loquitur ad Judaeos per Jeremiam:

obdělávání pole skrze neočekávané krupobití ztratí všechny výnosy, tedy všechny své námahy. Toto jsou tedy zla, která mají právem být oplakávána, a kdo tyto věci oplakává a rmoutí se nad nimi, ten se rmoutí spolu s Kristem na kříži. A jestliže se podle svých sil namáhá tato zla odstranit, pak Krista trpícího na kříži obdivuhodně utěšuje v jeho utrpení a na oplátku se bude v nebi s Kristem radujícím radovat a s kralujícím kralovat.

KAPITOLA 9.

Druhé ovoce pátého slova – žíznit po pravé vodě živé.

Druhé neméně užitečné rozjímání mě napadá, když pozorně uvažuji o žízni Krista visícího na kříži. Zdá se mi totiž, že Pán řekl „Žízním!“ v tom smyslu, jako řekl i ženě Samaritance: „*dej mi napít*“.⁶⁸⁷ Chvilí nato totiž, odkrýváje tajemství svého slova, připojil: „*Kdybys znala dar Boží, a kdo je ten, kdo ti řekl: ‚dej mi napít‘, ty bys snad byla požádala jeho, a byl by ti dal vodu živou.*“⁶⁸⁸ Jak totiž bude žíznit ten, kdo [sám] je pramenem živé vody? Anebo snad nemluví sám o sobě, když v evangeliu říká: „*Žízní-li kdo, ať přijde ke mně a pije.*“⁶⁸⁹ A není snad on sám tou skalou, o níž apoštol říká Korintánům: „*Pili ze skály, která je doprovázela, a tou skalou byl Kristus.*“⁶⁹⁰ A konečně, což on sám nemluví skrze Jeremiáše: „*Opustili mne, pramen vody*

⁶⁸³ Sitiet – ind. fut. a sitio, sitis, sitivi et sitii (sititum), sitire.

⁶⁸⁷ J 4,7.

⁶⁸⁸ J 4,10.

⁶⁸⁹ J 7,37.

⁶⁹⁰ 1Kor 10,4.

*Dereliquerunt me, fontem aquae vivae, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas,*⁶⁸⁴ *quae continere non valent aquas* (Ir 2,13). Videor igitur mihi videre Dominum in Cruce, tamquam in sublimi specula,⁶⁸⁵ respicientem orbem terrarum plenum hominibus sitientibus et languentibus⁶⁸⁶ prae siti, et occasione sitis suae corporalis eundem Dominum, misertum communem illam sitim generis humani, clamavisse: *Sitio*, hoc est, vere quidem sitio propter exhaustum jam atque exsiccatum humorem corporis mei, sed haec sitis in momento finietur; magis autem sitio, ut homines ex fide cognoscere incipiant, me esse verum fontem aquae vivae, et veniant ad me et bibant, et deinceps non sitient in aeternum.

O nos beatos, si contionem istam Verbi incarnati attentissimo corde audiremus. An non enim homines fere omnes sitiunt siti concupiscentiae ardentissima et insatiabili⁶⁹² aquas labentes⁶⁹³ et turbidas⁶⁹⁴ rerum transeuntium et defluentium, quae vulgo dicuntur bona, pecunias, honores, voluptates? Et quis umquam, istam aquam bibens, non sitivit iterum? Et quis umquam, Christum Magistrum audiens, gustare coepit aquam vivam sapientiae caelestis et caritatis divinae, qui non, continuo extincta siti rerum terrenarum, respirare coeperit in spem aeternae vitae, et deposita mordaci cura acquirendi et cumulandi terrena, non coeperit

*živé, a vykopali si cisterny, cisterny rozpukané, které nemohou udržet vodu.*⁶⁹¹ Zdá se mi tedy, že vidím Pána na kříži jako na [nějaké] vyvýšené pozorovatelně, jak hledí na celý svět plný lidí žíznících a pro [tuto] žízeň chřadnoucích a že tentýž Pán při příležitosti své tělesné žízně se slitoval nad onou společnou žízní lidského pokolení a zvolal: „Žízním!“ Tedy: „skutečně žízním kvůli spotřebování a vysušení tekutiny mého těla, ale tato žízeň se za chvíli skončí; více však žízním, aby lidé skrze víru začali poznávat, že já jsem pravým pramenem živé vody, a aby přišli ke mně a pili, a tak už nežíznili navěky.“

Ó, jak blažení bychom byli, kdybychom toto kázání vtěleného Slova poslouchali s co nejpozornějším srdcem. Což nejsou téměř všichni lidé sužováni žízní nejpálčivější a nenasytné žádostivosti po padajících a zvířených vodách pominutelných a prchavých věcí, které se obecně nazývají dobré: po penězích, poctách a rozkoších? A kdo kdy pil tuhle vodu a nežíznil znovu? A kdo kdy, poslouchaje Učitele Krista, začal okoušet živou vodu nebeské moudrosti a Božské lásky, a přitom nebyla hned uhašena jeho žízeň po pozemských věcech a nezačal dýchat nadějí věčného života a – poté co odložil hryzavou

⁶⁸⁴ Dissipo *vel* dissupo, as, avi, atum, are – est in varias partes jacere, dispergere, diffundere; Bohem. rozptylovat, rozrušit, zbořit.

⁶⁸⁵ Specula, ae, f. (specio) – locus editus, unde aliquid eminens prospici potest: cujusmodi est summus malus in navi et summa turris aliusve eminens locus, ubi vigilias milites agunt; Bohem. rozhledna, pozorovatelná.

⁶⁸⁶ Languo, gues, gui, guere, n. – est idem ac viribus deficior, vigore careo, flaccesco, infirmus sum.

⁶⁹¹ Jer 2,13.

⁶⁹² Insatiabilis, e, (in *privat. et* satio) – est qui satiari nequit, insaturabilis, inexplebilis; (satio est saturo, pasco, expleo).

⁶⁹³ Labor, beris, psus sum, bi, dep. 3. – labi est lubrico ac facili motu ferri, deorsum ferri, defluere, cadere.

⁶⁹⁴ Turbidus, a, um – est turbatus, cum turbine. turbo (inis, m.) dicitur quidquid in gyrum vertitur, circumagitur.

desiderare et sitire caelestia? Haec aqua viva, non ex terra ascendens, sed de caelo descendens, quam Dominus, fons aquae vivae, nobis dabit, si eam ab illo ardentibus precibus et non sine fonte lacrimarum postulabimus, non solum sitim sedabit rerum terrenarum, sed etiam erit nobis cibus et potus indeficiens toto tempore nostrae peregrinationis. Sic enim loquitur Isaias Propheta: *Omnes sitientes, venite ad aquas* (Is 55,1). Et ne forte putas, simplicem esse aquam vel magno pretio emendam subjungit: *Properate, inquit, venite et emite absque argento et absque ulla commutatione vinum et lac* (Ibid.) Aqua emenda⁶⁹⁵ dicitur, quia non sine aliquo labore, id est dispositione propria acquiritur,⁶⁹⁶ sed absque argento et absque ulla commutatione, quia gratis datur neque ullum aequale pretium inveniri posset. Et quam paulo ante vocaverat aquam, nunc appellat vinum et lac, quia res quaedam est pretiosissima, quae simul comprehendit virtutem sive perfectionem aquae, vini et lactis.

Haec est vera sapientia et caritas, quae dicitur aqua, quia refrigerat aestum⁶⁹⁹ concupiscentiae; vinum, quia calefacit et inebriat⁷⁰⁰ mentem ebrietate maxime sobria;⁷⁰¹ lac, quia nutrit dulci pabulo⁷⁰² praecipue infantes in Christo,

starost o nabývání a hromadění pozemských věcí – nezačal toužit a žíznit po nebeských? Tato živá voda, která nevystupuje ze země, ale sestupuje z nebe, a kterou nám dá Pán, pramen vody živé, jestliže ho o ni požádáme s vroucnými prosbami, a ne bez pramene slz, nejen že uhasí [naši] žízeň po pozemských věcech, ale také nám bude nevyčerpatelným pokrmem a nápojem po celý čas naší pouti. Takto totiž mluví prorok Izajáš: „*Všichni, kdo žízníte, pojďte k vodám.*“⁶⁹⁷ A abys snad nemyslel, že jde o obyčejnou vodu nebo o takovou, kterou je třeba koupit za vysokou cenu, dodává: „*Spěchejte, pojďte a kupujte bez stříbra a bez jakékoliv směny víno a mléko.*“⁶⁹⁸ Vodou, kterou je třeba koupit, je nazvána, protože se jí nenabývá zcela bez námahy, tedy bez vlastní připravenosti, avšak [dostáváme ji] bez stříbra a bez jakékoliv směny, protože se dává zdarma a ani není možno nalézt žádnou cenu [jí] přiměřenou. A to, co o něco dříve nazval vodou, nyní nazývá vínem a mlékem, protože je to věc nejdrahocennější, která zároveň obsahuje sílu nebo dokonalost vody, vína i mléka.

A to[uto živou vodou] je pravá moudrost a láska, která se nazývá vodou, protože shlazuje žár; vínem, protože zahřívá a opájí mysl opojením nanejvýš střízlivým; mlékem, protože živí sladkým pokrmem především

⁶⁹⁵ Emo, emis, emi, emptum vel emtum, emere.

⁶⁹⁶ Acquirere proprie est aliquid novi sibi comparare idque ceteris jam possessis addere, suas facultates atque opes augere.

⁶⁹⁷ Iz 55,1.

⁶⁹⁸ Iz 55,1.

⁶⁹⁹ Aestus, us, m. – est magnus calor, fervor.

⁷⁰⁰ Inebrio, as, avi, atum, are (in et ebrio) – est ebrium reddere.

⁷⁰¹ Sobrius est qui in potu temperatus est, vini parcus, cui ebrius opponitur.

⁷⁰² Pabulum, i, n. – est cibus proprie brutorum animalium, ut herba, faenum, palea, frondes, segetes etc; improprie de cibo jumentorum in castris; universim de quocumque cibo etiam hominum; translate de iis, quibus animus pascitur.

juxta illud Apostoli Petri: *Sicut modo geniti infantes lac concupiscite* (1Ptr 2,2). Haec eadem vera sapientia et caritas, concupiscentiae carnis contraria, est *jugum illud suave et onus leve* (Mt 11,30), quod qui libenter humiliterque suscipiunt, inveniunt requiem veram et solidam animabus suis, ut non amplius sitiant neque opus habeant aquas ex terrenis puteis haurire. Haec dulcissima requies animorum aperuit solitudines, implevit monasteria, reformavit clerum, ipsos etiam conjugatos ad moderationem non exiguam⁷⁰³ revocavit. Certe palatium Theodosii junioris imperatoris non absimile magno monasterio videbatur (Socr.lib. 7 c.22), et domus comitis Elzearii parvi monasterii formam praeferbat (Vide Surium tom. 5 die 27 Sept.). In utroque loco nulla jurgia, nullae contentiones audiebantur, sed psalmi et cantica sacra frequentissime resonabant. Haec omnia Christo debemus, qui siti sua sitim nostram exstinxit, et tamquam fons vivus aquis jugiter manantibus agros cordium nostrorum ita rigavit,⁷⁰⁴ ut siccitatem non timeant, nisi ab ipso fonte corda nostra (quod absit), inimico instigante,⁷⁰⁵ recedant.

nemluvňata [narozená] v Kristu, podle oněch slov apoštola Petra: „*Jako právě narozená nemluvňata dychtíte po mléku.*“⁷⁰⁶ Tato pravá moudrost a láska, opak tělesné žádostivosti, je ono „*příjemné jho a lehké břemeno*“.⁷⁰⁷ Ti pak, kdo ho ochotně a pokorně přijmou, naleznou pro své duše pravé a trvalé odpočinutí, aby už více nežíznili a nepotřebovali čerpat vody z pozemských studnic. Toto přesladké odpočinutí duší osídlilo pouště, naplnilo kláštery, obnovilo duchovenstvo a dokonce [věřící] žijící v manželství povolalo k nemalé zdrženlivosti. Tak se zajisté palác [byzantského] císaře Theodosia mladšího⁷⁰⁸ zdál být podobný velkému klášteru⁷⁰⁹ a dům dvořana Elzeara vypadal jako malý klášter.⁷¹⁰ Na obou místech nebyly slyšet žádné hádky, žádné spory, ale přechasto zde zněly žalmy a posvátné zpěvy. Za toto vše vděčíme Kristu, jenž svou žízní uhasil naši žízeň, a jako živý pramen neustále plynoucích vod tak zavlažil pole našich srdcí, aby se neobávala [žádné] vyprahlosti, jedině jestliže by naše srdce – a to nám budiž vzdáleno – pobádaná nepřítelem, odpadla od samotného pramene.

⁷⁰³ Exiguus est, quod ad mensuram vel numerum pertinet, limitibus circumscriptus, atque adeo parvus, exilis, tenuis, parvus.

⁷⁰⁴ Rigo, as, avi, atum, are – est aquam vel aliud simile derivare et diducere in agrum, in aliquem locum rivos deducere.

⁷⁰⁵ Instigo, as, avi, atum, are – est incitare, impellere.

⁷⁰⁶ 1Ptr 2,2.

⁷⁰⁷ Mt 11,30.

⁷⁰⁸ Theodosius II (408–450).

⁷⁰⁹ Socrates Scholasticus, *Historia Ecclesiastica*, 7, 22: PG 67, 783.

⁷¹⁰ Surius Laurentius, *Historiae seu vitae sanctorum*, díl 5. na den 27. září. – sv. Elzear ze Sabranu (1285–1325).

CAPUT X

De tertio fructu verbi quinti, hoc est de imitatione patientiae Filii Dei.

Tertius fructus, qui ex verbo quinto decerpi potest, est imitatio patientiae Filii Dei. Quamvis enim in verbo quarto claruerit humilitas cum patientia, tamen in verbo quinto, tamquam in proprio loco, summa et sola patientia Christi fulsisse videtur. Porro patientia non solum una ex magnis virtutibus est, sed etiam praeter ceteras valde necessaria. Sic enim loquitur S. Cyprianus (Sermo de bono patientiae): *Non invenio inter ceteras caelestis disciplinae vias, quid magis sit vel utilius ad vitam vel majus ad gloriam, quam, ut qui praeceptis Dominicis obsequio timoris ac devotionis innitimur,*⁷¹¹ *patientiam maxime tota observatione tueamur.* Sed antequam de necessitate patientiae aliquid dicamus, necesse est patientiam veram a falsa distinguere. Vera patientia est, quae tolerare jubet mala poenae, ut non cogatur facere mala culpaе (Vide S. August. 1. de patientia c. 1,2,3). Talis fuit patientia Martyrum, qui maluerunt tormenta subire carnificum quam Christi fidem abnegare, et maluerunt jacturam omnium bonorum pati quam diis falsis cultum adhibere. Falsa vero patientia est, quae suadet mala omnia tolerare, ut legi concupiscentiae pareatur, et amittere bona sempiterna, ut temporalia conserventur. Talis est patientia martyrum diaboli, qui facile tolerant famem et sitim, frigus et aestum et jacturam nominis

KAPITOLA 10.

Třetí ovoce pátého slova – následování trpělivosti Syna Božího.

Třetím ovocem, které může být z pátého slova získáno, je následování trpělivosti Božího Syna. Jakkoliv totiž ve čtvrtém slovu zazářila poníženost s trpělivostí, přesto se zdá, že v pátém slovu se vrcholná a samotná trpělivost skvěla jako na svém vlastním místě. A dále, trpělivost je nejenom jedna z velkých ctností, ale také více než ostatní velice nutná. Takto totiž mluví sv. Cyprián: „Mezi ostatními cestami nebeské nauky nenacházím [nic], co by bylo většího nebo užitečnějšího k [dosažení] slávy než to, abychom my, kdo setraváme v oddané službě Pánovým přikázáním bázně a zbožnosti, s plnou poslušností zachovávali nejvíce trpělivost.“⁷¹² Ale dříve, než něco řekneme o nezbytnosti trpělivosti, je nutno rozlišit pravou trpělivost od nepravé. Pravá trpělivost je [ta], která nařizuje trpět zla trestu, aby nebyla nucena konat zla viny.⁷¹³ Takovou byla trpělivost mučedníků, kteří raději chtěli podstoupit mučení katů než zapřít Kristovu víru a raději chtěli trpět ztrátu všech majetků než prokázat úctu falešným bohům. Falešná trpělivost je však [ta], která nabádá trpět všechna zla, aby se podřídila zákonu žádostivosti, a ztratit věčná dobra, aby si zachovala časná. Takovou je trpělivost mučedníků ďáblových, kteří snadno snášejí hlad a žízeň, mráz a horko i ztrátu

⁷¹¹ Innitor, niteris, nixus vel nisus sum, niti, dep. 3 – est in aliqua re niti, incumbere, inhaerere; Bohem. opírat se, spoléhat, spočívat; namáhat se, usilovat.

⁷¹² Sv. Cyprián, *De bono patientiae* 1: PL 4, 622–623.

⁷¹³ Sv. Augustín, *De patientia* 1–3: PL 40, 611.

boni et, quod admirabilius est, regni caelorum, ut opes adaugeant vel carnis concupiscentiae satisfaciant vel ad gradus honorum ascendant.

Jam vero patientia vera id habet proprium, ut omnes virtutes perficiat⁷¹⁴ et conservet; atque hoc est, quod sanctus Jacobus praedicat in laudibus patientiae, cum ait: *Patientia opus perfectum habet, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes*. (Iac. 1,4). Virtutes enim ceterae sine patientia non diu subsistere possunt propter difficultates, quae in earum actibus inveniuntur. Sed quando comitem habent patientiam, facile superant omnes difficultates. Patientia enim convertit prava in directa et aspera in vias planas (Is 40,4; Lc 3,5). Atque hoc adeo verum est, ut sanctus Cyprianus de ipsa etiam regina virtutum caritate dicat: *Caritas fraternitatis vinculum est, fundamentum pacis, tenacitas⁷¹⁵ ac firmitas unitatis, quae spe et fide major est, et martyria praecedit, quae nobiscum semper aeterna apud Deum in regnis caelestibus permanebit. Tolle illi patientiam, et desolata non durat; tolle sustinendi tolerandique substantiam, et nullis radicibus ac viribus perseverat* (Sermo de patientia). Quod idem facilius probat idem Cyprianus de castitate, de justitia, de pace cum proximis. *Sit fortis, inquit, et stabilis in corde patientia, et nec adulterio sanctificatum corpus et dei templum polluitur,⁷¹⁶ nec*

dobrého jména a – což je obdivuhodnější – [také] nebeského království, aby rozmnožili majetky nebo zadosti učinili žádostivosti těla anebo postoupili na [nějaký] stupeň pocty.

Avšak pravá trpělivost má tu vlastnost, že dokonává a uchovává všechny [ostatní] ctnosti, a to je to, co sv. Jakub káže při chválách trpělivosti, když říká: „*Trpělivost je dokonalá ve skutku, abyste byli dokonalí a neporušení a bez jakéhokoliv nedostatku.*“⁷¹⁸ Ostatní ctnosti totiž bez trpělivosti nemohou dlouho přetrvat kvůli obtížím, které se při jejich vykonávání vyskytují. Ale když mají za průvodkyni trpělivost, přemohou snadno všechny těžkosti. Trpělivost totiž obrací křivolaké v rovné a strmé v cesty přímé.⁷¹⁹ A to je natolik pravdivé, že sv. Cyprián i o samotné královně ctností, lásce, říká: „Láska je poutem bratrství, základem pokoje, upevněním a utvrzením jednoty, ona je větší než víra a naděje a předchází mučednictví, ona [jako] stále věčná s námi přetrvá u Boha v nebeských královstvích. Odejmi jí trpělivost, a zničena nepřetrvá; odejmi základ vytrvalosti a snášlivosti, a žádnými kořeny ani silami nevydrží.“⁷²⁰ A totéž snadněji potvrzuje tentýž Cyprián o čistotě, o spravedlnosti, o pokoji s bližními. Říká: „Bud' v srdci silná a trvalá trpělivost, a posvěcené tělo a chrám Boží se ani neposkvrní smilstvem, ani neposkvrněnost zasvěcená spravedlnosti se nenakazí dotykem

⁷¹⁴ Perficio, ficis, feci, ficere (per et facio).

⁷¹⁵ Tenacitas, atis, f. (tenax) – firmitas et perseverantia aliquid retinendi,

⁷¹⁶ Polluo, luis, lui, lutum, luere.

⁷¹⁸ Jak 1,4.

⁷¹⁹ Iz 40,4; Lk 3,5.

⁷²⁰ Sv. Cyprián, *De bono patientiae*, 15: PL 4, 631.

*justitiae dicata innocentia contagione*⁷¹⁷ *fraudis inficitur, nec post gustatam Eucharistiam manus gladio et cruore maculatur*. Haec ille, qui a contrario sensu significare voluit, neque castitatem adulterio resistere posse sine patientia, neque justitiam fraude vacare, neque sumptam Eucharistiam ab homicidio liberare. Hoc autem, quod scribit sanctus Jacobus de virtute patientiae, aliis verbis docent Propheta David et ipse Dominus et Apostolus ejus. David in Psalmo nono: *Patientia*, inquit, *pauperis non peribit in finem* (Ps 9,19), quia videlicet opus perfectum habet, ac per hoc fructus ejus numquam marcescet.⁷²¹ Dicitur enim patientia non perire, quia fructus ejus et merces semper manebit. Quomodo dicere solemus, labores agricolae perire, quando fructum non ferunt, et non perire, quando ferunt. Additur vox illa *pauperi*, quae hoc loco humilem significat, qui se pauperem agnoscit et sine adjutorio Dei nihil posse vel facere vel pati. Sic sanctus Augustinus exponit in libro de patientia (Cap. 15). Neque enim soli pauperes, sed etiam divites veram patientiam habere possunt, dummodo non in seipsis confidant, sed in Deo, a quo, ut veri pauperes donorum divinorum, patientiam petant et accipiant. Hoc idem Dominus ipse significare voluit, cum ait in Evangelio: *In patientia vestra possidebitis animas vestras* (Lc 21,19). Illi enim soli vere

porušení, ani ruce se po okušení Eucharistie neposkvrní mečem a krveprolitím.“ Tolik on, jenž z opačného hlediska chtěl vyjádřit, že bez trpělivosti nemůže ani čistota odporovat smilstvu, ani spravedlnost se vyhnout zkaženosti ani přijatá Eucharistie vysvobodit od vraždy.

To však, co sv. Jakub píše o ctnosti trpělivosti, učí jinými slovy [také] prorok David a sám Pán i jeho apoštol. David v devátém žalmu říká: „*trpělivost chudého nezahyne navěky*“;⁷²⁴ rozumí se, protože její skutky jsou dokonalé, a díky tomu její ovoce nikdy nezvadne. Říká se tedy, že trpělivost nehyne, protože její ovoce a odměny vždycky přetrvají. [Stejně] tak máme ve zvyku říkat, že hynou námahy rolníka, když nepřinášejí plod, a že nehynou, když [ho] přinášejí. Dodává se ono slovo „*chudého*“, které na tomto místě označuje poníženého, který poznává, že je chudý a bez pomoci Boží nemůže nic ani konat ani trpět. Takto to vykládá sv. Augustin v knize O trpělivosti.⁷²⁵ A nejen samotní chudí, ale také bohatí mohou mít pravou trpělivost, jestliže jen nebudou důvěřovat sami sobě, nýbrž Bohu a od něho, jako opravdu chudí na Boží dary, budou trpělivost žádat a přijímat. Přesně toto chtěl Pán naznačit, když v evangeliu říká: „*Ve své trpělivosti získáte své duše*.“⁷²⁶ Totiž pouze ti skutečně

⁷¹⁷ Contagio, onis, f. (contingo) – contagio est actio, qua quis contactu vim aliquam in alium exercet; saepius in malam partem accipitur, et dicitur de iis rebus, quarum contactus aliis nocet.

⁷²¹ Marcesco, is, ere, n. 3. *inchoat. a marceo*. – marcescere est flaccescere vigorem amittendo, ad putrefactionem accedere, putrescere; flaccidus, aut victus sum, torpeo, langueo: et videtur proprie dici de iis, quae vetera sunt et proxime ad putredinem accedunt: nam antequam plane putrescant, vigorem ac vim amittunt.

⁷²⁴ Ž 9,19.

⁷²⁵ Sv. Augustin, *De patientia*, 15: PL 40, 619.

⁷²⁶ Lk 21,19.

possidebunt animam, id est vitam suam ut propriam et quae a nullo subripi⁷²² possit, qui patienter tolerabunt omnes afflictiones⁷²³ et ipsam etiam corporis mortem, ut non peccent in Deum. Quamvis enim moriendo vitam videantur amittere, tamen non amittunt, sed in aeternum custodiunt eam. Mors enim justorum non mors, sed somnus, isque admodum brevis dici potest. Sed impatientes, qui, ut vitam corporis, non amittant, peccare non dubitant, vel Christum abnegando vel idola colendo vel libidini succumbendo vel aliud quodcumque scelus perpetrando, illi videntur quidem ad tempus conservare vitam suam, sed perdunt in aeternum vitam corporis et animae; et sicut veris patientibus recte dicitur: *Capillus de capite vestro non peribit* (Lc 21,18), sic impatientibus dici debet: *Membrum de corpore vestro immune a gehennae incendio non manebit*.

Denique hoc idem confirmat Apostolus dicens: *Patientia vobis necessaria est, ut, voluntatem Dei facientes, reportetis*⁷²⁸ *promissionem* (Hbr 10,36). Ubi patientiam non utilem, sed necessariam omnino esse pronuntiat, ut voluntatem Dei semper faciamus et, voluntatem Dei facientes, reportemus promissionem, id est *coronam gloriae, quam promisit Deus diligentibus se* (Iac 1,12) et mandata sua custodientibus. *Si quis enim diligit me, sermonem meum servabit et, qui non diligit me, sermones meos non*

získají duši, to znamená svůj život jako své vlastnictví, které jim nebude moci nikdo ukrást, kdo budou trpělivě snášet všechna soužení, ba i samotnou smrt těla, [jen] aby nezhršeli proti Bohu. Ačkoliv se totiž zdá, že smrtí život ztrácí, přece [ho] neztrácí, ale zachovávají ho navěky. Smrt spravedlivých totiž může být nazvána ne smrtí, ale spánkem, a to nadmíru krátkým. Ale netrpělívi, kteří, aby neztratili život těla, neváhají hřešit, buďto zřeknutím se Krista nebo uctěním model nebo poddáním se příjemnosti anebo spácháním jakéhokoliv jiného zločinu, ti se zajisté zdají, jako by si svůj život načas zachovali, ale ztrácejí navěky život těla i duše. A jako pravdivě trpělívy se správně říká: „*ani vlas z vaší hlavy se neztratí*“,⁷²⁷ tak netrpělívy musí být řečeno: „*ani [jeden] úd vašeho těla nezůstane ušetřen od pekelných plamenů*“.

Ostatně totéž potvrzuje apoštol slovy: „*Trpělivost je pro vás nezbytná, abyste plníce vůli Boží dosáhli příslibení*.“⁷²⁹ Zde trpělivost prohlašuje ne za užitečnou, ale za naprosto nutnou, abychom vždy konali Boží vůli a, konajíce vůli Boží, dosáhli příslibení, to znamená „*korunu slávy, kterou Bůh příslibil těm, kdo ho milují*“⁷³⁰ a jeho přikázání zachovávají. Totiž: „*Jestliže mně kdo miluje, bude zachovávat má nařízení*.“ A: „*Kdo mně*

⁷²² Surripio vel subripio, ripis, ripui, reptum, ripere – surripio est clam et dolo aufero, suffuro, subduco.

⁷²³ Afflictio vel adflictio, onis, f. (affligo) – proprie est allidendi vel percellendi actus, atque hinc sollicitudo quae vexat.

⁷²⁷ Lk 21,18.

⁷²⁸ Reporto, as, avi, atum, are – est retro porto, reveho, refero; speciatim de victore dicitur, et est referre, hoc est colligere, consequi, obtinere, et quasi domum secum ferre.

⁷²⁹ Žid 10,36.

⁷³⁰ Jak 1,12.

servat (Io 14,23–24). Itaque videmus totam Scripturam sibi ipsi cohaerentem, praedicare fidelibus patientiae necessitatem. Haec igitur causa est, cur Christus voluerit in exitu de hac vita testificari omnibus invisibilem quandam et acerbissimam et longissimam passionem suam, sitim videlicet, ut hoc tamquam exemplo proposito accenderemur ad patientiam in omni afflictione servandam. Fuisse autem Christi sitim vehementissimam, paulo ante in explicatione verbi *Sitio* demonstravimus. Quod vero longissima fuerit, nullo negotio demonstrari potest.

Ac ut incipiamus a flagellatione, cum Christus flagellaretur, jam fatigatus erat ex oratione prolixa et agonia ac sanguinis effusione in horto; deinde ex multis itineribus, quae illa ipsa nocte et die sequenti confecerat, ab horto ad domum Annae, a domo Annae ad domum Caiphae, a domo Caiphae ad domum Pilati, a domo Pilati ad domum Herodis, a domo Herodis ad domum Pilati: quae itinera multa milliaria⁷³² continent; neque Dominus a cena hesterna cibum vel potum vel somnum gustaverat, sed vexationes⁷³³ multas et gravissimas in domo Caiphae acceperat, ad quas omnes accessit flagellatio,⁷³⁴ quam sitis vehemens comitata est; et flagellatione finita, sitis non finem, sed incrementum⁷³⁵ accepit. Successit coronatio et illusio ac nova vexatio, quam etiam sitis comitata est; et coronatione finita, sitis non exstincta, sed

*nemiluje, nařízení má nezachováva.*⁷³¹ Vidíme tedy, že celé Písmo do sebe vzájemně zapadá a hlásá, že trpělivost je pro věřící nutná. Toto je tedy důvod, proč Kristus chtěl při odchodu z tohoto života všem dosvědčit [toto] své jaksi neviditelné, ale nejprudší a nejdelší utrpení, rozumí se žízeň, abychom tím jako názorným příkladem byli rozníceni k zachovávání trpělivosti v každém soužení. Že tedy Kristova žízeň byla tou nejprudší, to jsme trochu výše dokázali při vysvětlování slova „*Žízním!*“ Že však trvala převelice dlouho, [to] můžeme dokázat velmi snadně. A abychom začali od bičování: když byl Kristus bičován, už byl vyčerpán dlouhou modlitbou a agonií i proléváním krve v zahradě, následně mnohými cestami, které v té noci a následujícího dne vykonal – ze zahrady do domu Annášova, z domu Annášova do domu Kaifášova, z domu Kaifášova do domu Pilátova, z domu Pilátova do domu Herodova a z domu Herodova [opět] do domu Pilátova – a tyto cesty obsahují mnoho tisíc kroků, přičemž Pán od večere předešlého dne neokusil pokrm ani nápoj ani spánek, ale dostalo se mu mnohých a přetěžkých smýkání v Kaifášově domě. K tomu všemu se přidalo bičování, které doprovázela palčivá žízeň. A když se bičování skončilo, žízeň se neskončila, nýbrž zvětšila. Následovalo korunování [trním] a vysmívání

⁷³¹ J 14,23–24.

⁷³² *Milliarius vel miliarius*, a, um – mille continens, millenarius; item *milliarium* est columella, seu lapis erectus in viis, praesertim militaribus, inscriptas habens notas, quibus millia quaeque passuum significantur.

⁷³³ *Vexatio*, onis, f. (vexo) – concussio, quassatio, jactatio.

⁷³⁴ *Flagellatio*, onis, f.

⁷³⁵ *Incrementum*, i, n. (increasco) – augmentum; Bohem. vzrůst, potomstvo, dorost.

aucta est. Inde Crucis patibulo oneratus, quamvis ex tot itineribus et laboribus fessus et sitibundus, processit ad montem Calvariae. Itinere illo confecto, oblatum est ei vinum cum felle mistum; quod cum gustasset, noluit bibere. Itaque iter quidem finem accepit, sed sitis, quae toto itinere Dominum cruciaverat, sine dubitatione incrementum accepit; secuta est crucifixio, et ex quatuor vulneribus, quasi ex fontibus quatuor sanguine⁷³⁶ defluente, unusquisque per se cogitare potest, quam vehementer sitis creverit. Denique tribus horis sequentibus a sexta usque ad nonam horam in horribilibus illis tenebris, vix credi potest, quo sitis ardore sacratissimum illud corpus confectum fuerit. Et quamvis acetum ministri obtulerint ori ejus, tamen, quia non vinum vel aqua, sed acetum, id est aspera et ingrata potio fuit et valde modica, cum ex spongia gutta sorbere⁷³⁷ deberet et jamjam moriturus esset: verissime affirmare licet, Redemptorem nostrum a principio passionis usque ad obitum gravissimum hoc tormentum patientissime tolerasse. Quantum sit autem hoc tormentum, rari apud nos experiuntur, cum passim occurrant aquae, quibus sitis sedari possit; sed qui multos dies iter faciunt per loca deserta, illi experiuntur, quale sit tormentum sitis.

Scribit Curtius (Lib. 7 de rebus gestis Alexandri), aliquando Alexandro Magno, per

s novým smýkáním, které rovněž doprovázela žízeň. Když se korunování [trnám] skončilo, žízeň nebyla uhašena, nýbrž zvětšena. Následně byl obtížen dřevem kříže, a ačkoliv umořen a žíznící z tolika cest a útrap, vykročil na horu Kalvárii. Po dokončení této cesty mu bylo podáno víno smíšené se žlučí, které když okusil, nechtěl pít. Proto cesta sice skončila, ale žízeň, která po celou cestu Pána mučila, [ta] se bez pochyby zvětšila. Následovalo ukřižování, a protože ze čtyř [Pánových] ran vytékala krev, jako ze čtyř pramenů, každý sám může uvážit, jak velice se žízeň [ještě] vystupňovala. A nakonec, těžko si představit, jakým [asi] žárem sužovala žízeň ono nejsvětější tělo ve třech následujících hodinách od šesté do deváté hodiny během oněch hrůzných temnot. A i když mu [vojensktí] sluhové podali k ústům ocet, přece – protože to nebylo víno ani voda, ale ocet, tedy kyselá a nevhodná tekutina, a bylo [jí] velmi málo, protože musel kapky srkat z houby, a už už umíral – je nutno naprosto pravdivě přisvědčit, že Vykupitel toto nejtěžší mučení snášel nanejvýš trpělivě od začátku umučení až do [samotné] smrti. Jak veliké však toto mučení je, [to] u nás zakouší jenom nemnozí, protože se všude nacházejí vody, kterými může být žízeň utišena. Ale ti, kdo po mnoho dní putují pouští, zakouší, jakým mučením je žízeň.

Curtius⁷⁴⁰ píše, že Alexandr Veliký jednou putoval s vojskem pouští a po dlouhé pustině

⁷³⁶ ... sanguine defluente ... – abl. causalis.

⁷³⁷ Sorbeo, sorbes, sorbui, sorbere est aliquid liquidum, aut quod mandi opus non est, spiritum retrahendo, haurio.

⁷⁴⁰ Quintus Curtius Rufus, *De rebus gestis Alexandri*, kniha 7.

desertum cum exercitu iter facienti, occurrisse post longam ariditatem et sitim fluvium quendam; tanta vero aviditate coepisse milites aquam illam bibere, ut multi intercluso⁷³⁸ spiritu statim extincti fuerint; et addit: *Multosque major horum sic extinctorum numerus fuit, quam ullo amiserat bello*. Itaque ardor ille sitis tam erat intolerabilis, ut non possent milites illi sibimet imperare, ut inter bibendum aliquantulum respirarent, sic periit maxima pars exercitus Alexandri. Inveniuntur etiam, qui prae magnitudine sitis suavem putaverint aquam luto admixtam, oleum, sanguinem et alia sordidiora et horribiliora, quae nemo hauriret, nisi extrema necessitate coactus. Hinc⁷³⁹ discere debemus, quam acerba fuerit Christi passio et quanta in ea patientiae virtus eluxerit: quae nobis, Deo volente, innotuit, ut eam imitemur et ita Christo compatiamur, ut simul cum ipso glorificemur.

Sed audire mihi videor pias quasdam animas, quae libenter discerent, qua retiane possent ad hoc pervenire, ut patientiam Christi serio⁷⁴¹ imitarentur et cum Apostolo dicere possent: *Christo confixus sum Cruci* (Gal 2,19), et cum sancto Martyre Ignatio: *Amor meus crucifixus est* (Epist. ad Romanos). Res haec non est adeo difficilis, ut multi existimare videntur. Non enim necesse omnibus est humi cubare, flagellis ad sanguinem usque corpus proprium caedere, jejunare cotidie in pane et aqua, cilicium

a žízni narazil na jakousi řeku a že vojáci začali tu vodu pít s takovou chamtivostí, že mnozí, zatím co zadržovali dech, na místě zemřeli. A dodává: „*Těch, kdo takto zemřeli, bylo mnohem víc, než kolik ztratil v jakékoliv válce.*“ Tedy onen žár žízně byl tak nesnesitelný, že tito vojáci si nemohli poručit, aby se během pití trochu nadechli, a takto zahynula největší část Alexandrova vojska. Existují dokonce [lidé], kteří z důvodu velikosti žízně, považovali za příjemnou vodu smíchanou s blátem, olej, krev a jiné špinavé a odporné [tekutiny], které si nikdo nenabral, nebyl-li donucen [tou] nejzazší nouzí. Z toho se máme poučit, jak ukrutným bylo Kristovo umučení a jak veliká se v něm zaskvěla ctnost trpělivosti, na kterou nám z Boží vůle ukázal, abychom ji následovali a spolutrpěli s Kristem tak, abychom spolu s ním [také] byli oslaveni.

Ale zdá se mi, že slyším jakési zbožné duše, které by se rády poučily, jakým způsobem by mohly dospět k tomu, aby Kristovu trpělivost vážně následovaly a mohly [tak] s apoštolem říci: „*spolu s Kristem jsem ukřižován*“.⁷⁴² A se sv. mučedníkem Ignácem: „*má láska je ukřižovaná*“.⁷⁴³ Tato věc není tak obtížnou, jak se zdá, že se mnozí domnívají. Není totiž nutné, aby všichni spali na zemi, trestali své tělo bičováním až do krve, denně se postili o chlebu a vodě, denně na holém

⁷³⁸ Intercludo, cludis, clusi, clusum, cludere (inter et claudo). ... intercluso spiritu ... abl. absol. – když (protože) zadrželi (zadržovali) dech. Curt. 7. 5. 15. Qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu extincti sunt.

⁷³⁹ Hinc, adverb. – ab hic, ex hoc loco.

⁷⁴¹ Serio adverb. (serius) – vere, graviter: cui joco opponitur.

⁷⁴² Gal 2,19.

⁷⁴³ Sv. Ignác Antiochijský, *List Římanům*, 7: PG 5, 694.

asperum vel ferream catenam ad nudam carnem cotidie gerere et alia id genus ad carnem edomandam et cum vitiis et concupiscentiis crucifigendam facere. Illa enim laudabilia et utilia sunt, cum fiunt ab iis, qui possunt, et non sine consilio magistri spiritualis. Sed ego rationem exercendae patientiae et Christum patientem imitandi demonstrare piis lectoribus cupio, quae omnibus conveniat, et nihil insolitum, nihil novum, nihil quod ad populum auram captandam fieri ullus suspicari possit.

Primum igitur ajo, oportere patientiae amatorem in illis laboribus et doloribus libenter versari, quae certum sit voluntati divinae placere, juxta illud Apostoli: *Patientia vobis necessaria est, ut, voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem* (Hbr 10,36). Quid autem velit Deus nos patienter subire, non est difficile discernere vel docere. Primum enim pro comperto⁷⁴⁴ habemus ea, quae nobis mandat mater Ecclesia, quamvis dura vel difficilia sint, oboedienter et patienter perficienda esse. Quid nobis mandat Ecclesia? jejunia Quadragesimae, Quatuor Temporum et Vigiliarum. Ista si suscipiantur, ut oportet, non sine patientia perfici possunt. Nam si quis velit in diebus jejuniorum exquirere delicatas epulas, et in cena una seu prandio uno tantum cibi sumere, quantum in prandio simul et cena capere solitus erat et horam anticipare et postea sub vesperum cenulam sumere tam copiosam, ut cena dici possit: iste certe non facile esuriet neque sitiet neque patientia opus habebit; sed si serio statuat,

těle nosili drsnou žínici nebo železný řetěz a konali jiné podobné věci ke zkrocení těla a k [jeho] ukřižování spolu s [jeho] neduhy a žádostmi. Tyto věci jsou totiž chvalitebné a užitečné, pokud jsou konány těmi, kteří [to konat] mohou, a ne bez doporučení duchovního učitele. Já však toužím zbožným čtenářům ukázat způsob cvičení v trpělivosti a v následování Krista trpělivého, který je vhodný všem, a nemůže slibovat nic neobvyklého, nic nového, nic, o čem by se někdo mohl nadát, že mu to získá slávu u lidí.

Nejdříve tedy říkám, že je třeba, aby se milovníci trpělivosti rádi zdržovali při těch pracích a utrpeních, o kterých je jisté, že se líbí Boží vůli podle slov apoštola: „*Trpělivost je pro vás nezbytná, abyste plnící vůli Boží dosáhli přislíbení.*“⁷⁵⁶ Co však Bůh chce, abychom trpělivě podstupovali, to není těžké se naučit nebo vyučovat. Zaprvé totiž považujeme za jisté, že je třeba poslušně a trpělivě plnit to, co nám nařizuje matka Církve, jakkoliv je to tvrdé nebo obtížné. Co nám nařizuje Církve? Půst čtyřicetidenní, [půst o suchých dnech] čtyř [ročních] období a o vigiliích. Jestliže se tohle přijme, jak náleží, nemůže to být vykonáno bez trpělivosti. Neboť jestliže někdo bude chtít v postních dnech vyhledávat vybrané pokrmy a při jediné večeři nebo obědě [toho] snít tolik, kolik byl zvyklý požívat při obědě a večeři dohromady a bude jíst dřív, než se má, a potom v podvečer si dá „večeřičku“, která je tak hojná, že může být nazvána večeří – takový [člověk] zajisté těžko

⁷⁴⁴ Comperio, peris, peri, pertum, perire – est intelligo, rescio, invenio, deprehendo multa cum certitudine, recte ac certo scio.

⁷⁵⁶ Žid 10,36.

non anticipare horam, nisi morbus aut alia necessitas cogat, vulgares et viles epulas paenitentiae agenda accommodatas sumere easque in ea mensura, quae refectionem unam eamque ordinariam non excedat, et quod in alia refectione sumeretur, si dies jejunii non esset, dare pauperibus, ut sit juxta beatum Leonem, *refectio pauperis abstinentia jejunantis* (Sermo 11 de jejuniis 10. mensis). Et alibi: *Esuriamus paupulum, dilectissimi, et aliquantulum, quod juvandis possit prodesse pauperibus, nostrae consuetudini subtrahamus* (Sermo 9 de jejuniis 7. mensis). Et denique sub noctem cenula, quae sumi a multis solet, vere sit cenula: tum sine dubio patientia necessaria erit ad esuriam et sitim tolerandam, et sic jejunando Christi patientiam utcumque⁷⁴⁵ saltem imitabimur et Christo confixi erimus Cruci, saltem ex parte. At ista non sunt omnia necessaria. Ita sit, sed ad patientiam exercendam et ad Christi passionem imitandam necessaria sunt. Deinde mater Ecclesia jubet ecclesiasticos et regulares recitare vel canere septem horas canonicas, et ut fideles omnes saltem orando legant Dominicam orationem et Angelicam salutationem. Ista sacra lectio et oratio si fiat eo modo, quo posset et deberet fieri, sine dubio patientiae auxilio indigebit.⁷⁴⁶ Sed non desunt multi, qui, ut patientiae suffragio non indigeant, tollere⁷⁴⁷ satagunt omnes difficultates. Primum, quasi onus aliquod grave gerere debeant, velocissime

bude hladovět nebo žíznit nebo potřebovat trpělivost. Ale jestliže si vážně umíní nejíst dřív než se má, pokud ho k tomu nenutí nemoc nebo jiná nutnost, a požívat [jen] obyčejná a levná jídla uzpůsobená kajícínosti, a to [jen] v takové míře, která odpovídá jednomu řádnému občerstvení, a to, co by bylo snědno při druhém občerstvení, kdyby nebyl postní den, dát chudým, aby podle sv. Lva „zdrženlivost postícího se byla občerstvením chudého“;⁷⁵⁷ a jinde: „hladovme trochu, milovaní, a odejměme z toho, na co jsme zvyklí, tu trochu, která může prospět na podporu chudých“;⁷⁵⁸ a konečně [jestliže] malá večere, kterou jsou mnozí zvyklí večer požívat, bude skutečně malá: tehdy [nám] bude bezpochyby nutně [potřebná] trpělivost k snášení hladu a žízně a, takto se postíce, budeme alespoň v nějaké míře následovat Kristovu trpělivost a spolu s Kristem budeme přibíti na kříž, aspoň částečně. Avšak ne všechny tyto věci jsou nutné. Budiž, ale ke cvičení se v trpělivosti a k následování Kristova umučení nutné jsou. Dále matka Církve klerikům a řeholníkům nařizuje přednášet nebo zpívat sedm kanonických hodin a aby všichni věřící v modlitbě alespoň četli Modlitbu Páně a Andělské pozdravení. Toto svaté čtení a modlitba, jestliže bude konáno tím způsobem, jak je možno a náleží, bezpochyby si bude vyžadovat podporu trpělivosti. Ale

⁷⁴⁵ Utcumque vel utcunque (utquomque), adverb. – quocumque modo, quomodocumque.

⁷⁴⁶ Indigeo, ges, gui, gere, n. 2. (indu et egeo) – stricto sensu indigeo dicitur is, cui res aliqua deficit et occurrit cum Ablativo rei; Bohem. mám nedostatek, potřebuji, pohřešuji, bažím.

⁷⁴⁷ Tollo est sursum erigo, elevo – hic contrario sensu ut tolerare.

⁷⁵⁷ Sv. Lev Veliký, *Sermo 13 (alias 12) de jejuniis decimi mensis*: PL 54, 172.

⁷⁵⁸ Sv. Lev Veliký, *Sermo 94 (alias 92) de jejuniis septimi mensis*, 4: PL 54, 460.

percurrunt omnia, ut videlicet ab illo onere brevissime se expediant;⁷⁴⁸ deinde non erecti et stantes vel flexis genibus, sed sedentes vel deambulantes horas canonicas legunt, videlicet ut taedium lectionis et orationis vel sedendo minuatur vel deambulando levatur. Loquor autem de iis, qui privatim horas legunt, non de illis, qui in choro Psalmos decantant. Praeterea ne somnum interrumpere cogantur, non solum Horas diurnas, sed etiam nocturnas sole fulgente decantant. De attentione et mentis elevatione, cum Deus laudatur vel oratur, nihil dico, quia plerique nihil minus cogitant quam id, quod canunt vel legunt. Itaque sublata difficultate consumendi longum tempus in lectione vel oratione nec non surgendi ad horas nocturnas, et omisso labore standi vel flectendi genua et animum coercendi, ut non huc atque illuc divagetur,⁷⁴⁹ sed totus sit in iis, quae legit: mirum non est, si multi patientiae subsidio egere non videantur. Sed isti audiant, qua sollicitudine Horas canonicas sanctus Franciscus legebat, et tunc intelligent, hoc pium Officium sine patientiae auxilio peragi non posse. Sic igitur loquitur sanctus Bonaventura in Vita sancti Francisci (Cap. 10. Vitae S. Francisci): *Solitus erat vir sanctus Horas canonicas non minus timorate Deo persolvere*⁷⁵⁰ *quam devote. Nam licet oculorum, stomachi, splenis*⁷⁵¹ *et hepatis*⁷⁵² *aegritudine*

nescházejí mnozí, kteří aby podporu trpělivosti nepotřebovali, usilují se odstranit všechny obtíže. Jednak, jako by měli nést nějaké těžké břemeno, proběhnou celý [text] co nejrychleji. Zajisté, aby se toho břemene v co nejkratší [době] zbavili. A pak [také] nečtou kanonické hodinky vzpřímení a v stoje nebo v kleče na kolenou, nýbrž v sedě nebo při procházení se. Zajisté, aby odpornost čtení a modlení buďto zmenšili seděním nebo [si ji] zlehčili procházkou. Mluvím však o těch, kteří hodinky čtou soukromě, ne o těch, kteří zpívají žalmy v chóru. Kromě toho, aby nebyli nuceni přerušovat spánek, zpívají nejenom denní hodinky, ale také noční při zářícím slunci. O soustředění a pozdvižení mysle, když je Bůh chválen nebo vzýván, neříkám nic, protože většina „určitě“ nemyslí na nic jiného, než [na to], co zpívají nebo čtou. A proto, když byla odstraněna [ta] obtíž, že čtení či modlitba si vyžadovaly mnoho času i vstávání k nočním hodinkám, a po vynechání namáhavého stání nebo klečení na kolenou a nucení mysle, aby nebloudila sem tam, ale byla plně upřena na to, co čte, není divu, zdá-li se, že mnozí [už ani] podporu trpělivosti nepotřebují. Tito ale ať si poslechnou, s jakou usilovností četl kanonické hodinky sv. František, a tehdy porozumí, že takto zbožné officium nemůže být bez

⁷⁴⁸ Expedire proprie est pedem ligatum liberare, cui contrarium est impedire.

⁷⁴⁹ Divagor, aris, ari (dis et vagor) – vagor, huc atque illuc oberro.

⁷⁵⁰ Persolvere est idem quod solvere, vel totum solvere.

⁷⁵¹ Splen, splenis, m. – Graece est viscus illud in sinistra parte animalis ventriculo appositum, quod Latine *lienem* dicimus, quodque censent partem sanguinis e venis exuberantis recipere, hanc dein, imminuta ejusdem copia, restitutum; Bohem. slezina.

⁷⁵² Hepar, atis, n. – ἥπαρ, Latine usurpatur pro jecore; Bohem. játra

Jecur, jecoris et jecinoris et jecinoris, n. – est viscus maximum in dextra parte, sub praecordiis situm: cujus inspiciendi plurimus fuit in haruspicina usus.

laboraret, nolebat tamen muro vel parieti inherere, dum psalleret; sed Horas semper erectus et sine capucio, non gyrovagis oculis nec cum aliqua syncopa,⁷⁵³ persolvebat. Si quando esset in itinere constitutus, figebat tunc temporis gressum, hujusmodi consuetudinem reverentem et sacram ob pluviarum inundantiam⁷⁵⁴ non omittens. Graviter etiam se putabat offendere, si quando orationi deditus vanis phantasmatis interius vagaretur. Cum aliquod tale accideret, non parcebat confessioni, quin illud protinus⁷⁵⁵ expiaret. Psalmos cum tanta mentis attentione dicebat, quasi Deum praesentem haberet; et cum nomen Domini in eis occurreret, prae suavitatis dulcedine labia sua lingere videbatur. Certe si quis conari velit sic horas canonicas legere et noctu etiam surgere ad nocturnas Horas persolvendas, experiatur omnino, sine labore et patientia se non posse divino Officio satisfacere. Multa sunt alia, quae mater Ecclesia de voluntate Dei, ex Litteris sacris edocta, praecipit, quae sine patientia recte peragi non possunt, qualia sunt, dare superfluum opum pauperibus, ignoscere peccantibus in nos et satisfacere iis, quos nos offendimus; confessio peccatorum omnium saltem annis singulis; perceptio sacrosanctae Eucharistiae, quae non parvam exigit praeparationem; quae sine patientia recte peragi non possunt. Sed ego pauca ista per modum exempli ponere volui.

pomoci trpělivosti splněno. Takto totiž mluví sv. Bonaventura v Životě sv. Františka:⁷⁵⁹ „[Tento] svatý muž byl zvyklý plnit Bohu kanonické hodinky neméně bázlivě než zbožně. Neboť ačkoliv trpěl nemocemi žaludku, sleziny a jater, přece se nechtěl opírat o zeď či stěnu, když četl žalmy, ale konal hodinky vždycky vzpřímeně a bez kapuce, ne s roztěkanýma očima ani tak, že by něco vynechával. Jestliže se někdy nacházel na cestě, ustal na ten čas od chůze, neupouštěje od tohoto úctyhodného a posvátného zvyku ani kvůli silnému dešti. Také se domníval, že se vážně prohřešuje, když se někdy při modlitbě rozptýlil marnými myšlenkami. Když se něco takového přihodilo, neodpouštěl si zpověď, nýbrž ji konal bezodkladně. Žalmy říkal s takovou pozorností mysle, jako by byl Bůh přítomen, a když v nich narazil na jméno Boží, pro líbeznost sladkosti se zdálo, že olizuje své rty.“ Zajisté, jestliže se někdo chce snažit číst kanonické hodinky takto a vstávat i v noci k plnění nočních hodinek, silně zakusí, že bez námahy a trpělivosti nemůže posvátné officium splnit. A jsou i mnohé jiné [věci], které matka Církev z Boží vůle, poučena z posvátných písem, nařizuje a které bez trpělivosti nemohou být správně vykonány, jako: dávat nadbytečné majetky chudým, odpouštět těm, kdo se proti nám prohřešují, a zadosťučinit těm, které jsme my urazili; vyznání všech hříchů alespoň jednou za rok,

⁷⁵³ Syncope, es *et syncopa*, ae, f. – συγκοπή : concisio – apud Grammaticos est figura, qua littera vel syllaba de medio dictionis subtrahitur.

⁷⁵⁴ Inundare est aquis extra ripas diffluentibus obruere, redundare, exundare, superfluere.

⁷⁵⁵ Protinus generatim est continue et sine ullius rei interpositione.

⁷⁵⁹ Sv. Bonaventura, *Vitae S. Francisci*, cap. 10.

Alterum est, in quo divina voluntas cernitur et sine patientia perfici nequit, id totum, quod ad nos vexandos vel daemones vel homines faciunt. Quamvis enim homines mali et daemones pessimi, cum nos exercent, nihil boni cogitent: tamen Deus, sine quo illi nihil agere possunt, illam vexationem non permetteret, nisi nobis utilem esse judicaret; proinde omnis illa vexatio de manu Domini suscipienda ac per hoc patienter et libenter toleranda est. Sic Job simplex et rectus non ignorabat, stragem⁷⁶⁰ illam, quam passus est, cum una die perdidit omnes opes et omnes filios, ac deinde totius corporis sanitatem, a diaboli invidia processisse; dixit tamen: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum* (Iob 1,21), quia noverat, stragem illam sine Dei voluntate fieri non potuisse. Non haec dico, quasi velim homines ab hominibus vel a daemonibus afflictos non posse aut non debere resarcire damna, medicinam afferre corpori sequae resque suas defendere: sed hoc tantum admoneo, non esse cogitandum de ultione contra homines malos neque reddendum malum pro malo, sed patienter tolerandum, quod Deus nos tolerare voluerit, ut, voluntatem Dei facientes, reportemus promissionem.

Postremum illud est, ut intellegamus, omnia, quae casu vel fortuito accidere videntur, ut

přijímání nejsvětější Eucharistie, které si vyžaduje nemalou přípravu. Tyto věci nemohou být bez trpělivosti náležitě splněny. Já jsem však chtěl tyto nemnohé vzpomenout na způsob příkladu.

Druhé, v čem se spatřuje Boží vůle, ale nemůže to být snášeno bez trpělivosti, je to, co k našemu roztrpčení konají buďto démoni nebo lidé. Jakkoliv totiž zlí lidé a ještě horší démoni, když nás cvičí, nezamýšlejí nic dobrého, přeci jen Bůh, bez něhož nic konat nemohou, by toto trápení nedovolil, kdyby neusoudil, že je nám užitečné. A proto má být každé takové trápení přijímáno z Pánovy ruky a tím pádem také trpělivě a ochotně snášeno. Takto prostý a upřímný Job věděl, že ono neštěstí, které utrpěl, když v jeden den ztratil všechnen majetek i všechny děti a nakonec [ztratil] i zdraví celého těla, pocházelo z ďáblovy závisti, a přesto řekl: „*Pán dal, Pán vzal, budiž jméno Páně požehnáno.*“⁷⁶¹ Věděl totiž [také] to, že takové neštěstí se nemohlo stát bez Boží vůle. Neříkám to proto, že bych chtěl, aby se lidé trápení [jinými] lidmi nebo démony nemohli nebo nesměli vyhýbat škodám, užívat léky pro tělo a bránit sebe a své věci. Ale pouze upozorňuji, že se nemá pomýšlet na pomstu lidem zlým ani odplácet zlem za zlo, ale je třeba trpělivě snášet, co Bůh chtěl, abychom snášeli, abychom [tak], plníce Boží vůli, dosáhli příslibení.

Posledním je to, abychom pochopili, že všechno, co se zdá být náhodou či osudem,

⁷⁶⁰ Strages, is, f. – ruina, casus, clades rerum fractarum et huc illuc stratarum.

⁷⁶¹ Job 1,21.

nimiam siccitatem, nimiam pluviam, pestilentiam, penuriam⁷⁶² et alia id genus non sine providentia et voluntate Dei contingere; ac per hoc non queramus de elementis vel de ipso Deo, sed agnoscamus flagellum Dei et peccata nostra et, subjecti Deo, in humilitate vera patienter feramus omnia: sic enim fiet, ut placatus Deus relinquat post se benedictionem, et nos ut filios paterna pietate castiget, non ut adulterinos hereditate caelesti privet.⁷⁶³ Addam ex sancto Gregorio exemplum unum, ex quo intellegi possit, quanta sit merces patientiae. In homilia trigesima quinta super Evangelia narrat, quendam Stephanum adeo fuisse patientem, ut eos sibi prae ceteris amicos crederet, qui sibi molestiam aliquam irrogassent,⁷⁶⁴ et gratias pro contumeliis redderet: damna sibi illata lucra maxima existimaret, adversarios omnes in adiutoribus et benefactoribus numeraret. Hunc sine dubitatione mundus amentem et stultum esse censuisset, se ipse Apostolum Christi non surda aure audiverat dicentem: *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens* (1 Cor 3,18). Nam, ut in eodem loco sanctus Gregorius dicit, huic morienti Angeli multi visi sunt affuisse, qui ejus animam in caelum recta referrent; et ipse sanctus Doctor hunc Stephanum inter Martyres sanctos ob ejus patientiam eximiam numerare non dubitavit.

jako přílišné sucho, přílišný déšť, mor, nedostatek a jiné toho druhu, se neděje bez Boží prozřetelnosti a vůle, a tudíž, abychom nenaříkali na [přírodní] živly nebo na samotného Boha, ale abychom [v tom] rozpoznali Boží trest i své hříchy a, podřízeni Bohu, v pravdivé pokoře všechno nesli. Tak se totiž stane, že Bůh [bude] usmířen, dopřeje nám požehnaní, bude nás kárat jako syny s otcovskou dobrotivostí a neodejme nám nebeské dědictví jako [se to stává dítětem narozeným] ze smilstva. Přidám ze sv. Řehoře [Velikého] jeden příklad, z něhož se může porozumět, jaká je odměna trpělivosti. V třicáté páté homilii na evangelia vypráví o jakémsi Štěpánovi, který byl natolik trpělivý, že za své přátele považoval především ty, kdo mu způsobili nějakou nepříjemnost, a za urážky [jim] odplácel vděčností; škody sobě způsobené pokládal za největší zisk a všechny [své] protivníky počítal mezi pomocníky a dobrodince. Tohoto [člověka] nepochybně považoval svět za šíleného a hloupého, on však [jenom] ušima ne hluchýma uslyšel Kristova apoštola říkajícího: „*Jestliže se někdo mezi vámi zdá být moudrým v tomto světě, ať se stane hloupým, aby byl [skutečně] moudrým.*“⁷⁶⁵ Neboť jak říká sv. Řehoř na tomtéž místě, při jeho smrti byli spatřeni mnozí přítomní andělé, kteří jeho duši nesli rovnou do nebe a sám svatý učitel neváhal započítat

⁷⁶² Penuria et paenuria, ae, f. – est id, quod paene minus sit, quam necesse est.

⁷⁶³ Privo, as, avi, atum, are – generatim est aliquid cuiuspiam auferre, orbare, spoliare.

⁷⁶⁴ Irrogo vel inrogo, as, avi, atum are (in et rogo) – stricto sensu est legem contra aliquem rogare; latiori sensu, seu generatim est constituere, imponere, infligere.

⁷⁶⁵ 1Kor 3,18.

tohoto Štěpána mezi svaté mučedníky [právě] pro jeho vynikající trpělivost.

CAPUT XI

De quarto fructu verbi quinti, qui est sitire gloriam Dei, honorem Christi et salutem nostram ac salutem fratrum nostrorum.

Adhuc superest fructus unus, isque dulcissimus, qui ex verbo *Sitio* decerpi potest. Sanctus enim Augustinus enarrans Psalmum sexagesimum octavum, exponens verbum *Sitio* dicit, eo verbo significatum fuisse non solum desiderium potus corporalis, sed etiam desiderium, quo Christus flagrabat fidei et salutis inimicorum suorum. Sed possumus nos occasione accepta ex sancti Augustini sententia paulo altius ascendere ac dicere, Christum sitivisse gloriam Dei et salutem hominum, nos autem sitire debere gloriam Dei, honorem Christi, salutem nostram et salutem fratrum nostrorum. Et quidem, quod Christus sitierit gloriam Patris et salutem animarum, dubitari non potest; id enim clamant omnia opera ejus et omnes conditiones ejus et omnes passionem ejus et omnia miracula ejus. Nobis potius cogitandum est, ut non simus ingrati tanto benefactori; qua ratione sic inflammari possimus, ut vere sitiamus honorem Dei, qui *sic dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret* (Io 3,16), et simul Christi gloriam vere atque ardentem sitiamus, qui *dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis hostiam et oblationem Deo in odorem suavitatis* (Eph 5,2); necnon ut sic vere

KAPITOLA 11.

Čtvrté ovoce pátého slova – žíznit po slávě Boží, cti Kristově a naší spáse i spáse našich bratří.

Ještě [nám] zůstává jeden plod, a to [ten] nejsladší, který může být ze slova „Žízním!“ získán. Sv. Augustin totiž, vykládajíc žalm šedesátý osmý a vysvětlujíc slovo „Žízním!“, říká, že tímto slovem byla naznačena nejen touha po tělesném nápoji, ale také touha, kterou Kristus prahnul po víře a spáse svých nepřátel. My však můžeme při příležitosti [tohoto] výroku sv. Augustina vystoupit k trochu vyššímu smyslu a říci, že Kristus žíznil po slávě Boží a spáse lidí, my však máme žíznit po slávě Boží, po Kristově cti, po své spáse a spáse našich bratří. O tom, že Kristus žíznil po Otcově slávě a spáse duší, samozřejmě nemůže být pochyb. To totiž prohlašují všechny jeho skutky a všechna jeho kázání i všechna jeho utrpení a všechny jeho zázraky. My spíše máme uvažovat [o tom], abychom takovému dobrodinci nebyli nevďeční, a tímto způsobem se můžeme nadchnout tak, že skutečně budeme žíznit po cti Boha, jenž „*tak miloval svět, že Syna svého jednorozeného dal*“, ⁷⁶⁸ a zároveň budeme skutečně a také horoucně žíznit po pravé slávě Krista, jenž „*si nás zamiloval a sebe samého vydal za nás jako oběť a žertvu Bohu příjemnou*“. ⁷⁶⁹

⁷⁶⁸ J 3,16.

⁷⁶⁹ Ef 5,2.

compatiamur⁷⁶⁶ fratribus nostris, ut salutem ipsorum ardentissime sitiamus. Sed illud nobis est maxime necessarium, ut salutem propriam ita vere et ex animo sitiamus, ut sitis illa cogat nos omnia pro viribus cogitare et loqui et agere, quae ad salutem nostram consequendam expediunt. Si enim nos neque honorem Dei neque Christi gloriam neque salutem proximorum sitiamus, non propterea vel Deus honore debito carebit, vel Christus gloria sua privabit, vel proximi salutem non consequentur: sed nos ipsi vere peribimus in aeternum, si salutem propriam sitire neglexerimus. Ex quo mihi saepe vehemens admiratio subit, unde fiat, ut sciamus, Christum salutem nostram tam ardentem sitivisse, et nos ipsi, qui certo credimus, Christum esse Dei sapientiam, non moveamur ad ejus exemplum imitandum in re, quae nobis super omnia necessaria est. Nec minus admiror, quod nos ipsi temporalia bona tam ardentem sitiamus, quasi essent bona sempiterna; et salutem vere sempiternam tam neglegenter quaeramus et non solum non sitiamus, sed vix leviter desideramus, quasi res esset momentanea et levis. Adde, quod temporalia non sint pura bona, sed admixta malis plurimis, et tamen solliciti⁷⁶⁷ et anxie appetuntur; salus aeterna nullum malum habet admistum, et tamen sic neglegitur, sic leviter appetitur, ac si nihil solidi contineret. Illumina, Domine, oculos meos interiores, ut inveniam aliquando tam noxae ignorantiae causam.

Rovněž [se také můžeme nadchnout tak], abychom pravdivě soucítili s našimi bratry a horoucně žíznil po jejich spáse. Ale pro nás je nejvíce nutné to, abychom opravdově a z duše žíznil po [své] vlastní spáse tak, aby nás tato žízeň poháněla ze všech sil myslet, mluvit i konat všechno, co prospívá k dosažení naší spásy. Jestliže totiž nebudeme žíznit ani po Boží cti ani po Kristově slávě ani po spáse bližních, Bohu proto nebude náležitá čest chybět, ani Kristus nebude zbaven své slávy, ani [naši] bližní spásy; nýbrž my sami skutečně zahyneme navěky, jestliže [povinnost] žíznit po své spáse zanedbáme. A z tohoto důvodu mě často přepadá silný údiv, jak je to možné, že my víme, že Kristus po naší spáse tak horoucně žízní, ale my sami, jenž s jistotou věříme, že Kristus je Moudrost Boží, [tím] nejsme pohnuti k následování jeho příkladu ve věci, která je pro nás nadevše nutná. A neméně se podivuji, že my sami tak prudce žízníme po dočasných dobrech, jako by to byla dobra věčná, ale spásu skutečně věčnou hledáme tak nedbale, a nejen [že po ní] nežízníme, ale sotva [po ní] trošku toužíme, jako by to byla věc chvilková a lhostejná. Dodej, že věci časné nejsou čistá dobra, ale [dobra] smíšená s mnoha zly, a přesto je o ně [tak] pečlivě a úzkostlivě usilováno. Věčná spása [však v sobě] nemá přimíšeno žádné zlo, a přesto je tak zanedbávána, tak malinko se o ní usiluje, jako kdyby v sobě neobsahovala nic jistého. Osvět, Pane, mé

⁷⁶⁶ Compatior, pateris, passus sum, pati, dep. 4. (cum et patior) – simul patior; proprie. *Tertull. advers. Prax.* 29. Quid est compati, quam cum alio pati.; item misericordia moveri.

⁷⁶⁷ Anxie est solliciti, cum anxietate; solliciti – starostlivě; anxie – úzkostlivě.

Amor certe desiderium parit, desiderium vero, cum ardere vehementer incipit, sitis appellatur. Sed quis potest non amare salutem⁷⁷⁰ propriam, praesertim aeternam et ab omni malo immunem?⁷⁷¹ Et si non vehementer desideratur, cur non ardentem sititur, cur non totis viribus quaeritur? Fortasse ratio est, quia salus aeterna non cadit sub sensum, ideoque neque experimentum ejus habemus, quale plane nobis adest salute corporali; proinde istam siti-mus, illam frigide desideramus. Sed si res ita se habet, unde David, qui homo mortalis erat, tam ardentem visionem sitiebat Dei, in qua visione salus aeterna consistit, ut clamaret: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* (Ps 41,2–3). Ubi Propheta, adhuc in terris manens, visionem Dei, quae est ipsa salus aeterna, ardentissime sitiebat. Quod idem non soli contigit Davidi, sed viris plurimis sanctitate insignibus, quibus res omnes terrenae sordabant⁷⁷² et insipidae⁷⁷³ videbantur, et sola vehementissime sapiebat et dulcissima esse videbatur memoria vel recordatio Dei. Non igitur causa, cur nos non ardentem sitiamus beatitudinem sempiternam, ea est, quod ea sub sensum non cadat, sed quod non attente et assidue cum plena fide cogitatur. Cur autem non ita,

vnitřní oči, abych někdy našel příčinu [tého] tak zhoubné ignorance [čili nevědomosti].

Láska zajisté plodí touhu a touha, která začíná silně planout se nazývá žízeň. Ale kdo může nemilovat [svou] vlastní spásu, především [tu] věčnou, prostou každého zla? A jestliže se po ní silně netouží, proč se [po ní aspoň] horoucně nežízní, proč není ze všech sil hledána? Snad je důvodem [to], že spása nepadá [do oblasti] smyslového [poznání], a proto s ní ani nemáme [takovou] zkušenost, jako se spásou tělesnou, a tak po té [tělesné] žízníme, po oné [věčné jenom] chladně toužíme. Ale je-li tomu tak, proč David, jenž byl smrtelným člověkem, tak horoucně žíznil po vidění Boha – přičemž [právě] v tomto vidění spočívá věčná spása – že volal: „*Jako laň dychtí po bystré vodě, tak dychtí má duše po tobě, Bože. Kdy už přijdu a ukážu se před tváří Boží?*“⁷⁷⁶ Zde prorok, dosud dlící na zemi, nejhoroucněji žíznil po vidění Boha, a toto vidění je samotná věčná spása. Toto se nestalo jenom Davidovi, nýbrž i mnoha [jiným] mužům znamenité svatosti, jimž se všechny pozemské věci hnusily a zdály se jim být odporné a jenom samotná vzpomínka nebo myšlenka na Boha jim byla velice milou a zdála se jim být tou nejvyšší sladkostí. Příčinou proč horoucně nežízníme po věčné blaženosti tedy není to, že tato [blaženost] nepadá do oblasti smyslů, ale to, že se o ní pozorně a usilovně s plnou vírou nerozjímá. A

⁷⁷⁰ Salus, utis, f.

⁷⁷¹ Immunis est qui vacat a muneribus, quae alii praestare debent.

⁷⁷² Sordeo, sordes, sordui, sordere, n. 2. (sordes) – est sordidus sum, sordibus turpor, squalidus sum.

⁷⁷³ Insipidus est non sapidus, saporis expers, insulsus.

⁷⁷⁶ Ž 41,2–3.

ut oportet, cogitetur,⁷⁷⁴ causa est, quia nos spirituales non sumus, sed animales. *Animalis enim homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei.* (1 Cor 2,14). Quare si cupis, anima, sentire salutem tuam et aliorum, et multo etiam magis honorem Dei et gloriam Christi, audi beatum Jacobum dicentem: *Si quis ex vobis indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat.*⁷⁷⁵ *et dabitur ei.* (Iac 1,5). Neque enim ista tam sublimis sapientia in scholis mundi reperitur, sed in solo auditorio spiritus Dei, qui hominem animalelem convertit in spirituale; neque satis est semel et frigide petere, sed oportet perseverare pulsando et innarrabili gemitu clamare ad aures Patris. Si enim pater carnalis ploranti filiolo et panem poscenti denegare non solet: *quanto magis*, inquit Dominus, *Pater vester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se?* (Lc 11,13).

CAPUT XII

Exponitur ad litteram verbum sextum:

Consummatum est. Ion 19,30

Verbum sextum a Domino in Cruce prolatum, refertur ab eodem sancto Joanne ut paene conjunctum cum quinto. Statim atque Dominus dixerit: *Sitio*, et acetum sibi oblatum biberat, addit sanctus Joannes: *Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est*

důvodem, proč není rozjímána tak, jak je třeba, je to, že nejsme duchovní, nýbrž živočišní: Totiž: „Člověk živočišný nechápe věci Božího Ducha.“⁷⁷⁷ A proto, duše, jestliže touží žít po spáse své i bližních a také mnohem více [žít] po Boží cti a Kristově slávě, slyš blaženého Jakuba, který říká: „Jestliže někomu z vás schází moudrost, žádej od Boha, který všem dává štědře a bez výčitek, a bude mu dána.“⁷⁷⁸ Ale tato tolik vznešená moudrost se nenachází ve školách [tohoto] světa, nýbrž jediné v posluchárně Ducha Božího, který člověka živočišného obrací na duchovního. A nestačí žádat jednou a chladně, ale sluší se vytrvale klepat a s nevýslovným lkáním volat k uším Otce. Jestliže totiž tělesný otec plačícímu dítěti, které žádá chléb, obvykle [jeho prosbu] neodmítá, „čím více“, říká Pán, „váš Otec z nebes dá dobrého Ducha těm, kdo ho žádají?“⁷⁷⁹

KAPITOLA 12.

Šesté slovo: „Dokonáno jest!“⁷⁸⁰

Šesté slovo pronesené Kristem na kříži je tímž sv. Janem podáno jako téměř spojené s pátým. Hned jak Pán řekl: „Žízním!“ a napil se octa, který mu podali, dodává sv. Jan: „Když tedy Ježíš okusil octa, řekl: „Dokonáno jest!“⁷⁸³ A pravdaže v literárním smyslu není

⁷⁷⁴ Cogitetur – conj. praes. pass. a cogito, as, avi, atum, are.

⁷⁷⁵ Impropero vel inpropero, as, āvi, ātum, are – duo diversa significat: intro properare, hoc est festinanter et properanter ingredi; ab in et probrum significat crimen aut aliquod probrum alicui obicere.

⁷⁷⁷ 1Kor 2,14.

⁷⁷⁸ Jak 1,5.

⁷⁷⁹ Lk 11,13.

⁷⁸⁰ J 19,30.

⁷⁸³ J 19,30.

(Io 19,30). Et quidem ad litteram nihil aliud est *Consummatum est*, nisi consummatum ac perfectum est opus passionis. Siquidem opera duo⁷⁸¹ injunxerat⁷⁸² Pater Filio; unum praedicandi Evangelium, alterum patiendi pro genere humano. De priore opere dixit Dominus apud Joannem: *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut facerem: manifestavi nomen tuum hominibus* (Io 17,4). Haec dixit Dominus post ultimam et longissimam contionem habitam ad discipulos post cenam. Proinde tunc consummavit primum opus, quod ei Pater injunxerat. Alterum opus erat bibendi calicem passionis, de quo Dominus ait: *Potestis bibere calicem, quam ego bibiturus sum?* (Mt 20,22; Mc 10,38). Et alibi: *Pater, si vis, transfer calicem hunc a me* (Mc 14,36; Lc 22,42). Et alibi: *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam illum?* (Io 18,11). De hoc igitur Dominus proximus morti ait: *Consummatum est*; calicem enim exhausti totum usque ad faeces, nihil jam superest, nisi ut abeam ex vita. *Et inclinato capite tradidit spiritum* (Io 19,30).

Sed quoniam neque Dominus ipse neque sanctus Joannes, brevitati⁷⁸⁹ consulens,⁷⁹⁰ explicaverunt, quod esset illud, quod consummatum est, data est nobis occasio ad plura mysteria,

„*Dokonáno jest!*“ nic jiného než: „Dovršeno a dokonáno je dílo umučení.“ Otec totiž Synovi uložil dvojí dílo: jedno kázání evangelia, druhé utrpení za lidské pokolení. O prvním díle Pán řekl u Jana: „*Dokonal jsem dílo, které jsi mi dal, abych ho vykonal ... zjevil jsem tvé jméno lidem.*“⁷⁸⁴ Toto Pán řekl po posledním a nejdelším kázání, které měl ke svým učedníkům po večeři. Tehdy tedy dokonal první dílo, které mu Otec uložil. Druhé bylo dílo pití kalicha umučení, o kterém Pán řekl: „*Můžete pít kalich, který já mám pít?*“⁷⁸⁵ A jinde: „*Otče, jestliže chceš, odejmi ode mne tento kalich.*“⁷⁸⁶ A jinde: „*Kalich, který mi dal Otec, nechceš, abych jej pil?*“⁷⁸⁷ O tomto tedy Pán [už] blízky smrti [teď] říká: „*Dokonáno jest!*“ — „Kalich jsem totiž vypil celý až na usazeniny, už nezůstává nic, jenom to, abych odešel ze života.“ — „*A nakloniv hlavu odevzdal ducha.*“⁷⁸⁸

Ale protože ani sám Pán ani sv. Jan, snažíc se o stručnost, nevyložili, co je tím, co bylo dokonáno, byla nám dána příležitost vztahovat to, ne bez důvodu a užitku, na mnohá

⁷⁸¹ Duo – acc. pl. n.

⁷⁸² Injungo, jungis, junxi, junctum, jungere (in *et jungo*) – stricto sensu est aliquid in rem aliquam infigere atque adeo cum ea jungere – latiori sensu est idem quod jungere, adjungere, innectere, conjungere; translate saepe est imponere, irrogare (id est constituere, imponere, infligere) – Otec Synovi uložil dvojí dílo...

⁷⁸⁴ J 17,4-6.

⁷⁸⁵ Mt 20,22; Mk 10,38.

⁷⁸⁶ Mk 14,36; Lk 22,42.

⁷⁸⁷ J 18,11.

⁷⁸⁸ J 19,30.

⁷⁸⁹ Brevitas, atis, f. (brevis) – est contractio, parvitas, sive abstracta qualitas, qua quid est exiguum, parvum, non altum, neque longum, neque latum.

⁷⁹⁰ Consulo, sulis, sului, sultum, sulere – cum Dativo personae aut rei significat habere rationem et curam alicujus personae aut rei, tueri, providere, prospicere.

non sine ratione et fructu, illud applicandi. Primum igitur sanctus Augustinus in commentario hujus loci refert vocem illam *Consummatum est* ad impletionem Prophetiarum, quae de ipso erant. *Sciens enim*, inquit Evangelista, *quia jam omnia consummata erant, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio*; et paulo post, *accepto aceto, dixit: Consummatum est* (Io 19,28–30), id est impletum est illud, quod superaret adimplendum. Ex quo intellegimus, etiam illum voluisse dicere, consummata et adimpleta jam esse, quae de ipsius vita et morte praedicta a Prophetis fuerant. Vere enim omnia praedicta fuerant. Conceptio: *Ecce, Virgo concipiet* (Is 7,14); natiuitas in Bethlehem: *Et tu, Bethlehem terra Juda, ... ex te exiet Dux, qui regat populum Israel* (Mich 5,2; Mt 2,6; Io 7,42); apparitio novae stellae: *Orietur stella ex Jacob* (Num 24,17); adoratio regum: *Reges Tharsis et insulae munera offerent* (Ps 71,10); praedicatio Evangelii: *Spiritus Domini super me, evangelizare pauperibus misit me* (Is 61,1; Lc 4,18); miracula: *Deus ipse veniet et salvabit vos. Tunc aperientur oculi caecorum et aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut cervus claudus et aperta erit lingua mutorum* (Is 35,4–6); sessio super asinam et pullum ejus: *Ecce, Rex tuus veniet tibi justus et Salvator, ipse pauper, et ascendens super asinam et pullum filium asinae*

tajemství. Nejprve tedy sv. Augustin v komentáři tohoto místa vztahuje ono „*Dokonáno jest!*“ na naplnění prorocství, která o něm byla [pronesena]. Evangelista říká: „*Vědouc totiž, že se už naplnilo všechno, aby se naplnilo Písmo, řekl: „Žízním!*““ A krátce potom: „*Když přijal ocet, řekl: „Dokonáno jest!*““⁷⁹¹ To znamená: „Naplnilo se to, co k naplnění zůstávalo.“ Z toho rozumíme, že také chtěl říci, že už jsou dokonány a naplněny ty věci, které byly o jeho životě a smrti předpovězeny proroky. Vpravdě totiž všechno bylo předpovězeno. Početí: „*hle, Panna počne*“;⁷⁹² narození v Betlémě: „*a ty, Betléme v zemi Judské ... z tebe vzejde Vůdce, který bude spravovat lid Izrael*“;⁷⁹³ objevení nové hvězdy: „*vzejde hvězda z Jakuba*“;⁷⁹⁴ klanění králů: „*králové Taršíše a ostrovy přinesou dary*“;⁷⁹⁵ kázání evangelia: „*Duch Páně je nade mnou, poslal mne ohlásit radostnou zvěst chudým*“;⁷⁹⁶ zázraky: „*Bůh sám přijde a spasí vás. Tehdy se otevřou oči slepých a uši bluhýbých, tehdy chromý bude skákat jako jelen a rozváže se jazyk němých.*“⁷⁹⁷ [A Stejně tak bylo předpovězeno i] sezení na oslici a jejím mláděti: „*Hle, tvůj Král ti přijde, spravedlivý a Spasitel, sám chudý a vystupující na oslici a na mládě oslice.*“⁷⁹⁸ Ostatně celé umučení po částech je popsáno Davidem v žalmech⁷⁹⁹ a

⁷⁹¹ J 19,28–30.

⁷⁹² Iz 7,14.

⁷⁹³ Mich 5,2; Mt 2,6; J 7,42.

⁷⁹⁴ Num 24,17.

⁷⁹⁵ Ž 71,10.

⁷⁹⁶ Iz 61,1; Lk 4,18.

⁷⁹⁷ Iz 35,4–6.

⁷⁹⁸ Zach 9,9; Iz 62,11; Mt 21,5.

⁷⁹⁹ Ž 21 a 68.

(Zach 9,9; Is 62,11; Mt 21,5). Denique passio tota per partes descripta est a David in Psalmis (Ps 21 et 68), et ab Isaia (Is 53), Jeremia (Ir 11), Zacharia (Zach 12) et aliis. Atque hoc est, quod ipse Dominus, iturus ad passionem, dicebat: *Ecce, ascendimus Jerosolymam, et consummabuntur omnia, quae scripta sunt per Prophetas de Filio hominis* (Lc 18,31). De illis igitur, quae consummanda erant, nunc dicit: *Consummatum est* id totum, quod consummandum, id est implendum erat, ut Prophetae fideles invenirentur.

Deinde *Consummatum est* significat ex sententia sancti Joannis Chrysostomi, consummatam fuisse in morte Christi potestatem, quae permissa erat hominibus et daemonibus in Christum; de qua potestate Christus ipse dixit ad principes sacerdotum et magistratus templi et seniores: *Haec est hora vestra et potestas tenebrarum* (Lc 22,53). Haec igitur hora et hoc tempus totum, quo, Deo permittente, potestatem habuerunt impii in Christum, finitum est, cum Dominus dixit: *Consummatum est*; tunc enim finem accepit peregrinatio Filii Dei inter homines, quam praedixit Baruch, cum ait: *Hic est Deus noster, et non aestimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinae, et tradidit illam Jacob, puero suo, et Israel, electo suo* (Bar 3,36–38). Et simul cum peregrinatione finem accepit vitae mortalis condicio, secundum quam esuriebat, fatigabatur,

Izajášem,⁸⁰⁰ Jeremiášem,⁸⁰¹ Zachariášem⁸⁰² a ostatními. A to je to, co sám Pán, když měl jít na umučení, říkal: „*Hle, vystoupíme do Jeruzaléma a naplní se všechno, co je psáno skrze proroky o Synu člověka.*“⁸⁰³ O tom tedy, co se mělo naplnit, nyní říká: „*je dokonáno*“ to všechno, co se mělo dokonat čili naplnit, aby proroci byli shledáni věrohodnými.

Potom „*Dokonáno jest!*“ znamená – podle mínění sv. Jana Zlatoústého – že při smrti Kristově byla dokonána moc lidí a démonů nad Kristem, která byla dopuštěna. Právě o této moci sám Kristus řekl velekněžím a chrámovým úředníkům i starším: „*Toto je vaše hodina a moc temnot.*“⁸⁰⁷ Tedy: tato hodina a tento celý čas, v němž, z Božího dopuštění, měli bezbožní moc nad Kristem, se skončila, když Pán řekl: „*Dokonáno jest!*“ Tehdy totiž nastal konec putování Syna Božího mezi lidmi, které předpověděl Baruch, když řekl: „*On je Bůh náš, a vedle něho nebude uznán jiný. On vynalezl každou cestu nauky a odevzdal ji Jákobovi, svému služebníku a Izraeli, svému vyvolenému.*“⁸⁰⁸ Zároveň s putováním vzal konec i stav smrtelného života, podle něhož hladověl, unavoval se, byl podroben nespravedlnostem a neštěstím,

⁸⁰⁰ Iz 51.

⁸⁰¹ Jer 11.

⁸⁰² Zach 12.

⁸⁰³ Lk 18,31.

⁸⁰⁷ Lk 22,53.

⁸⁰⁸ Bar 3,36–38.

injuriis et flagellis, vulneribus et morti obnoxius⁸⁰⁴ erat. Itaque ubi dixit Christus in Cruce, *Consummatum est, et inclinato capite tradidit spiritum*, consummatum est iter, de quo dixerat: *Exivi a Patre et veni in mundum, iterum relinquo mundum et vado ad Patrem* (Io 16,28). Consummata est peregrinatio laboriosa, de qua dictum erat a Jeremia: *Exspectatio Israel, Salvator ejus in tempore tribulationis; quare quasi colonus futurus es in terra et quasi viator declinans ad manendum?* (Ir 14,8) Consummata est mortalitas humanitatis ejus et consummata est potestas omnium inimicorum ejus in ipsum.⁸⁰⁵

Tertio consummatum est Sacrificium, omnium sacrificiorum maximum, et in quod omnia sacrificia veteris Legis, tamquam figurae et umbrae, in sacrificium verum et solidum intuebantur. Sic enim loquitur sanctus Leo: *Traxisti, Domine, omnia ad te, quoniam, scisso templi velo, Sancta sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt, ut figura in veritatem, prophetia in manifestationem et lex in Evangelium verteretur* (Sermo 8 de Pass. Domini). Et paulo post: *Nunc etiam carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum una corporis et sanguinis tui implet oblatio* (Ibid.). In hoc enim Christi sacrificio Sacerdos est Deus-homo, ara Crus, sacrificium Agnus Dei, ignis holocausti

ranám i smrti. A proto, jakmile řekl Kristus na kříži: „*Dokonáno jest! a nakloniv hlavu odevzdal ducha*“, byla dokonána cesta, o níž předtím řekl: „*Vyšel jsem od Otce a přišel jsem na svět, znova opouštím svět a jdu k Otci.*“⁸⁰⁹ Bylo završeno strastiplné putování, o němž bylo dopředu řečeno Jeremiášem: „*Očekávání Izraele, Spasiteli jeho v čase soužení; proť jsi na zemi jako budoucí obyvatel a jako poutník uchylující se [jen] k přenocování?*“⁸¹⁰ Byla dokonána smrtelnost jeho lidství a byla dokonána i moc všech jeho nepřátel nad ním. Za třetí byla dokonána zákonná oběť,⁸¹¹ ze všech zákonných obětí nejvyšší, k níž pohlížely všechny oběti Starého zákona, jakožto obrazy a stíny k oběti pravé a základní. Takto totiž mluví sv. [papež] Lev [Veliký]: „Přitáhl jsi, Pane, všechno k sobě, neboť, když byla roztržena chrámová opona, svaté svatých odstoupilo od nehodných velekněží, aby se obraz obrátil v skutečnost, prorocství v naplnění a Zákon v Evangelium.“⁸¹² A trochu dále: „Nyní také, poté co přestala rozličnost tělesných obětí, splňuje všechny rozdílnosti obět-ních darů jediné obětování tvého těla a krve.“⁸¹³ Totiž v tomto zákonném obětování Krista je knězem Bohočlověk, oltářem kříž, zákonnou obětí Beránek Boží, ohněm celopalů láska a ovocem oběti vykoupení světa. Knězem, jak říkám, byl Bohočlověk, nad nějž

⁸⁰⁴ Obnoxius, a, um, adjunct. (ob et noxa) – est propter noxam vel crimen obligatus, ideoque poena dignus, poenae subjectus; translate obnoxius dicitur qui alteri subjectus est, qui in alterius est potestate ac jure; Bohem. vinný, povinný, poddaný, zavázaný, podroben.

⁸⁰⁵ Paragraphus additus, qui abest etiam in primo editione latina anno 1618.

⁸⁰⁹ J 16,28.

⁸¹⁰ Jer 14,8.

⁸¹¹ Lat. sacrificium.

⁸¹² Sv. Lev Veliký, Sermo 59 (alias 57) o umučení Páně, 7: PL 54, 341.

⁸¹³ Tamtéž.

caritas, fructus sacrificii mundi redemptio. Sacerdos, inquam, fuit Deus-homo, quo nullus major excogitari potest: *Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech* (Ps 109,4; Io 12,34; Hbr 5,6; 7,17). Et vere secundum ordinem Melchisedech, quia Melchisedech sine patre, sine matre, sine genealogia legitur in Scripturis: et Christus sine patre fuit in terra, sine matre in caelo, sine genealogia, quia *generationem ejus quis enarrabit* (Is 53,8; Act 8,33)? quippe ante luciferum genitus (Ps 109,3), *et egressus ejus ab initio, a diebus aeternitatis* (Mich 5,2). Ara fuit Crux, quae, quanto vilior⁸⁰⁶ fuit, antequam Christus eam subiret, tanto postea illustrior et nobilior facta est, et in novissimo die apparebit in caelo, sole splendidior. De Cruce enim intellegit Ecclesia, quod dicitur in Evangelio: *Tunc parebit signum Filii hominis in caelo* (Mt 24,30); sic autem cantat Ecclesia (In Festis Inventionis et Exaltationis S. Crucis: V. ad Vesperas): *Hoc signum Crucis erit in caelo, cum Dominus ad judicandum venerit*. Quod idem confirmat sanctus Joannes Chrysostomus (Homilia 77 in c. 24 Mt), illud etiam observans, quod, quando *sol obscurabitur et luna non dabitur lumen suum*, tunc in caelo Crux apparebit ipso sole lucidior. Porro sacrificium fuit Agnus Dei prorsus innocens et immaculatus. De quo

nemůže být nikdo větší [ani] pomyšlen: „*Ty jsi kněz na věky podle řádu Melchisedechova*.“⁸¹⁴ A pravdivě podle řádu Melchisedechova, neboť o Melchisedechovi se v Písmu čte, že byl bez otce, bez matky a bez rodokmenu. Kristus pak byl bez Otce na zemi, bez matky v nebi a bez rodokmenu, protože „*zrození jeho, kdo vypoví?*“⁸¹⁵ vždyť před jitřenkou byl zrozen⁸¹⁶ a „*jeho původ je od počátku, ode dnů věčnosti*“.⁸¹⁷ Oltářem byl kříž, jenž čím byl obyčejnější – předtím, než ho Kristus podstoupil – tím se potom stal slavnějším a vznešenějším; a v poslední den se zjeví na nebi zářivější než slunce. O kříži totiž rozumí Církev, co se říká v evangeliu: „*Tedy se ukáže znamení Syna člověka na nebi*.“⁸¹⁸ Tak [to] totiž zpívá Církev: „Toto znamení kříže bude na nebi, až Pán přijde soudit.“⁸¹⁹ A totéž potvrzuje sv. Jan Zlatoústý,⁸²⁰ všímajíc si i toho, že až „*se slunce zatmí a měsíc nevydá své světlo*“, tehdy se na nebi zjeví kříž svítící víc než samo slunce. Dále: zákonnou obětí byl Beránek Boží naprosto nevinný a neposkvrněný, o němž Izajáš [říká]: „*Jako ovce je veden na zabití a jako beránek před stríhači oněmi a neotevře svá ústa*.“⁸²¹ A Předchůdce Páně říká: „*Hle Beránek Boží, hle, jenž snímá hříchy světa*.“⁸²² A apoštol Petr: „*Ne porušitelnými [věcmi], zlatem nebo*

⁸⁰⁶ Vilis, e – est qui parvo pretio emitur.

⁸¹⁴ Ž 109,4; J 12,34; Žid 5,6; 7,17.

⁸¹⁵ Iz 53,8; Sk 8,33.

⁸¹⁶ Ž 109,3.

⁸¹⁷ Mich 5,2.

⁸¹⁸ Mt 24,30.

⁸¹⁹ Na svátky Nalezení a Povýšení sv. kříže k Nešporám.

⁸²⁰ Sv. Jan Zlatoústý, *Kázání 76 (na Mt 24,30)*: PG 58, 798.

⁸²¹ Iz 53,7.

⁸²² J 1,29.

Isaias: *Sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum* (Is 53,7). Et Praecursor Domini: *Ecce, inquit, Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi* (Io 1,29). Et Apostolus Petrus: *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati et incontaminati Christi* (1 Ptr 1,18–19). Qui etiam dicitur in Apocalypsi (Apc 13,8) *Agnus occisus ab origine mundi*, quia pretium ejus a Deo praevisum proderat etiam illis, qui Christi tempora praecesserunt. Ignis, holocaustum cremans sacrificiumque perficiens, est caritas immensa, quasi fornax vehementer accensa, quae flagrabat in corde Filii Dei, et quam aquae multae passionum extinguere non potuerunt (Cant 8,7). Denique fructus sacrificii fuit expiatio peccatorum omnium filiorum Adam sive mundi totius reconciliatio. Sic enim loquitur sanctus Joannes in Epistola sua prima: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi* (1 Io 2,2) Quod idem significant verba S. Joannis Baptistae: *Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi* (Io 1,29).

Una sola restat quaestio, ad quem modum Christus idem potuerit esse Sacerdos et victima; sacerdotis enim officium est mactare⁸²⁸ victimam: Christus autem non se ipse mactavit

stříbrem, jste byli vykoupeni, nýbrž drahocnou krví jako beránka neposkvrněného a bez vady – Krista.⁸²³ On je ve Zjevení také nazýván Beránek „zabitý od počátku světa“,⁸²⁴ protože jeho cena předvídaná Bohem prospívala i těm, kteří Kristovy časy předešli. Ohněm spalujícím celopal a uskutečňujícím zákonnou obět je nesmírná láska jako velice rozpálená pec, která planula v srdci Syna Božího a kterou mnohé vody muk nedokázaly uhasit.⁸²⁵ A konečně, ovocem [této] zákonné oběti bylo zahlazení hříchů všech synů Adamových neboli smíření celého světa [s Bohem]. Tak totiž mluví sv. Jan ve svém prvním listu: „*On sám je usmířením za naše hříchy. Avšak ne jenom za naše, ale také za [hříchy] celého světa.*“⁸²⁶ A totéž znamenají slova sv. Jana Křtitele: „*Hle Beránek Boží, hle, jenž snímá hříchy světa.*“⁸²⁷

Zůstává už jen jediná otázka, jakým způsobem mohl Kristus být [zároveň] knězem i obětním darem; vždyť úkolem kněze je obětní dar přinášet.⁸³⁰ Kristus však nepřinesl

⁸²³ 1Petr 1,18–19.

⁸²⁴ Zj 13,8.

⁸²⁵ Pis 8,7.

⁸²⁶ 1J 2,2.

⁸²⁷ J 1,29.

⁸²⁸ Macto, as, avi, atum, are, – proprie in bonam partem usurpatur pro augere, cumulare, ditare, donare; in re sacra stricto sensu est deos vel deorum felicitatem augere; hinc etiam mactare dicebantur, quum ture, vino, aliove super hostiam posito, diceretur.

⁸³⁰ Lat. „mactare“ – v přesném smyslu znamená pronášet posvátná slova nad obětním darem přineseným do chrámu a předloženým před Boha / božstvo, např. na oltář apod., a tím dar „zasvěcovat“ čili obětovat, právě tak jak to při mši sv. koná kněz během obřadu zvaného Obětování nebo i ve východní liturgii sv. Jana Zlatoustého při tzv. Proskomedii. Podobně to konal velekněz už ve Starém zákoně, když symbolicky vkládal ruce na hlavu obětního zvířete a pronášel příslušná slova.

neque potuit id jure facere, quia sacrilegium perpetrasset, non sacrificium obtulisset. Sed vere Christus non se ipse occidit, et tamen vere sacrificium obtulit, quia libens et volens se mactandum obtulit ad gloriam Dei et expiationem peccati. Neque enim potuissent umquam milites aut satellites eum comprehendere vel tenere, neque clavi⁸²⁹ manus ejus pedesque transfigere, neque mors ad eum quantumvis crucifixum accedere potuisset, nisi ipse voluisset. Itaque verissime dicit Isaias: *Oblatus est, quia ipse voluit* (Is 53,7). Et ipse Dominus: *Ego pono animam meam, nemo tollit animam meam, sed ego pono eam* (Io 10,17–18). Et apertissime Apostolus Paulus: *Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis* (Eph 5,2). Admirabili igitur ratione et modo, quod mali sive peccati et sceleris fuit in passione Christi, id totum ad Judam et Judaeos, ad Pilatum et milites pertinet: et isti non sacrificium obtulerunt, sed sacrilegium perpetrarunt; quod in eadem passione fuit boni, religiosi et pii, id totum Christi est, qui ex affluentissima caritate sua, ut iram Dei placaret et mundum Deo reconciliaret et justitiae divinae satisfaceret et genus humanum non periret, obtulit se ipse victimam Deo, non se occidendo, sed mortem et mortem crucis patientissime tolerando. Quod paucissimis verbis sanctus Leo (Sermo 10 de Passione Domini) expressit, cum ait: *Admisit in se impias manus*

[v obět] sám sebe a ani to nemohl spravedlivě učinit, protože [tím] by byl spáchal svatokrádež a neobětoval by zákonnou obět. Ale skutečně Kristus neusmrtil sám sebe, a přece přinesl pravou zákonnou obět, protože se ochotně a dobrovolně nabídl k obětování [svého těla] na Boží slávu a zahlazení hříchů. A ani vojáci nebo stráž by ho totiž nikdy nebyli mohli zajmout nebo držet, ani hřeby [by nemohly] probodnout jeho ruce a nohy, ani smrt by k němu – přesto že byl ukřižován – nemohla přistoupit, kdyby k tomu sám nesvolil. A proto zcela pravdivě říká Izajáš: „*Byl obětován, protože sám chtěl*.”⁸³¹ A sám Pán: „*Já pokládám svou duši, nikdo mou duši nebere, ale já ji pokládám*.”⁸³² A zcela otevřeně apoštol Pavel: „*Kristus si nás zamiloval a vydal sám sebe za nás, přinesení a obětní dar Bohu k vůni líbeznému*.”⁸³³ Obdivuhodným tedy pořádkem a způsobem se všechno to, co bylo v Kristově umučení zlého a zločinného, vztahuje na Jidáše a Židy, na Piláta a vojáky, a tito nepřinesli zákonnou obět, nýbrž spáchali svatokrádež. [A všechno to], co v tomtéž umučení bylo dobrého, nábožného a uctivého, to vše náleží Kristu, jenž ze své překypující lásky, aby usmířil Boží hněv, smířil svět s Bohem a zadostiučinil Boží spravedlnosti a aby lidské pokolení nezahynulo, přinesl sám sebe v žertvu Bohu, ne zabitím samého sebe, nýbrž nejtrpělivějším snášením smrti, a to smrti kříže. Což kratičkými slovy

⁸²⁹ Clavi – nom. pl. a clavus, i, m.

⁸³¹ Iz 53,7.

⁸³² J 10,17–18.

⁸³³ Ef 5,2.

furentium, qui, dum proprio incumbunt scelere, famulati sunt Redemptori.

Quarto, in Christi morte consummatum est proelium ingens Christi cum principe hujus mundi, de quo proelio loquitur Dominus ipse apud Joannem, dicens: *Nunc judicium est mundi, nunc princeps huius mundi ejicietur foras: et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum* (Io 12,31–32). Hoc vero proelium judiciale fuit, non militare, qualia sunt proelia litigantium, non qualia sunt proelia militum. Litigabat enim diabolus cum Filio Dei de possessione mundi, id est generis humani. Diabolus a longo tempore intruserat⁸³⁵ se in possessionem mundi, quia vicerat primum hominem et servum suum illum fecerat cum universa ejus progenie. Itaque ipse etiam B. Paulus daemones vocat *principes et potestates mundi et rectores tenebrarum harum* (Eph 6,12). Et Christus ipse, ut paulo ante diximus, vocat diabolum *principem mundi hujus*. Nec solum diabolus se mundi principem haberi volebat, sed etiam Deum unde est illud Psalmographi: *Dii gentium daemonia, Dominus autem caelos fecit* (Ps 95,5). Passim enim diabolus in sculptilibus gentium adorabatur et sacrificiis arietum⁸³⁶ et vitulorum colebatur. Ab altera parte Filius Dei, ut verus et legitimus heres universorum (Hbr 1,2), mundi

vyjadřuje sv. Lev,⁸³⁴ když říká: „Dopustil na sebe bezbožné ruce básníků, kteří, zatím co vězeli ve vlastním zločinu, posloužili Vykupiteli.“

Za čtvrté, v Kristově smrti byl dokonán veliký souboj mezi Kristem a knížetem tohoto světa, a o tomto souboji mluví sám Pán u Jana slovy: „Nyní nastává soud světa, nyní bude kníže tohoto světa vyvržen ven, a já až budu vyvýšen od země, potáhnu všechno k sobě.“⁸³⁸ Tento souboj byl totiž soudní, nikoli vojenský, [byl to spor] jakými bývají spory soudících se [stran], ne jakými jsou bitvy vojáků. Soudil se totiž ďábel se Synem Božím o vládu nad světem, to jest nad lidským pokolením. Ďábel se už dávno vecpal do vlády nad světem, protože kdysi přemohl prvního člověka a učinil ho svým otrokem i s celým jeho potomstvem. A proto také sám sv. Pavel nazývá demony „*knížaty a mocnostmi tohoto světa a vládci těchto temnot*“.⁸³⁹ A sám Kristus, jak jsme před chvílí řekli, nazývá ďábla „*knížetem tohoto světa*“. Avšak ďábel nechtěl být pokládán pouze za knížete tohoto světa, nýbrž také za Boha, a proto i autor žalmů říká: „*bohové národů jsou démoni, Hospodin však učinil nebe*“.⁸⁴⁰ Ďábel byl totiž všude možné uctíván v sochách pohanů a ctěn obětmi beranů a býčků. Z druhé strany [si však] vládu nad světem nárokoval Syn

⁸³⁴ Sv. Lev Veliký, *Sermo 62 (alias 60) o umučení Páně*, 3: PL 54, 351.

⁸³⁵ Intrudo, trudiis, trusi, trusum, trudere (intro trudere) – trudo est vi impello, propello.

⁸³⁶ Aries, etis, m. – est mas ovium, qui integer est et servatur ad generandam sobolem (mas, maris, m – est sexus vocabulum feminae oppositum).

⁸³⁸ J 12,31–32.

⁸³⁹ Ef 6,12.

⁸⁴⁰ Ž 95,5.

principatum sibi repetebat. Hoc igitur proelium in Cruce tandem consummatum et lata sententia in favorem Domini nostri Jesu Christi: quia Dominus in Cruce plenissime satisfecit justitiae divinae pro culpa hominis primi et omnium filiorum ejus. Reddita enim est oboedientia Patri a Filio major, quam fuisset inoboedientia servi ad Dominum, et humiliatus est Filius Dei usque ad mortem in honorem Patris magis, quam in superbiam elatus fuisset servus in injuriam Dei. Ita Deus reconciliatus in gratiam Filii⁸³⁷ generi humano, eripuit illud de potestate diaboli, *et transtulit in regnum Filii dilectionis suae* (Col 1,13).

Est et alia ratio, quam adducere solet B. Leo, quam verbis illius reddemus: *Si crudelis, inquit, et superbus inimicus consilium misericordiae Dei nosse potuisset, Judaeorum animos mansuetudine potius temperare quam injustis odiis studuisset accendere: ne omnium captivorum amitteret servitutem, dum nihil sibi debentis persequitur libertatem* (Sermo 10 de Passione Domini). Egregia omnino ratio: aequum enim fuit, ut diabolus imperium amitteret in eos omnes, quos per peccatum servos sibi fecerat; quia in Christum, qui servus ejus non erat et quem ad peccandum numquam induxerat, extendere manus eumque ad mortem usque persequi non dubitaverit.

Boží, jako pravý a zákonný dědic všeho.⁸⁴¹ Tento spor byl tedy nakonec završen na kříži a byl vynesena rozsudek v prospěch našeho Pána Ježíše Krista, neboť Pán na kříži nejplněji zadostiučinil Božské spravedlnosti za vinu prvního člověka a všech jeho synů. Synem totiž byla Otci prokázána poslušnost větší, než [jakou] byla neposlušnost otroka vůči Pánu, a Syn Boží byl ponížen až k smrti k poctě Otce více, než byl [předtím] otrok [tj. ďábel] povznesen do pýchy k urážce Boha. A takto byl Bůh, díky Synu, usmířen s lidským pokolením, a vychvátil ho z moci ďáblovy „*a přenesl do království svého milovaného Syna.*“⁸⁴²

Existuje i jiný důvod, který dle svého zvyku uvádí sv. Lev, a my ho tu podáme jeho slovy. Říká: „Kdyby ukrutný a pyšný nepřítel byl mohl znát záměr Božího milosrdenství, spíše by se byl usiloval nálady Židů zmírnit pokojností, než [je] rozpalovat nespravedlivou nenávistí, aby tím, že pronásledoval svobodu [Krista], který mu nic nedlužil, neztratil službu všech [svých] zajatců.“⁸⁴³ [Toto je] nejvýtečnější důvod ze všech. Bylo totiž spravedlivé, aby ďábel pozbyl vládu nad všemi těmi, z nichž si [kdysi] udělal otroky skrze hřích, protože [nyní] nezaváhal vztáhnout ruce a pronásledovat až na smrt Krista, jenž jeho otrokem nebyl, a kterého k hřešení nikdy nepřiměl.

⁸³⁷ In gratiam Filii – v prospěch Syna, kvůli Synu, z přízně vůči Synu.

⁸⁴¹ Žid 1,2.

⁸⁴² Kol 1,13.

⁸⁴³ Sv. Lev Veliký, *Sermo 62 (alias 60) o umučení Páně*, 3: PL 54, 351.

Sed si res ita se habet, si proelium consummatum est, si victoria penes⁸⁴⁴ Filium Dei stetit,⁸⁴⁵ et ipse *vult omnes homines salvos fieri* (I Tim 2,4): cur tam multi usque ad hanc diem mancipia diaboli sunt in hac vita et ad tormenta gehennae rapiuntur in alia? Uno verbo respondeo, quia sic ipsi volunt; Christus enim, a proelio victor regrediens, duo quaedam⁸⁴⁶ ingentia beneficia humano generi praestitit: unum, ut iustis paradisi janua aperiret, quae a primi hominis lapsu usque ad eam diem clausa fuerat; et illo ipso die victoriae suae dixit: *Hodie mecum eris in paradiso*, latroni, qui merito sanguinis ejusdem Christi per fidem, spem et caritatem justificatus fuerat; unde canit exsultans Ecclesia: *Tu, devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna caelorum* (in Hymno Ambrosiano). Alterum, ut Sacramenta institueret, quae vim haberent, remittendi peccata et gratiam conferendi,⁸⁴⁷ et praecones in omnes partes mundi mitteret, qui alta voce praedicarent: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit* (Mc 16,16). Itaque victor in proelio Dominus viam stravivit omnibus ad libertatem gloriae filiorum Dei. Quod si multi nolunt eam viam ingredi, culpa sua pereunt, non impotentia vel negligentia Redemptoris.

Avšak jestliže se věc má takto, jestliže je souboj dokonán, jestliže je vítězství na straně Syna Božího a on sám „*chce, aby všichni lidé byli spaseni*“,⁸⁴⁸ proč jsou tak mnozí až do dnešního dne v tomto životě ďáblými nevolníky a v druhém jsou strháváni do pekelných muk? Odpovídám jedním slovem: protože [to] tak sami chtějí. Kristus totiž navraceje se z bitvy jako vítěz, prokázal lidskému pokolení jakási dvě nesmírná dobrodiní. První, že spravedlivým otevřel bránu ráje, která byla od pádu prvního člověka až do tohoto dne uzavřena, a právě v tentýž den svého vítězství [také] řekl: „*dnes budeš se mnou v ráji*“, [což jsou slova] k lotrovi, který byl pro zásluhy krve téhož Krista skrze víru, naději a lásku ospravedlněn, a proto [také] jásaající Církev zpívá: „Ty jsi přemohl osten smrti a věřícím jsi otevřel nebeská království.“⁸⁴⁹ Druhé [dobrodiní], že ustanovil svátosti tak, aby měly moc odpouštět hříchy a udělovat milost a že do všech částí světa vyslal kazatele, aby jasným hlasem kázali: „*Kdo uvěří a bude pokřtěn, bude spasen*.“⁸⁵⁰ A tak Pán, vítěz v souboji, urovnal všem cestu k svobodě a slávě synů Božích. A proto jestliže mnozí nechtějí na tuto cestu vstoupit, hynou svou vinou, a ne nemohoucností či netečností Vykupitele.

⁸⁴⁴ Penes, praeposit. ex iis, quae Accusat. regunt. Suo nomini postponitur – penes est apud.

⁸⁴⁵ Sto, stas, steti, statum, stare, n. 1 – victoria stetit penes Filium Dei – Filius Dei inimicum vicit.

⁸⁴⁶ ... quaedam duo beneficia – acc. pl. n.

⁸⁴⁷ Confero, confers, contuli, collatum vel conlatum, fonferre, anom. 3. (cum et fero) – ...item dicitur de iis rebus, quae a pluribus in usum unum aliquem contribuuntur, et est tribuere, praestare, largiri, in re aliqua occupare – Sacramenta vim habent gratiam conferendi – svátosti mají moc udělovat milost.

⁸⁴⁸ I Tim 2,4.

⁸⁴⁹ V ambroziánském hymnu, *Tebe, Bože, chválime*.

⁸⁵⁰ Mk 16,16.

Quinto denique, *Consummatum est rectissime potest intellegi consummatione aedificii, quod est Ecclesia. Perfectionem enim aedificii consummationem dici, auctor est ipse idem Magister noster Christus, qui ait apud Lucam: Iste homo coepit aedificare, et non potuit consummare* (Lc 14,30). Porro Ecclesiam in passione Christi fuisse consummatam, quae in ejus baptismo fuerat inchoata, docent sancti Patres Epiphanius in libro tertio adversus haereses (Lib. 3 haer. 78), et sanctus Augustinus in libro ultimo de Civitate Dei (Lib 22, c. 17), qui docent Evam, de costa Adami ipso dormiente aedificatam, typum fuisse Ecclesiae, quae ex Christi latere, dum ipse dormire coepisset per mortem, aedificata est: et notant non sine mysterio dixisse Scripturam, Evam fuisse aedificatam, non formatam.⁸⁵¹ Quod autem a baptismo Christi aedificari coeperit Ecclesia, probat sanctus Augustinus (De Civit. Dei Lib. 17 cap. 8) ex Psalmo, ubi dicitur: *Dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum* (Ps 71,8). Regnum enim Christi, quod est Ecclesia, coepit a baptismo Christi, in quo ipse, baptismum Joannis accipiens, aquas consecravit et baptismum suum instituit, quod est janua Ecclesiae, et tunc manifeste innotuit,⁸⁵² voce Patris audita de caelo. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite* (Mt 3,17; Mc 1,11; Lc

Za páté konečně, „*dokonáno jest*“ se může zcela správně rozumět [jako] dokonání budovy, kterou je Církev. Že se totiž dokončení stavby označuje za [její] dokonání, toho je původcem sám tentýž náš Pán a Kristus, který u Lukáše říká: „*Tenhle člověk začal budovat, ale nemohl [budovu] dokonat.*“⁸⁵⁴ A dále, že byla Církev dobudována při Kristově umučení, [zatím co] započata byla při jeho křtu, to učí svatí otcové, Epifanius v třetí knize proti herezím⁸⁵⁵ a sv. Augustin v poslední knize O obci Boží,⁸⁵⁶ kteří vykládají, že Eva byla zbudována ze žebra samotného spícího Adama, což bylo předobrazem Církve, která byla zbudována z boku Kristova, zatím co on usnul skrze smrt. A poznamenávají, že Písmo ne bez tajemství řeklo, že Eva byla zbudována, ne uhnětena. Že se však Církev začala budovat od Kristova křtu, to dotvrzuje sv. Augustin⁸⁵⁷ z žalmu, kde se říká: „*Bude kralovat od moře až k moři a od řeky až do končin země.*“⁸⁵⁸ Totiž, Království Kristovo, kterým je Církev, se počalo od Kristova křtu, při němž on sám, přijímaje křest Janův, posvětil vody a ustanovil svůj křest, který je branou do Církve, která se tehdy veřejně projevila tím, že z nebe zazněl Otcův hlas: „*Toto je můj milovaný Syn, v kterém mám zalíbení, toho poslouchajte.*“⁸⁵⁹ A od toho času začal Pán kázat a shromažďovat učedníky, kteří byli

⁸⁵¹ Formare est formam alicui rei dare, effingere, figurare, facere.

⁸⁵² Innotesco, notescis, notui, notescere, n. inchoat. 3. (in et notus a nosco) – notus fio.

⁸⁵⁴ Lk 14,30.

⁸⁵⁵ Sv. Epiphanius ze Salamini, *Panarion (Adversus haereses)*, haer. 78 (Antidicomarianitae): PG 42, 713–738.

⁸⁵⁶ Sv. Augustin, *O obci Boží*, 22, 18: PL 41, 779.

⁸⁵⁷ Sv. Augustin, *O obci Boží*, 17, 8: PL 41, 541.

⁸⁵⁸ Ž 71,8.

⁸⁵⁹ Mt 3,17; Mk 1,11; Lk 3,22.

3,22). Et ex eo tempore Dominus coepit praedicare, et congregare discipulos, qui fuerunt primi, qui ad Ecclesiam accesserunt. Quamvis autem apertio lateris Christi post mortem facta sit et tunc exierint sanguis et aqua, quae significant duo praecipua Sacramenta Ecclesiae, baptismum et Eucharistiam: attamen⁸⁵³ a Christi passione virtutem accipiunt omnia Sacramenta. Et quod de latere Christi fluxerint sanguis et aqua, declaratio fuit mysteriorum, non institutio. Rectissime igitur dicitur consummatio aedificii Ecclesiae tunc facta, cum Christus dixit: *Consummatum est*, quia tunc nihil superaret nisi mors, quae statim consecuta est et redemptionis pretium consummavit.

CAPUT XIII

De primo fructu verbi sexti, qui est certitudo eventuum futurorum a Christo praedictorum.

Non pauci fructus ex verbo sexto decerpi possunt, si quis hujus verbi fecunditatem attente consideret; ac primum ex eo, quod diximus, *Consummatum est*, intellegi debere de implementatione vaticiniorum, deducit sanctus Augustinus (In Psalmum 76) utilissimum documentum.⁸⁶⁰ Nam quemadmodum certi sumus ex ipso eventu rerum, vera fuisse, quae Prophetae sancti tanto⁸⁶¹ antea praedixerunt: ita certi esse debemus, omnino futura esse, quae iidem Prophetae futura praedixerunt,

prvními, kdo k Církvi přistoupili. Jakkoliv totiž otevření Kristova boku nastalo po [jeho] smrti a tehdy vyšly krev a voda, které znamenají dvě hlavní svátosti Církve, křest a Eucharistii, přece [však] všechny svátosti přijímají [svou] sílu od Kristova umučení. To že z Kristova boku vytekly krev a voda, bylo vyhlášením [svátostných] tajemství, ne [jejich] ustanovením. A proto se zcela správně říká, že dokončení budovy Církve nastalo tehdy, když Kristus řekl: „*Dokonáno jest!*“, protože tehdy [už] nezůstávalo nic, kromě smrti, která hned následovala a dovršila cenu [našeho] vykoupení.

KAPITOLA 13.

První ovoce šestého slova – jistota o budoucích událostech předpovězených Kristem.

Z šestého slova může být získáno nemálo plodů, jestliže si plodnosti tohoto slova někdo pozorně povšimne. A nejprve z toho, co jsme řekli, že [totiž] „*Dokonáno jest!*“ je třeba rozumět o naplnění předpovědí, vyvozuje sv. Augustin⁸⁶⁶ nanejvýš užitečné ponaučení. Totiž, tak jako máme ze samotných událostí jistotu, že byly pravdivé ty věci, které svatí proroci [už] tak dávno předpověděli, tak si [také] máme být jisti, že se určitě stanou ty [ostatní] věci, které předpověděli titíž

⁸⁵³ Attamen – at + tamen.

⁸⁶⁰ Ceterum documentum est id quo docemur, admonitio, exemplum, adeoque indicium, specimen, signum, quo aliquid comprobatur.

⁸⁶¹ Tanto antea – tam diu ante – tak dávno.

⁸⁶⁶ Sv. Augustin, *Enarrationes in Psalmos*, in Ps. 76: PL 36, 975.

quamvis adhuc impleta non sint. Prophetæ siquidem non humana voluntate, sed Spiritu Sancto inspirante locuti sunt (2Ptr 1,21); et quia Spiritus Sanctus Deus est, et non potest ullo modo fieri, ut fallat vel mentiatur Deus, ideo certissimi sumus, omnino esse adimplenda, quæ futura denuntiata sunt, et impleta non sunt. *Sicut usque ad hodiernam diem*, inquit sanctus Augustinus, *omnia evenerunt: sic et quæ restant, eventura sunt; timeamus diem judicii, venturus est Dominus; qui venit humilis, veniet excelsus*. Haec ille. Sed nos argumenta majora tenemus, quam antiqui tenuerint, ut in fide rerum futurarum non haesitemus.⁸⁶² Qui enim Christi tempora præcesserunt sine experimento ullo, multa credere tenebantur;⁸⁶³ nos ex iis, quæ scimus impleta, facile credere possumus adimplenda, quæ restant. Qui temporibus Noe audiebant, futurum esse diluvium generale, hoc ipsum prædicente Noe, Propheta Domini, non verbo solum, sed etiam magno illo labore, quo arcam sollicitè fabricabat: non erant faciles ad credendum, quia diluvium ejusmodi numquam viderent, et ideo repentina super eos ira divina descendit. Nos vero, qui scimus impletum fuisse, quod Noe Propheta prædixit, cur non facile credemus futurum diluvium ignis, et eo destruenda omnia, quæ nunc tanti⁸⁶⁴ facimus? Et tamen revera pauci sunt, qui ista futura credant, ut desiderium⁸⁶⁵ a rebus perituris avocent et ibi

proroci, ačkoliv se dosud nenaplnily. Proroci zajisté nemluvili z lidské vůle, ale „*nadchnuti Duchem svatým*“.⁸⁶⁷ A protože Duch svatý je Bůh a žádným způsobem se nemůže stát, aby Bůh klamal nebo lhal, proto máme úplnou jistotu, že se určitě naplní ty budoucí věci, které byly ohlášeny, a dosud se nenaplnily. Sv. Augustin říká: „Jako se až do dnešního dne všechno událo, tak i to, co [ještě] zůstává, se má stát. Bojme se dne soudu, Pán přijde. Ten, jenž přišel ponížený, přijde v slávě.“ To-lik on. Avšak my máme přesvědčivější důvody, abychom nebyli na pochybách o věcech budoucích, než měli lidé v starých dobách. Ti totiž, kdo Kristovy časy předcházeli, byli mnohé [pravdy] zavázáni věřit bez jakékoliv zkušenosti. My na základě těch věcí, o nichž víme, že se naplnily, můžeme lehce věřit, že se naplní i to, co [ještě] zbývá. Těm, kdo v časech Noeho slyšeli, že má přijít všeobecná potopa – jak o tom Hospodinův prorok Noe kázal nejen slovem, ale také tou velikou prací, s níž usilovně stavěl archu – nebylo snadné uvěřit, protože takovou potopu nikdy předtím neviděli. A proto [také] na ně sestoupil náhlý Boží hněv. My však, kteří víme, že to, co prorok Noe předpověděl, se [také] naplnilo, proč je nám zatěžko věřit, že přijde záplava ohně, kterým má být zničeno všechno, co nyní s tolikerou námahou konáme? A přesto jsou opravdu [jen] nemnozí,

⁸⁶² Haesito, as, avi, atum, are, n. – frequentativum est ab haereo, et ejusdem fere significationis, h. e. arcte alicui rei jungi, affixum, conjunctum esse – in loco stare – dubitare, cunctari; Bohem. váznout, vězet, rozpakovat se, koktat.

⁸⁶³ Tenere dicitur lex, decretum, quum suam vim habet atque obligat.

⁸⁶⁴ Tanti (laboris).

⁸⁶⁵ Desiderium (suum).

⁸⁶⁷ 2Petr 1,21.

figant corda, ubi vera et sempiterna sunt gaudia (Oratio in Dom. IV post Pascha.).

Sed hoc ipsum est praedictum ab ipso Domino, ut inexcusabiles sint futuri, qui ex impletione praeteritorum vix adduci possunt, ut credant adimplenda esse futura. Sic enim Dominus loquitur: *Sicut in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis; sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes usque ad eum diem, quo intravit Noe in arcam, et non cognoverunt, donec venit diluvium, et tulit omnes: ita erit et adventus Filii hominis. Vigilate igitur, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit* (Mt 24,37–39.42). Et Apostolus Petrus: *Adveniet, inquit, dies Domini ut fur, in quo caeli magno impetu*⁸⁶⁹ *transient, elementa vero calore solventur, terra autem et, quae in ipsa sunt, opera exurentur*⁸⁷⁰ (2 Ptr 3,10). Sed, inquiunt, ista procul absunt. Esto procul absint, si tamen procul absunt, certe mors tua non procul abest, et hora ejus incerta est. Et certum est etiam, in iudicio particulari, quod non procul abest, reddendam esse rationem de verbo otioso (Mt 12,36), et si de verbo otioso, quid fiet de verbo pernicioso,⁸⁷¹ de blasphemia, quae tam multis familiaris est? et si de verbis:

kterí by [tak] věřili, že tyto věci nastanou, aby svou žádost odklonili od pomínutelných věcí a upnuli [svá] srdce tam, kde jsou pravé a věčné radosti.⁸⁶⁸

Ale právě toto bylo samotným Pánem předpovězeno [z toho důvodu], aby neměli výmluvu ti budoucí, kteří z naplnění [věcí již] minulých sotva mohou být přivedeni, aby uvěřili, že se naplní i budoucí. Pán totiž mluví takto: „*Jako za dnů Noeho, tak bude i při příchodu Syna člověka. Jako totiž byli za dnů před potopou ti, kdo jedli a pili, kdo se ženili a vdávaly až do toho dne, v němž Noe vstoupil do archy, a nepochopili, dokud nepřišla potopa a nezchvátila všechny; tak bude i při příchodu Syna člověka. Bďte tedy, protože nevíte, v kterou hodinu má váš Pán přijít.*“⁸⁷⁶ A apoštol Petr říká: „*Přijde den Páně jako zloděj, v něm s velikým rachotem pomínou nebesa, živly zajisté budou zničeny žárem, země však a díla, která jsou na ní, budou spáleny.*“⁸⁷⁷ Říkají ale: „Tohle je daleko.“ Budiž, ať si je to daleko, jestliže opravdu to je daleko, [ale] tvá smrt určitě daleko není, a její hodina je nejistá. A jisté je i to, že na osobním soudu, který daleko není, bude třeba vydat účet i z prázdného slova.⁸⁷⁸ A jestliže i z prázdného slova, co povstane ze slova zlobného, z rouhání, které je tak mnohým blízké? A jestliže ze slov, co ze skutků, z krádeží, ze smilstev,

⁸⁶⁸ Kázání na 4. neděli po velikonocích – snad samotného Bellarmina – viz Roberti Bellarmini Politiani S. J. Conciones, Neapoli 1861; Opera omnia tom. V. pars II., p. 210. Téma kázání: „*Odcházím k tomu, který mě poslal.*“

⁸⁶⁹ Impetus *vel* inpetus, us, m. – est motus, quo aliquid impetimus et irruimus, incursio, aggressio, vis, conatus; translate de rebus physicis est vehemens ac rapidus motus, actus vehementer propellendi.

⁸⁷⁰ Exuro, uris, ussi, ustum, urere – est idem quod urere, aut valde et ex omni parte urere, perurere.

⁸⁷¹ Perniciosus est exitiosus, perniciem afferens, pestifer, damnosus.

⁸⁷⁶ Mt 24,37–39.42.

⁸⁷⁷ 2Ptr 3,10.

⁸⁷⁸ Mt 12,36.

quid de rebus, de furtis,⁸⁷² de adulteriis, de fraudibus in emendo et vendendo, de caedibus, de incendiis, de peccatis aliis etiam gravioribus? Itaque res praedictae jam impletae nos inexcusabiles reddent,⁸⁷³ nisi certissime credamus esse omnino implenda, quae restant; neque satis est credere, nisi fides nos efficaciter moneat ad facienda vel fugienda, quae fides docet facienda esse vel fugienda. Si, dicente architecto domum minari⁸⁷⁴ ruinam, et qui intus sunt, fidem se habere architecto dicant, et tamen non exeant et ruina domus se opprimi sinant: quid dicemus de illa fide? id, quod Apostolus de similibus ait: *Dicunt se nosse Deum, factis autem negant* (Tit 1,16). Et si iubenti medico, ne aegrotus vinum bibat, aeger assentiatur, medicum utilia praecepisse, atque interim vinum postulet et irascatur, nisi detur, quid dicemus? certe vel aegrotum phrenesi⁸⁷⁵ laborare vel medico fidem non habere. Utinam non essent plurimi inter christianos, qui futurum iudicium Dei et alia id genus dicant se credere, factis autem negent.

z podvodů v kupování a prodávání, ze zabíjení, žhářství a z jiných i těžších hříchů? Proto tedy předpovězené věci, které se už naplnily, způsobí, že nebudeme mít výmluvu, pokud nebudeme s jistotou věřit, že se má naplnit naprosto vše, co [ještě] zůstává. A nestačí věřit, jestliže nás víra účinně nenabádá konat nebo se vyhýbat tomu, o čem víra učí, že je to třeba konat nebo se tomu vyhýbat. Jestliže stavitel říká, že hrozí zřícení domu, a ti, kdo jsou uvnitř, říkají, že staviteli věří, a přece nevycházejí a nechají se zříceninami domu zavalit, co řekneme o takové víře? To, co i apoštol říká o [jim] podobných: „*Říkají, že znají Boha, ale svými skutky to popírají.*“⁸⁷⁹ A jestliže lékaři, příkazujícímu, aby nemocný nepil víno, nemocný přitakává a říká, že [mu] lékař nařídil užitečná opatření, ale přitom si víno žádá a hněvá se, pokud mu není dáno, co [o tom] řekneme? Zajisté, že nemocný buďto trpí šílenstvím anebo že lékaři nevěří. Kéž by mezi křesťany nebyli [tak] mnozí, kteří říkají, že v budoucí Boží soud a ostatní věci tohoto druhu věří, avšak skutky to popírají.

⁸⁷² Furtum, i, n. – occulta ablatio rei alienae.

⁸⁷³ Reddent – indic. fut. act. a reddo, dis, didi, ditum – ... est praeterea etiam facere, efficere, rem mutando et sic mutatam alteri exhibendo.

⁸⁷⁴ Minor, aris, atus sum, ari – cum Accusativo rei et Dativo personae, qui aliquando etiam omittitur.

⁸⁷⁵ Phrenesis, is, f. – φρένησις, insania, furor.

⁸⁷⁹ Tit 1,16.

CAPUT XIV

De secundo fructu verbi sexti, hoc est de felicitate servorum crucis.

Alter fructus colligi potest ex secunda explicatione verborum Christi: *Consummatum est*. Diximus enim cum sancto Joanne Chrysostomo, consummatum fuisse in morte Christi iter laboriosum peregrinationis ipsius Christi. Quae quidem peregrinatio negari non potest, quin fuerit supra modum aspera: sed tamen asperitas illa brevitate et fructu, gloria et honore compensata est. Duravit annis triginta tribus: sed quid est labor annorum triginta trium ad quietem aeternitatis comparatus? Laboravit Dominus in fame et siti, in doloribus multis, in injuriis sine numero, in plagis,⁸⁸⁰ in vulneribus, in ipsa morte: sed nunc torrente voluptatis potatur, quae voluptas non deficiet in aeternum. Denique humiliatus est, *factus opprobrium hominum et abjectio plebis* (Ps 21,7) ad breve tempus, sed *Deus exaltavit illum et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et infernorum* (Phlp 2,9–10). Contra vero Judaei perfidi exsultaverunt ad horam in passione Christi; Judas, avaritiae mancipium, exsultavit ad horam in lucro paucorum nummorum; Pilatus exsultavit ad horam, quia non amisit amicitiam Augusti et recuperavit⁸⁸¹ amicitiam regis Herodis; sed jam ad annos fere mille sexcentos cruciantur in

KAPITOLA 14.

Druhé ovoce šestého slova – služebníci kříže jsou šťastní.

Druhý plod může být získán z druhého vysvětlení Kristových slov: „*Dokonáno jest!*“ Řekli jsme totiž spolu se sv. Janem Zlatoústým, že při Kristově smrti byla dokonána cesta strastiplného putování samotného Krista. A zajisté se nemůže popřít, že toto putování bylo nadmíru obtížné, přece ale byla tato obtížnost vyvážena krátkostí a ovocem, slávou a ctí. Trvalo třicet tři roků, ale co je námaha třiceti tří let v porovnání s věčným odpočinkem? Pán se lopotil v hladu a žízní, v mnoha bolestech, v nespočetných bezprávích, v úderech, v ranách i v samotné smrti. Ale nyní se napájí proudem rozkoší, a tato rozkoš neustane navěky. A nakonec, byl ponížen, „*stal se opovržením lidí a odvrhnutím lidu*“⁸⁸⁵ na krátký čas, avšak „*Bůh ho vyvýšil a daroval mu jméno, které je nad každé jméno, aby se ve jménu Ježíš sklonilo každé koleno, nebeských, pozemských i podsvětních.*“⁸⁸⁶ Naproti tomu však proradní Židé jásalí při Kristově umučení na hodinu; Jidáš, nevolník lakomství, jásal na hodinu ze zisku nemnoha mincí; Pilát jásal na hodinu, protože neztratil přátelství Augusta a získal přátelství krále Heroda. Avšak už téměř tisíc šest set let jsou mučeni v pekle a jejich kouř bude vystupovat na věky věků.⁸⁸⁷ Z těchto věcí, ať se mnozí

⁸⁸⁰ Plaga, ae, f. – πληγή, ictus, percussio.

⁸⁸¹ Recuperare est rem amissam recipere, rursus acquirere, jacturam reparare.

⁸⁸⁵ Ž 21,7.

⁸⁸⁶ Flp 2,9–10.

⁸⁸⁷ Zj 14,11.

gehenna, et fumus eorum ascendet in saecula saeculorum (Apc 14,11). Ex his discant omnes servi Crucis humiles, mites, patientes, quam bonum et faustum sit, crucem suam tollere in praesenti vita et Christum ducem sequi, nec ullo modo invideant iis, qui felices esse videntur in hoc saeculo. Vita enim Christi et sanctorum Apostolorum et Martyrum verissimus commentarius est verborum Magistri omnium magistrorum: *Beati pauperes, beati mites, beati, qui lugent,*⁸⁸² *beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum* (Mt 5,3–5.10). Et contra: *Vae vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram; vae vobis, qui saturati estis, quia esurietis; vae vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis* (Lc 6,24–25). Et quamvis non solum verba Christi, sed etiam vita et mors Christi, id est non solum textus, sed etiam commentarius a paucis intellegatur et capiatur⁸⁸³ in gymnasiis huius mundi, tamen, si quis exire voluerit de mundo et ad cor suum intrare et serio meditari⁸⁸⁴ ac sibi ipse dicere: *Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus* (Ps 84,9), et simul humili prece et gemitu columbino pulsare voluerit ad aures Magistri, cuius est liber et commentarius: non difficulter intelleget omnem veritatem, et veritas liberabit eum ab erroribus universis, ut jam non sit difficile, quod antea impossibile videbatur.

pokorní, mírní a trpěliví služebníci kříže naučí, jak dobré a šťastné je brát v přítomném životě svůj kříž a následovat vůdce Krista. Ať žádným způsobem nezávidí těm, kteří se zdají být v tomto věku šťastnými. Život Krista a svatých apoštolů a mučedníků je totiž nejpravdivějším komentářem slov Učitele všech učitelů: „*Blahoslavení chudí, blahoslavení tiší, blahoslavení, kdo pláčou, blahoslavení, kteří trpí pronásledování pro spravedlnost, neboť jejich je nebeské království.*“⁸⁸⁸ A naproti tomu: „*Běda vám bohatým, kteří [už] máte svou útěchu; běda vám, kdo jste nasyceni, protože budete hladovět; běda vám, kdo se nyní smějete, protože budete naříkat a plakat.*“⁸⁸⁹ A ačkoliv nejenom Kristova slova, ale také život a smrt Kristova, to jest, nejenom text, ale i komentář, je několika málo [dušemi] v školách tohoto světa [správně] rozuměn a chápán; přece však, jestliže se někdo rozhodne vyjít ze světa a vstoupit do svého srdce a vážně rozjímat a sám sobě říkat: „*uslyším, co mluví ve mně Pán Bůh*“⁸⁹⁰ a zároveň se rozhodne pokornou prosbou a holubičím lkáním tlouci k sluchu Učitele, jemuž náleží kniha i komentář, lehce porozumí veškeré pravdě, a pravda ho vysvobodí od všech bludů, aby už [mu] nebylo obtížným to, co [se mu] předtím zdálo nemožným.

⁸⁸² Lugeo, ges, xi, ctum, gere, n. – est flere, plorare.

⁸⁸³ Intellegatur et capiatur – conj. praes. – propter adverb. quamvis.

⁸⁸⁴ Meditor, aris, atus sum, ari.

⁸⁸⁸ Mt 5,3–5.10.

⁸⁸⁹ Lk 6,24–25.

⁸⁹⁰ Ž 84,9.

CAPUT XV

De tertio fructu verbi sexti, hoc est de oblatione spiritualium hostiarum.

Jam fructus tertius, quem ex verbo sexto colligere possumus, ille est, ut discamus ipsi nos ut sacerdotes spirituales *offerre Deo spirituales hostias* (1 Ptr 2,5), ut loquitur sanctus Petrus, vel *exhibere corpora nostra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile*⁸⁹¹ *obsequium nostrum* (Rom 12,1), ut nos docet Apostolus Paulus. Nam si verba illa *Consummatum est* significant, sacrificium summi Sacerdotis in Cruce fuisse completum: aequum est, ut discipuli Crucifixi, Magistrum imitari cupientes, eo modo, quo possunt, id est pro sua tenuitate⁸⁹² et paupertate offerant et ipsi sacrificium Deo. Et quidem Apostolus Petrus docet, omnes christianos esse sacerdotes, non proprie dictos, quales sunt, qui ab episcopis in Ecclesia catholica ordinantur ad offerendum sacrificium corporis Christi, sed sacerdotes spirituales, id est, ut ipse declarat, ad offerendas spirituales hostias, non hostias proprie dictas, quales erant in Testamento veteri oves et boves et turtures⁸⁹³ et columbae, et in novo Corpus Christi in Eucharistia: sed hostias mysticas,⁸⁹⁴ quae ab omnibus offerri

KAPITOLA 15.

Třetí ovoce šestého slova – přinášení duchovních obětí.

Třetím plodem, který z šestého slova můžeme získat, je ten, abychom se naučili coby duchovní kněží sami sebe „*přinášet Bohu [jako] duchovní oběti*“,⁹⁰⁰ jak to říká sv. apoštol Petr; anebo „*poskytovat svá těla co obět živou, svatou, Bohu milou, naši rozumovou bohoslužbu*“,⁹⁰¹ jak nás učí apoštol Pavel. Jestliže totiž ona slova „*Dokonáno jest!*“ znamenají, že na kříži se naplnila zákonná oběť⁹⁰² nejvyššího Kněze, je přiměřené, aby učedníci Ukřižovaného – toužící následovat [svého] Učitele tím způsobem, jakým mohou, tedy přiměřeně své skrovnosti a chudobě – taktéž sami přinášeli zákonnou oběť Bohu. A pravdaže apoštol Petr učí, že všichni křesťané jsou kněží, ne v úzkém smyslu, jako jsou jimi ti, kdo jsou v Církvi svěceni od biskupů k obětování zákonné oběti Těla Kristova. [Jsou] však kněžími duchovními čili, jak sám prohlašuje, [povolány] k obětování duchovních obětí. Ne obětí v úzkém smyslu, jakými byli v Starém zákoně ovce a býčci, hrdličky a holubice a v Novém Tělo Kristovo v Eucharistii, nýbrž obětí tajemných, které mohou

⁸⁹¹ Rationabilis, e, adjunct. – λογικός, ratione uti qui potest, ratione praeditus, rationalis. Boh. rozumný, rozumový (i duchovní).

⁸⁹² Tenuitas, atis, f. (tenuis) – subtilitas, exilitas, gracilitas; speciatim de angustis rei familiaris et paupertate.

⁸⁹³ Turtus, uris, m. – avis ex genere columbarum; Bohem. hrdlička.

⁸⁹⁴ Mysticus dicebatur et erat qui in arcanis deorum sacris fiebat, ut Mystica sacra, idest arcana sacra.

⁹⁰⁰ 1 Petr 2,5.

⁹⁰¹ Ř 12,1.

⁹⁰² Terminologie okolo obětí je v latině i jiných starých jazycích velice bohatá. Jenom stručně: „Sacrificium“ překládám jako „zákonná oběť“, protože to je úkon obětování vykonaný knězem podle daných předpisů. „Hostia“ překládám jako oběť nebo prostě oběť, protože vlastně znamená zvíře nebo věc určenou k obětování. „Hostia“ také – alespoň v pohanském Římě – znamenala menší obětní zvíře (např. beránka) obětované zpravidla před odchodem do války proti nepřítelům („hostes“). Naproti tomu „victima“ bylo větší obětní zvíře (býček) obětované po vítězství (victoria) nad nepříteli samotným vojevůdcem nebo pověřeným zvláště zasloužilým vojákem. „Holocaustum“ je celopal oběť určená k zápalné oběti čili úplnému zničení obětiny ohněm. „Oblatio“ překládám doslovně jako přinesení; znamená samotný akt přinesení Bohu, a myslí se tím na dobrovolné oběti na rozdíl od obětí uložených jako povinnost. Proto se dodnes někde mešní sbírce říká „ofer“ (od lat. offero, offerre, obtuli, oblatum).

possunt, ut orationes et laudes nec non opera bona, jejunia et eleemosynas, de quibus dicit Apostolus Paulus: *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum laborum confitentium nomini ejus* (Hbr 13,15). Idem vero Apostolus in Epistola ad Romanos (Rom 12,1) accuratissime⁸⁹⁵ nos docet mysticum sacrificium offerre Deo ex corporibus nostris, ad similitudinem veterum sacrificiorum Legis antiquae. Quatuor enim leges sacrificiorum erant, prima, ut in sacrificio adesset hostia,⁸⁹⁶ id est res Deo sacrata, quam nefas esset in usum profanum converti. Altera, ut ea esset res vivens, ut ovis, capra, vitulus. Tertia, ut esset sancta, id est munda. Erant enim apud Hebraeos animalia munda et immunda: animalia munda censebantur oves, boves, caprae, turtures, passerres, columbae. Reliqua censebantur immunda, ut equus, leo, vulpes,⁸⁹⁷ accipitres,⁸⁹⁸ corvi et alia. Quarta, ut hostia incenderetur et odorem suavitatis emitteret. Atque haec omnia Apostolus numerat, cum ait: *Obsecro*⁸⁹⁹ *vos ..., ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem*. Et addit: *rationabile obsequium vestrum* (Ibid.), ut eum intellegamus non exhortari nos ad sacrificium proprie dictum, quasi velit, corpora nostra instar ovium sacrificii vere occidi et comburi, sed ad sacrificium mysticum et rationabile, similitudinarium, non proprium,

být přinášeny všemi, jako [jsou] modlitby a chvály a také dobré skutky, posty a almužny. O těch[to obětích pak] říká apoštol Pavel: „Skrze něho tedy neustále přinášíme oběť chvály Bohu“, to jest „ovoce rtů vyznávajících jeho jméno.“⁹⁰³ A tentýž apoštol v listu Římanům nás co nejnaléhavěji poučuje přinášet Bohu [jako] tajemnou oběť svá těla⁹⁰⁴ podle vzoru dávných obětí Starého zákona. Existovaly totiž čtyři zákony [ohledně] obětí: První, aby byla obětována obětina, to jest věc Bohu zasvěcená, kterou nebylo dovoleno vrátit k světskému užití. Druhý, aby to byla věc žijící, jako ovce, koza, býček. Třetí, aby byla svatá, tedy čistá. U Židů totiž byla zvířata čistá a nečistá. Za čistá zvířata se považovali ovce, skot [tj. hovězí dobytek], kozy, hrdličky, vrabci a holuby. Ostatní [zvířata] se považovala za nečistá, jako kuň, lev, liška, sup, jestřábi, havrani a jiná. Čtvrtý, aby se obětina spálila a vydávala líbeznu vůni. A toto všechno apoštol vypočítává, když říká: „Zapřísahám vás ..., abyste poskytovali svá těla [jako] obětinu žijící, svatou, Bohu libou.“ A dodává: „vaši rozumovou bohoslužbu“. To abychom pochopili, že nás nenapomíná k zákonné oběti ve vlastním smyslu, jako by chtěl, aby naše těla byla skutečně zabita a spálena na způsob oběti ovčí, ale [napomíná nás] k zákonné oběti tajemné a rozumové,

⁸⁹⁵ Accurate vel adcurate, adverb. (accuratus). Comp. *Accuratius*, Sup. *Accuratissime*. – est diligenter, magna cum cura.

⁸⁹⁶ Hostia, ae, f. – est vivum animal, quod in sacris mactatur in honorem deorum.

⁸⁹⁷ Vulpes et volpes, is, f. – est animal ferum, singulari astutia, ἀλώπηξ; Germ. *der Fuchs*; Bohem. liška.

⁸⁹⁸ Accipiter, tris, gen. m. *et f.* – nomen id est generale omnium avium rapacium, et aliarum avium praeda viventium, et aduncum ad hoc rostrum unguisque habentium; Bohem. jestřáb (sup?).

⁸⁹⁹ Obsecro, as, avi, atum, are – *ob* et *sacer*, quasi per sacra et deos peto, vel, ut ait Paul. *Diac. p.* 188. 11. *Müll.*, opem a sacris peto, plus est, quam oro.

⁹⁰³ Žid 13,15.

⁹⁰⁴ Ř 12,1.

spirituale, non corporale. Hortatur igitur nos Apostolus, ut, quemadmodum Christus in Cruce ad nostram utilitatem obtulit sacrificium corporis sui per veram et propriam mortem: sic nos offeramus ad ejus honorem corpora nostra, quasi hostiam quandam, eamque viventem et sanctam et perfectam ac per hoc Deo bene placentem, quae spirituali quodam modo occidatur et concremetur.

Explicemus ordine singulas condiciones. Primum debent esse nostra corpora hostiae, id est res Deo sacrae, quibus utamur ad honorem Dei non ut rebus nostris, sed ut rebus Dei, cui consecrati sumus per baptismum et qui nos emit pretio magno, ut dicit idem Apostolus ad Corinthios (1 Cor 6,20). Nec solum hostia Dei esse debemus, sed hostia vivens vita gratiae et Spiritus Sancti. Qui enim per peccatum mortui sunt, non sunt hostiae Dei, sed diaboli, qui mortificat animas et in ea re mirifice delectatur. At Deus noster, qui semper vivit et est fons vitae, non vult cadavera fetentia⁹⁰⁵ sibi offerri, quae ad nihil utilia sunt, nisi ut projiciantur ad bestias. Proinde necesse est, ut vitam animae diligentissime conservemus, ut hoc modo rationabile obsequium Domino nostro exhibeamus. Sed neque satis est, ut hostia sit viva; nam praeterea requiritur, ut sancta sit: *Hostiam*, inquit, Apostolus, *viventem, sanctam*. Sancta dicitur hostia, cum ex animantibus mundis offertur, non ex immundis. Erant autem animalia munda ex quadrupedibus, ut supra diximus, oves, caprae, boves, et ex avibus turtures, passeret et columbae. Priora animantia

obrazné, ne vlastní, nýbrž duchovní, nikoli tělesné. Apoštol nás tedy napomíná, abychom, tak jako Kristus na kříži přinesl zákonou oběť svého těla v náš prospěch skrze skutečnou a vlastní smrt, i my k jeho cti obětovali svá těla, jako jakousi obětinu, a to žijící, svatou a bezvadnou a díky tomu Bohu příjemnou, která je jakýmsi duchovním způsobem zabíjena a spalována.

Vyložme popořádku jednotlivé podmínky. Nejprve mají být naše těla obětiny, tedy věci zasvěcené Bohu, kterých užíváme k Boží cti, ne jako své vlastnictví, ale jako věc náležející Bohu, jemuž jsme zasvěceni skrze křest a jenž nás koupil za velikou cenu, jak říká tentýž apoštol Korintánům.⁹²⁰ A máme být nejen obětinou Boží, ale [také] obětinou žijící životem milosti a Ducha svatého. Kdo jsou totiž skrze hřích mrtví, nejsou obětinami Božími, ale dáblůvými, který duše usmrcuje a velice si v tom libuje. Avšak náš Bůh, jenž vždy žije a je pramenem života, nechce, aby mu byly obětovány zapáchající mrtvolky, které se nehodí k ničemu, jenom aby se předhodily zvěři. A proto je nutné, abychom si život duše co nejusilovněji zachovávali, a tím našemu Bohu prokazovali rozumovou bohoslužbu. Avšak nestačí ani to, aby obětina byla živá. Vždyť kromě toho se vyhledává, aby byla i svatá. Apoštol říká: „*obětinu žijící, svatou*“. Za svatou se obětina označuje, je-li přinášena z čistých živočichů, ne z nečistých. Z čtyřnožců byli však čistými živočichy, jak už jsme řekli, ovce, kozy a skot a z ptáků

⁹⁰⁵ Foeteo vel feteo, es, ere, n. – Part. *Foetens*. – est male olere.

⁹²⁰ 1Kor 6,20.

significant vitam activam, posteriora contemplativam. Proinde, qui vitam activam inter fideles ducunt, si semetipsos hostiam sanctam exhibere volunt Deo, imitari debent simplicitatem et mansuetudinem ovis, quae laedere⁹⁰⁶ proximum nescit. Item labores et gravitatem bovis, qui non otiatur, non leviter discurrit, sed, jugum suum ferens et aratrum trahens, in terra colenda laborat assidue. Denique etiam caprae velocitatem in ascensione montium et oculorum acumen⁹⁰⁷ in rebus longe conspiciendis: neque enim, qui in Ecclesia Dei vitam activam ducunt, sola mansuetudine et justis laboribus contenti esse debent, sed oportet⁹⁰⁸ eos etiam per crebras orationes alta conscendere et, quae sursum sunt, mente conspicere. Quomodo enim opera sua ad Dei gloriam referent et incensum sacrificii sursum emittent, si de Deo numquam aut raro cogitent, si Deum non quaerant, si in amorem ejus per contemplationem non exardescant? Vita enim christianorum activa non debet a contemplativa omnino esse disjuncta, ut neque contemplativa ab activa, ut mox dicemus. Itaque qui non imitantur oves, boves et capras, quae Domino suo assidue utiliterque deserviunt, sed quaerent, quae sua sunt, id est sola commoda sua temporalia consecrantur, ii non offerunt Deo hostiam sanctam, sed similes sunt bestiis rapacibus⁹⁰⁹ et carnivoris,⁹¹⁰ lupis, canibus, ursis,

hrdličky, vrabci a holuby. První živočichové znamenají život činný, druzí rozjímavý. A proto ti, kdo vedou činný život mezi věřícími, jestliže chtějí přinášet sami sebe Bohu jako oběť svatou, mají následovat prostotu a mírnost ovce, která bližnímu nedokáže ublížit. A taktéž pracovitost a rozvážnost vola, který nezahálí, nepobíhá, ale nese své jho a táhne pluh a usilovně pracuje na obdělávání země. Konečně také hbitost kozy při výstupu na hory a [její] ostrý zrak při pohlížení na věci vzdálené. Ti totiž, kdo v Církvi Boží vedou činný život, nemají být upřeni pouze na pokojný život a skutky spravedlnosti, ale je nutno, aby také skrze časté modlitby vystupovali na výšiny a [svou] mysl pohlíželi na věci hořejší. Jak totiž budou svá díla vztahovat k Bohu a vysílat vzhůru kadidlo zákonné oběti, jestliže Boha nehledají, jestliže [v sobě] nerozpalují jeho lásku skrze rozjímání? Činný život křesťanů totiž nemá být od rozjímavého naprosto odloučen, stejně jako ani rozjímavý od činného, jak hned řekneme. A proto kdo nenapodobují ovce, voli a kozy, které usilovně a užitečně slouží svému pánu, ale hledají své vlastní [zájmy], tedy sledují pouze své časné pohodlí, ti Bohu nepřinášejí obětinu svatou, ale jsou podobni útočným a masožravým zvířatům – vlkům, psům, medvědům, luňákům, supům a havranům – která slouží svému břichu a napodobují onoho lva, jenž neustále „řvoucí obchází,

⁹⁰⁶ Laeco, dis, si, sum, dere – est autem allidere, affligere; translate saepissime occurrit, et est aliquid mali alicui inferre, violare, nocere.

⁹⁰⁷ Acumen, inis, n. (acuo) – quod acutum est, sive pars summa alicujus rei in acutum desinens, mucro, acies.

⁹⁰⁸ Oportet est idem ac convenit, ratio postulat, attinet, opus est, necesse est.

⁹⁰⁹ Rapax, acis (rapio) – est palam rapiens, rapiendi avidus, rapinis intentus, fur, praedo.

⁹¹⁰ Carnivorus, a, um (caro et voro) – qui carne vescitur. Carnivora dicuntur illa animalia, quae aliorum carnibus vescuntur.

milvis,⁹¹¹ vulturibus,⁹¹² corvis, quae suo ventri deserviunt et leonem illum sequuntur, qui semper *rugiens circuit, quaerens, quem devoret* (1 Petr 5,8). Jam vero christiani homines, qui vitam contemplativam elegerunt et ipsi se hostiam viventem et sanctam Deo exhibere satagunt, imitari debent solitudinem turturis, puritatem columbae et prudentiam⁹¹³ passeris. Solitudo turturis ad monachos maxime et eremitas pertinet, qui nihil commune cum saecularibus habere student et toti contemplationi et Dei laudibus intenti sunt. Puritas columbae cum fecunditate conjuncta episcopis et clericis necessaria est, qui cum hominibus versantur et filios spirituales gignere et nutrire ex officio proprio debent. Qui nisi crebro⁹¹⁴ ad supernam patriam per contemplationem volent et ad necessitates hominum per caritatem descendant, aegre poterunt puritatem cum fecunditate conjungere, sed, vel soli contemplationi dediti, steriles erunt, vel soli procreationi filiorum intenti, pulvere terreno inquinabuntur et, dum alios lucrari⁹¹⁵ volent,⁹¹⁶ ipsi (quod absit) fortasse se perdent. Porro utrisque, tum vitae contemplativae deditis tum vitae activae addictis, passeris prudentia multum omnino prodesse potest. Sunt enim passeris montani et passeris domestici.⁹¹⁷ Passeres montani

bledaje, koho by sežral“.⁹²¹ Dále však křesťané, kteří si zvolili rozjímavý život a usilují se přinášet sami sebe [jako] obětinu Bohu živou a svatou, mají následovat osamělost hrdličky, čistotu holubice a pohotovost vrabce. Osamělost hrdličky se nejvíce týká mnichů a poustevníků, kteří se usilují nemít nic společného se světskými [lidmi] a cele se oddávají rozjímání a Božím chvalám. Čistota holubice spojená s plodností je nezbytná pro biskupy a kleriky, kteří se stýkají s lidmi a ze svého vlastního povolání mají plodit a vychovávat duchovní syny. Tito, jestliže často nevzlétají skrze rozjímání k hořejší vlasti a nesestupují z lásky k potřebám lidí, těžko budou moci spojit čistotu s plodností. Buďto [totiž], oddáni pouze rozjímání, budou neplodní, anebo, zaměření pouze na rození synů, se poskrvň pozemským prachem. A zatímco jiné budou chtít obohatit, sami – což odstup – se snad zahubí. A dále, jedněm i druhým, jak [těm] oddaným rozjímavému životu, tak i [těm] určeným k životu činnému, může jediným způsobem prospět pohotovost vrabce. Jsou totiž vrabci polní a vrabci domácí. Vrabci polní s neuvěřitelnou bystrostí unikají léčkám a sítím lovců. Vrabci domácí bydlí ve městech a hnízdí na střeších domů, ale přebývají s lidmi tak, že se žádnému

⁹¹¹ Miluus *vel* milvus (*vel* milvius), i, m. – proprie est avis ex genere accipitrum, sed major, rapacissima, et semper famelica (id est fame laborans, esuriens); Bohem. luňák.

⁹¹² Vulter *et* volter, uris, m. – est avis rapax et carnivora; Bohem. sup.

⁹¹³ Prudentia, ae, f. – idem ac providentia (ex qua per syncopen facta est), h. e. facultas praevidendi futura, πρὸνοια; translate est scientia peculiaris alicujus rei, peritia, facultas.

⁹¹⁴ Crebro est crebre, frequenter: et occurrit tantum de tempore.

⁹¹⁵ Lucror, aris, atus sum, ari (lucrum) – lucrari est lucrum facere, acquirere, consequi: et plerumque de iis dicitur, quae nulla nostra impensa, aut labore acquirimus.

⁹¹⁶ Volent – indic.fut.

⁹¹⁷ Passer montanus – vrabec polní; passer domesticus – vrabec domácí.

⁹²¹ 1Petr 5,8.

incredibili sollertia⁹¹⁸ fugiunt laqueos et retia venatorum; passeress domestici in civitatibus habitant et super tecta domorum nidificant, sed ita cum hominibus versantur, ut nulli homini familiares fiant neque facile ab eis apprehendi se sinant. Sic igitur omnibus quidem christianis, sed praesertim clericis et monachis prudentia passerum necessaria est, ut a laqueis daemonum sibi caveant et cum hominibus versentur, ut eis prosint, sed consuetudinem ipsorum ac praesertim feminarum vitent, confabulationes fugiant, comissiones⁹¹⁹ declinent, ludis et spectaculis non intersint, nisi capi velint a laqueo venantium daemoniorum.

Restat lex ultima sacrificiorum, ut sint hostiae non solum viventes et sanctae, sed etiam bene placentes, id est odorem suavissimum sursum mittentes. Id quod Scriptura significat, cum ait: *Odoratus est Dominus odorem suavitatis* (Gn 8,21). Et de ipso Domino: *Dedit se ipsum oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis* (Eph 5,2). Ut autem hostia odorem⁹²² emittat gratissimum Deo, necesse est, ut occidatur et cremetur. Id fit in sacrificio mystico et rationali, de quo loquimur cum Apostolo, quando carnalis concupiscentia vere mortificatur et igne caritatis incenditur. Nihil enim est, quod carnalem concupiscentiam efficacius, celerius perfectiusque mortificet quam sincerus Dei amor. Ipse est enim Rex et Dominus omnium affectionum cordis, et omnes ab eo reguntur et

člověku nestávají důvěrnými a nenechávají se od nich snadno chytit. Tak tedy zajisté pro všechny křesťany, ale především pro kleriky a mnichy, je prozíravost vrabce nezbytnou, aby se chránili od nástrah démonů a stýkali se s lidmi k jejich prospěchu, ale [přitom se] vyhýbali přivyknutí si na ně, a především na ženy, utíkali před klábosením, unikali nočním zábavám, neúčastnili se her a představení, pokud nechtějí být lapeni do léčky číhajících démonů.

Zůstává poslední zákon [ohledně] obětí, aby [totiž] obětiny byly nejen živé a svaté, ale i příjemné, to jest vysílající vzhůru líbeznou vůni. Toto Písmo naznačuje, když říká: „*učítel Pán vůni líbeznosti*“.⁹²³ A o samotném Pánu: „*vydal sám sebe [v] přinesení a obětinu k vůni líbeznosti*“.⁹²⁴ Aby však obětina vydávala vůni příjemnou Bohu, je nutné, aby se zabila a spálila. To se při tajemné a rozumové zákonné oběti, o které spolu s apoštolem mluvíme, děje, když se tělesná žádostivost skutečně umrtvuje a je spalována ohněm lásky. Není totiž nic, co by tělesnou žádostivost účinněji, rychleji a dokonaleji umrtvovalo než upřímná Boží láska. On sám je totiž Král a Pán všech hnutí srdce a všechna [tato hnutí] se jím řídí a na něm závisí, ať už strach

⁹¹⁸ Sollertia vel solertia, ae, f. (sollers) – vis et acumen ingenii, celeritas animi in cogitando et efficiendo, perspicacitas, industria, prudentia.

⁹¹⁹ Comissatio vel comessatio, onis, f. – est epulum, quod post coenam fit: in quo differt a convivio, quod justa coena est et idoneo tempore initur.

⁹²² Odor, oris, m. – est qualitas rerum, quae naribus et odorando percipitur.

⁹²³ Gn 8,21.

⁹²⁴ Ef 5,2.

pendent, sive timor, sive spes, sive desiderium, sive odium, sive ira, sive quaecumque animi perturbatio. Ipse autem amor non cedit nisi amori majori, ac per hoc, quando divinus amor cor humanum intime possidet et incendit, tunc demum carnales concupiscentiae cedunt et mortificatae quiescunt. Inde ignita desideria et purissimae preces ad Deum ascendunt instar aromatum in odorem suavitatis. Hoc est igitur sacrificium, quod requirit Deus et ad quod promptissime exhibendum hortatur Apostolus.

Sed quia oblatio ista res est ardua⁹²⁵ et gravis et difficultate plenissima, ideo beatus Paulus efficacissimo argumento utitur, ut eam nobis persuadeat. Argumentum est in verbis illis: *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra*, etc. In Graeco codice legitur in numero multitudinis: *Obsecro vos per miserationes Dei*. Et quae sunt et quot miserationes Dei, per quas nos Apostolus obsecrat? Prima est creatio, qua nos fecit esse rem aliquam, cum nihil essemus. Secunda, cum fecit nos servos suos, cum nostra opera non indigeret, sed ut haberet, quibus beneficeret. Tertia, cum fecit ad imaginem suam, ac per hoc capaces cognitionis suae et amicitiae suae. Quarta, cum fecit per Christum filios suos adoptivos et coheredes Unigeniti sui. Quinta, cum fecit nos membra sponsae suae et corporis sui, quibus est caput. Denique sexta, quod obtulerit *semetipsum* in Cruce *oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis*, ut nos redimeret a servitute et lavaret a maculis, *et exhiberet ipse sibi*

nebo naděje nebo tužba nebo nenávist nebo hněv nebo jakékoliv [jiné] rozvíření ducha. Samotná láska však neustupuje [ničemu jinému] jedině lásce větší. Z toho důvodu, když lidské srdce zevnitř uchvátí a zapálí láska Boží, tehdy konečně tělesné žádosti ustupují a umrtvené se uklidňují. A z toho pak k Bohu vystupují vroucí tužby a nejčistší prosby podobné kadidlu líbezných vůní. Toto je tedy zákonná oběť, kterou Bůh požaduje a k níž apoštol povzbuzuje, aby byla co nejpoctověji přinášena.

Protože ale tohle obětování je věc namáhavá, těžká a přeplněná obtížemi, proto sv. Pavel užívá [toho] nejúčinnějšího důvodu, aby nás k němu přesvědčil. [Tento] důvod je [vyjádřen] v oněch slovech: „*Zapřísahám vás skrze milosrdenství Boží, abyste poskytovali svá těla atd.*“ V řeckém originálu se [však] čte v množném čísle: „*Zapřísahám vás skrze [mnohá] milosrdenství Boží.*“ A která [to] jsou a kolikrát milosrdenství Boží, skrze něž nás apoštol zapřísahá? První [z nich] je stvoření, jímž nás učinil, abychom [vůbec] byli nějakou věcí, když jsme [předtím] nebyli nic. Druhé, že nás učinil svými otroky, ačkoli naše činy nepotřeboval, ale aby měl komu prokazovat dobro. Třetí, že [nás] učinil k svému obrazu, a tím pádem i schopné poznat ho a být jeho přáteli. Čtvrté, že [nás] skrze Krista učinil svými přijatými syny a spoludědici svého Jednorozeného. Páté, že nás učinil údy své nevěsty a svého těla, jímž [on] je hlavou. A konečně šesté, že obětoval

⁹²⁵ Arduus est altus, acclivis et ascensu difficilis.

*gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam*⁹²⁶ (Eph 5,27). Hae sunt miserationes Domini, per quas nos Apostolus obsecrat, quasi diceret: Tanta Dominus contulit vobis nec merentibus nec petentibus: cur grave vobis videri debet, si vos ipsi hostiam Deo viventem, sanctam et beneplacentem offeratis? Certe si quis ista attente cogitare voluerit, non solum non grave, sed leve et facile et jucundum ac dulce illi videbitur, tam bono Domino toto corde et toto tempore vitae suae servire eique se totum, ad exemplum ejus, hostiam et oblationem atque adeo holocaustum in odorem suavitatis offerre.

CAPUT XVI

De quarto fructu verbi sexti, qui est meditari cur tam multi sint mali.

Fructus quartus sumi potest ex quarta explicatione verborum illorum *Consummatum est*. Si enim verum est, ut est verissimum, Christum justo iudicio Dei transtulisse nos a servitute diaboli in regnum Filii dilectionis suae, quaeramus⁹²⁸ diligenter et non desistamus, donec inveniamus, quae causa sit, cur tantus hominum numerus malit hosti humani generis iterum se in servitutem tradere, ut cum eo ardeat in aeternum in gehennae camino, quam Christo, Principi benignissimo, deservire,⁹²⁹ immo cum

„sám sebe“ na kříži „jako přinesení a obětinu Bohu k vůni líbezné“, aby nás vykoupil z otroctví a obmyl od skvrn, „a sám sobě připravil Církev slavnou, nemající skvrnu ani vrásku.“⁹²⁷ Tato jsou slitování Boží, skrze něž nás apoštol zapřísahá, jako by říkal: Taková [dobrodiní] vám získal Pán ačkoli jste [si to] nezasloužili ani nežádali. Proč se vám [tedy] má zdát těžké, jestliže přinesete sami sebe Bohu v obětinu živou, svatou a příjemnou? Zajisté, jestliže se někdo rozhodne tyhle věci pozorně rozvažovat, bude se mu zdát, nejen netěžké, nýbrž i lehké, snadné, krásné a sladké celým srdcem po celý čas svého života sloužit tolik dobrému Pánu a jemu se cele, podle jeho příkladu, obětovat [jako] obětinu, oběť, a dokonce i celopal k vůni líbezné.

KAPITOLA 16.

Čtvrté ovoce šestého slova – rozjímání proč jsou tak mnozí zlí.

Čtvrtý plod může být získán z čtvrtého výkladu oněch slov „*Dokonáno jest!*“ Jestliže je totiž pravdivé – a to je [bez pochyby] nejpravdivější – že nás Kristus spravedlivým Božím rozhodnutím přenesl z otroctví ďáblova do království Syna své lásky, pátrejme usilovně a neochabujme, dokud nezjistíme, jaké jsou příčiny, proč se takové množství lidí raději chce znovu odevzdat do otroctví nepříteli lidského rodu, aby spolu s ním hořeli navěky v pekelné peci, než usilovně sloužit

⁹²⁶ Ruga, ae, f. – plicatura in cute contracta, aspera et inaequali, ut in senibus videre est; Bohem. vráska.

⁹²⁷ Ef 5,27.

⁹²⁸ Quaerere est dare operam, ut res amissa, vel qua utcumque caremus, recuperetur, inveniatur: scrutari, indagare, perquirere.

⁹²⁹ Deservio est diligenter servio, operam do, praesto sum, inservio.

illo felicissime certissimeque regnare. Ego certe nullam invenio causam, nisi quia in obsequio Christi inchoandum est a Cruce et necesse est carnem crucifigere cum vitiis et concupiscentiis. Haec amara potio atque hic calix absinthii⁹³⁰ homini naturaliter aegro nauseam⁹³¹ facit et saepe causa est, ut malit aegrotare quam eo modo curari. Et si quidem homo non homo, sed bestia esset, aut certe homo delirus et mente captus esset, concedi illi posset, ut sensu et appetitione⁹³² regeretur; sed cum homo rationis sit particeps, certe intellegit vel intellegere potest, eum, qui iussit carnem crucifigi cum vitiis et concupiscentiis, non solum instigare praecepto, sed etiam juvare, immo praevenire auxilio gratiae suae: quo modo sapiens medicus amarum poculum sic temperare novit, ut non difficulter hauriatur.⁹³³ Deinde si unusquisque nostrum primus esset, cui diceretur: Tolle crucem tuam et sequere me, fortasse posset haerere ac diffidere de viribus suis nec audere crucem attingere, quam se portare posse non crederet; at cum tam multi ante nos, nec solum viri, sed etiam pueri et puellae, crucem post Christum fortiter tulerint et carnem suam cum vitiis et concupiscentiis crucifixerint, quid nos timemus, cur haeremus? Hoc argumento sanctus Augustinus (Lib. 8 Confess., c. 11) superatus, carnalem concupiscentiam vincit, quam insuperabilem longo tempore reputaverat.⁹³⁴ Constituit enim sibi ante oculos

Kristu, Knížeti nejdobrotivějšímu, ba co více, spolu s ním i přešťastně a nejjistěji kralovat. Já zajisté nenacházím žádnou příčinu, kromě toho, že v službě Kristu je třeba začínat od kříže a je nutno křížovat [svě] tělo s [jeho] neduhy a žádostmi. Tento hořký nápoj a tento pohár pelyňku člověku přirozeně churavému způsobuje zvedání žaludku a častokrát je důvodem, že raději chce churavět, než tímto způsobem být léčen. Zajisté, jestliže by člověk nebyl člověkem ale zvířetem, nebo by snad byl člověkem blouznícím a zbaveným úsudku, mohlo by se mu prominout, že se řídí tělesným smyslem a žádostí. Protože ale člověk má rozum, jistě chápe anebo může chápat, že ten, jenž nařídil křížovat tělo s [jeho] neduhy a žádostmi, na [svém] příkazu nejenom trvá, ale také pomáhá, ba dokonce [nás] pomocí své milosti předchází, podobně jako moudrý lékař umí hořký nápoj namíchat tak, aby nebylo obtížné ho vypít. A pak, jestliže by každý z nás byl první, komu bylo řečeno: „vezmi svůj kříž a následuj mě“, mohl by snad váhat, nedůvěřovat svým silám a neodvažovat se ani dotknout kříže, o němž by nevěřil, že je schopen ho nést. Avšak když [už] tak mnozí před námi, nejenom muži, ale dokonce i chlapi a dívky, statečně nesli kříž za Kristem a křížovali své tělo s neduhy a žádostmi, proč se máme bát a proč [ještě]

⁹³⁰ Absinthium *vel* apsinthium, ii, n. – est herba notissima, foliis incanis multipliciter fissis, insigni amaritie praedita; Bohem. pelyněk.

⁹³¹ Nausea, ae, f. – ναυτία, stomachi ad vomitum ex gravi odore perturbatio et concitatio, quae navigantibus evenire solet; Bohem. mořská nemoc, dávení, ošklivost.

⁹³² Appetitio *vel* adpetitio, onis, f. – actus appetendi, hoc est proprie actus tendendi et accedendi ad rem aliquam, ut prehendi et teneri possit; Bohem. sáhnutí, touha, pud.

⁹³³ Haurire de liquoribus dicitur, et est educere, extrahere, a Graeca voce ἄρρω.

⁹³⁴ Reputo, as, avi, atum, are – est rationem in eo, computo.

mentis ex memoriae promptuario⁹³⁵ multos et multas continentes, multos et multas virgines, ac sibi dicebat: *Cur non poteris, quod isti et istae? isti et istae non in se potuerunt, sed in Domino, Deo suo.* Et quod de concupiscentia carnis dicimus, idem dici potest de concupiscentia oculorum, quae est avaritia, et de superbia vitae; nullum enim est vitium, quod adjuvante Deo crucifigi non possit, neque periculum est, ne Deus juvare non velit, cum sanctus Leo (Sermo 16 de Passione Domini) dicat: *Iuste instat praecepto, quia praecurrit auxilio.* Vere igitur miseri sunt, ne dicam amentes et stulti, qui, cum possint jugum Christi suave ac leve subire, et requiem animae suae in hac vita reperire (Mt 11,30) et cum eodem Christo in futura regnare; malint quinque juga boum (Lc 14,19), diabolo jubente, portare et sensibus carnis non sine labore et dolore servire, et ad extremum apud inferos cum ipso suo domino diabolo perpetuo⁹³⁶ cruciari.

váháme? Sv. Augustin⁹³⁷ odzbrojen tímto důvodem, přemohl tělesnou žádostivost, kterou dlouhou dobu považoval za nepřemožitelnou. Postavil si totiž před oči mysli ze zásob své paměti mnohé zdrženlivé [muže i ženy], mnohé panice a panny a říkal si: „Proč nemůžeš to, co tito a tyto mohli? Tito a tyto nemohli sami v sobě, ale v Pánu, svém Bohu.“ A co říkáme o žádosti těla, totéž může být řečeno i o žádosti očí čili o lakomství i o pyšce života. Není totiž žádný neduh, který nemůže být s Boží pomocí ukřižován, a není [takového] nebezpečí, aby [v něm] Bůh nechtěl pomoci. Vždyť sv. Lev⁹³⁸ říká: „Právem trvá na [svém] přikázání ten, jenž [nás] předchází [svou] pomocí.“ Vpravdě tedy jsou bídni, abych neřekl nerozumní hlupáci, ti, kdo, i když mohou na sebe vzít Kristovo příjemné a lehké jho a nalézt odpočínutí své duše v tomto životě⁹³⁹ a v budoucím s tímtež Kristem kralovat, raději chtějí na ďáblův příkaz snášet pět volských záprahů,⁹⁴⁰ [tedy] sloužit smyslům těla, ne bez námahy a bolesti, a nakonec v pekle být i se samotným svým pánem, ďáblem, bez ustání mučení.

⁹³⁵ Promptuarium, ii, n. – est cella promptuaria; Bohem. zásobárna, sklad.

⁹³⁶ Perpetuo est sine intermissione, assidue, semper, perenniter.

⁹³⁷ Sv. Augustin, *Vyznání*, 8, 11: PL 32, 760.

⁹³⁸ Sv. Lev Veliký, *Sermo 67 (alias 65) o umučení Páně*, 6: PL 54, 371.

⁹³⁹ Mt 11,30.

⁹⁴⁰ Lk 14,19.

CAPUT XVII

*De quinto fructu verbi sexti, qui est crucem
amare, crucem honorare, et cruci affigi.*

Quintus fructus ex verbis illis decerpendus erit, quatenus haec verba significant, Ecclesiae aedificationem in Cruce consummatam fuisse, et ipsam Ecclesiam ut alteram Evam ex latere Christi morientis tamquam ex costa Adami dormientis prodiisse.⁹⁴¹ Hoc porro mysterium docet nos, ut crucem amemus, crucem honoremus, cruci vehementer afficiamur.⁹⁴² Quis enim locum non amat, unde mater ipsius prodiit? Certe fideles omnes miro modo afficiuntur erga sacratissimam domum Lauretanam, quia ibi nata est Virgo Deipara, et ibidem natus est, non quidem extra uterum, sed in utero virginali Jesus Christus, Deus noster. Sic enim loquitur Angelus ad Iosephum: *Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est* (Mt 1,20). Hinc etiam et ipsa Ecclesia, memor nativitatis suae, Crucem ubique pingit, ubique locat, in fronte, in templis, in domibus; neque ulla Sacramenta peragit sine Cruce, neque aliquid benedicendo sanctificat sine Cruce; sed amorem praecipuum tunc Cruci deferimus, cum patienter propter amorem Crucifixi toleramus adversa. Hoc enim est in Cruce gloriari, id facere, quod Apostoli faciebant, cum *ibant gaudentes a conspectu concilii*,⁹⁴³ *quoniam digni habiti erant pro nomine Jesu contumeliam pati* (Act

KAPITOLA 17.

*Páté ovoce šestého slova – milovat kříž, ctít
kříž a na kříž být přibit.*

Pátý plod bude z těchto slov k utrnutí, na kolik tato slova znamenají, že na kříži bylo završeno budování Církve a že Církev sama se zrodila z boku umírajícího Krista jako druhá Eva z žebra spícího Adama. Toto tajemství nás dále učí, abychom milovali kříž, ctili kříž a ke kříži abychom byli zasaženi silným citem. Kdo totiž nemiluje místo, kde se narodila jeho matka? Všichni věřící zajisté dojemnou láskou ctí nejsvětější Loretánský domek, protože se zde narodila Panenská Bohorodička a taktéž zde byl zrozen, ne pravda z lůna, ale uvnitř panenského lůna, Ježíš Kristus, náš Bůh. Takto totiž mluví anděl k Josefovi: „*Co se v ní zrodilo, je z Ducha svatého.*“⁹⁴⁶ Proto i sama Církev, pamětlivá svého zrození, všude vyobrazuje kříž, všude [ho] umísťuje: na čele, v chrámech, na domech. A také žádné svátosti nekoná bez kříže, ani nic žehnaje neposvěcuje bez kříže. Avšak nejvíce kříži prokazujeme lásku tehdy, když pro lásku Ukřižovaného trpělivě snášíme [rozličná] protivenství. Chválit se křížem totiž znamená konat to, co dělali apoštolové, když „*odcházeli z velerady s radostí, že byli uznáni za hodné trpět pro jméno Ježíšovo potupu.*“⁹⁴⁷ A apoštol Pavel vykládá, co

⁹⁴¹ Prodeo, is, ii, itum, ire, n. 4. anom. – est in apertum eo, exeo, exsisto; latiori sensu pro nasci, exsistere.

⁹⁴² Afficio *vel* adficio, ficis, feci, fectum, ficere (ad *et* facio) – generatim vero afficere est vim aliquam in corpus aut in animum ita exercere, ut corpus aut animus peculiari quadam constitutione donetur.

⁹⁴³ Concilium, ii, n. – generatim ponitur pro quavis conjunctione, seu coagmentatione; speciatim est conventus hominum in unum locum deliberandi causa convocatorum; *Paul. Diac. p. 38. 2. Müll.* putat dictum esse quasi *concalium*, a *con* et *calando*, hoc est convocando.

⁹⁴⁶ Mt 1,20.

⁹⁴⁷ Sk 5,41.

5,41). Et Apostolus Paulus, quod sit in Cruce gloriari, explicat, cum dicit: *gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operetur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis* (Rom 5,3–5). Unde concludit⁹⁴⁴ ad Galatos scribens: *Mihi absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo* (Gal 6,14). Hic est vere triumphus Crucis, si mundus cum suis pompis et oblectationibus sit animae christianae et Christum crucifixum diligenti veluti mortuus, et anima ipsa christiana sit ipsi mundo mortua, amans tribulationem et contemptum, quae mundus odit, et odio prosequens⁹⁴⁵ carnales voluptates et gloriam temporariam, quae mundus diligit: sic perficitur et consummatur servus Dei, ut de ipso quoque dici possit: Consummatus est.

CAPUT XVIII

De sexto fructu verbi sexti, hoc est de imitatione perseverantiae Christi in eius passione.

Postremus erat fructus ab exemplo perseverantiae Domini in Cruce utilissime colligendus, siquidem ex verbo illo *Consummatus est* intellegimus, Dominum consummasse opus passionis suae ab initio usque ad finem, ut nihil desiderari posset. *Dei perfecta sunt opera,*

znamená chválit se v kříži, když říká: „*Chlubíme se souženími, vědouce, že soužení působí trpělivost, trpělivost však osvědčenost, osvědčenost pravda naděje, naděje ovšem nezahanbuje, protože Boží láska byla rozlita v našich srdcích skrze Ducha svatého, který nám byl dán.*“⁹⁴⁸ Z čehož, píše Galatanům, uzavírá: „*Ať je mi vzdáleno, abych se chválil něčím jiným než křížem našeho Pána Ježíše Krista, skrze něž je mi svět ukřižován a já světu.*“⁹⁴⁹ To je totiž vítězstvím kříže: je-li pro křesťanskou duši, která miluje Krista, svět se svou okázalostí a potěšeními jakoby mrtvý a je-li [také] křesťanská duše sama mrtvá světu a miluje soužení a opovržení, které svět nenávidí, a pohlíží s nenávistí na tělesné žádosti a časnou slávu, které svět miluje. Takto se dokonává a dovršuje služebník Boží, aby se i o něm samém mohlo říci: „*Dokonáno jest.*“

KAPITOLA 18.

Šesté ovoce šestého slova – následování Kristovy vytrvalosti v jeho umučení.

Posledním, nejužitečnějším ke sklizení, bylo ovoce příkladu vytrvalosti Páně na kříži, neboť z onoho slova „*Dokonáno jest!*“ chápeme, že Pán dokonal dílo svého utrpení od začátku až do konce, takže už nebylo co očekávat. „*Boží díla jsou dokonalá,*“ říká Mojžíš.⁹⁵² A

⁹⁴⁴ Concludo, dis, si, sum, dere (cum et claudio) – est idem quod claudio, vel simul claudio.

⁹⁴⁵ Prosequor, sequeris, secutus vel sequutus sum, sequi Part. *Prosequens.*

⁹⁴⁸ Ř 5,3–5.

⁹⁴⁹ Gal 6,14.

⁹⁵² Dt 32,4.

inquit Moyses (Dt 32,4); et quemadmodum Pater die sexto perfecit opus creationis et die septimo requievit: sic et Filius die sexto consummavit opus redemptionis et die septimo requievit. Frustra clamabant Judaei ante Crucem: *Si Rex Israel est, descendat de Cruce, et credimus ei* (Mt 27,42). Rectius dicit sanctus Bernardus (Sermo de resurrectione): *Immo quia Rex Israel est, titulum regni non deserat.*⁹⁵⁰ Et paulo infra: *Non tibi dabit occasionem surripiendae nobis perseverantiae, quae sola coronatur. Non faciet obmutescere praedicatorum linguas, consolantium pusillanimes et dicentium singulis: Tu locum tuum ne deseras, quod sine dubio sequeretur, si respondere possent, quia Christus suum deseruit.* Christus igitur perseveravit in Cruce usque ad vitae finem, ut consummaret opus suum sic, ut nihil ei desset et nobis exemplum perseverantiae prorsus admirabile relinqueret. Facile siquidem est, perseverare in locis amoenis et in actionibus, quae voluptatem afferunt; sed in labore et dolore diutius perseverare, difficillimum est. Sed si cognoverimus, quid Christum perseverare fecerit in Cruce, fortasse discemus et nos crucem nostram perseveranter ferre et, si opus etiam fuerit, in illa perseveranter ad mortem usque pendere. Si quis ad solam crucem oculos admoveat, non poterit non horrere funestae⁹⁵¹ mortis instrumentum. Sed si oculos non tam corporis quam mentis ad illum erigat, qui crucem nos portare jubet, et ad locum, quo illa

tak jako Otec šestého dne dokonal dílo stvoření a dne sedmého odpočinul, tak také Syn šestého dne dokonal dílo vykoupení a sedmého dne odpočinul. Zbytečně volali Židé pod křížem: „*Jestliže je Král Izraele, ať sestoupí z kříže, a uvěříme mu.*“⁹⁵³ Správněji říká sv. Bernard: „Naopak, protože je Králem Izraele, neopustil titul [svého] království.“ A trochu níže: „Nedá ti příležitost ukrást nám vytrvalost, která jediná je korunována. Nezpůsobí, aby oněměly jazyky kazatelů, utěšujících malodušné a říkajících každému: ‚Ty své místo neopouštěj.‘ Ti by bezpochyby ztichli, jestliže by jim [posluchači] byli mohli odpovědět, že Kristus své [místo] opustil.“⁹⁵⁴ Kristus tedy vytrval na kříži až do samého konce života, aby své dílo dovršil tak, aby mu nic nescházelo, a aby zanechal příklad naprosto obdivuhodné vytrvalosti. Zajiště snadné je vytrvat na místech krásných a v činech, které přinášejí příjemnost, avšak setrvávat dlouho v námaze a bolesti je [věc] nejobtížnější. Ale až jestliže poznáme, co způsobilo, že Kristus na kříži vytrval, i my se snad naučíme vytrvale nést svůj kříž, a bude-li to potřebné, trpělivě na něm viset až do [samotné] smrti. Jestli [pak] někdo bude obracet oči na samotný kříž, nebude se moci neděsit [tohoto] nástroje nejstrašnější smrti. Jestli ale [své] oči, ne tak těla, jako [spíše] mysle, pozdvihne k Tomu, jenž nám přikazuje kříž nést, a k místu, kam kříž [člověka]

⁹⁵⁰ Deserat conj. praes. a desero, seris, serui, sertum, serere.

⁹⁵¹ Funestus, a, um – est funus seu mortem afferens, letalis, exitialis, perniciosus.

⁹⁵³ Mt 27,42.

⁹⁵⁴ Sv. Bernard z Clairvaux, *In Resurrectione Domini*, 2: PL 183, 273.

perducit, et ad fructum, quem eadem ipsa producit: tum non difficile et arduum, sed facile et jucundum erit, perseverare in bajulanda cruce vel perseveranter pendere de cruce.

Quid igitur Christum fecit tam perseveranter sine querela de Cruce pendere usque ad mortem? Prima causa fuit amor Patris. *Calicem*, inquit, *quem dedit mihi Pater, non bibam illum* (Io 18,11)? Amabat Christus Patrem amore prorsus ineffabili, et ab illo pari amore diligebatur. Cum igitur videret calicem illum sibi dari a Patre optimo et amantissimo, ut nullo modo suspicari posset, sibi dandum nisi ad finem optimum et sibi ipsi gloriosissimum: quod mirum, si calicem illum libentissime totum exhausit? Denique Pater Filio nuptias fecit (Mt 22,2 ss.) et sponsam illi dedit Ecclesiam, sed sordidatam et rugosam,⁹⁵⁵ quam tamen, si vellet in balneo calente⁹⁵⁶ sanguinis sui diligenter abluere, facile redderet gloriosam, *non habentem maculam neque rugam* (Eph 5,27). Adamavit igitur Christus sponsam a Patre sibi conjunctam, et non grave illi fuit, sanguine suo illam abluere, ut formosam et gloriosam efficeret. Nam si Jacob propter Rachelem annis septem laboravit in pascendis gregibus Laban, sic ut aestu ureretur et gelu et fugeret somnus ab oculis ejus, et visi sunt illi tam multi anni *pauci dies prae amoris magnitudine* (Gn 29,20); si, inquam, pro una Rachele Jacob nihili fecit laborem annorum septem et rursum aliorum

přivádí, a k ovoci, které tentýž [kříž] vydává, potom nebude obtížné a neschůdné, nýbrž bude snadné a příjemné v nesení kříže setrvalvat nebo i vytrvale na kříži viset.

Co tedy způsobilo, že Kristus tak vytrvale bez naříkání visel až do smrti na kříži? Prvním důvodem byla láska k Otci. Říká: „*Kalich, který mi dal Otec, nebudu ho pít?*“⁹⁵⁷ Kristus miloval Otce láskou naprosto nevýslovnou a byl jím milován stejnou láskou. Když tedy viděl, že tento kalich je mu dán od nejlepšího a nadevše milujícího Otce, takže nebylo nijakých pochyb, že je mu dán k nejlepšímu a pro něj samého nejslavnějšímu cíli, co divného je na tom, že tento kalich s největší ochotou celý vypil? Ostatně Otec Synovi připravil svatbu⁹⁵⁸ a za nevěstu mu dal Církev, ale zašpiněnou a vrásčitou, kterou však, jestliže by ji chtěl pečlivě obmýt v horoucí lázni své krve, snadno by ji učinil slavnou, „*bez poskvrny a vrásky*“.⁹⁵⁹ Kristus si tedy zamiloval nevěstu zaslíbenou mu Otcem a nebylo mu zatěžko obmýt ji vlastní krví, aby ji učinil krásnou a slavnou. Vždyť jestliže Jákob pracoval sedm let pro Ráchel, pásal Lábanova stáda a trpěl při tom horko i chlad a spánek unikál od jeho očí, a přitom se mu tolik let zdálo jako „*několik dní pro velikost lásky*“;⁹⁶⁰ jestliže tedy Jákob pro jedinou Ráchel pokládal za nic sedm let dřiny a znovu jiných sedm, co divného na tom, že Syn Boží pro [svou]

⁹⁵⁵ Rugosus, a, um – est rugis plenus.

⁹⁵⁶ Caleo est calidus sum, ferveo.

⁹⁵⁷ J 18,11.

⁹⁵⁸ Mt 22,2n.

⁹⁵⁹ Ef 5,27.

⁹⁶⁰ Gn 29,20.

septem: quid mirum, si Filius Dei pro Ecclesia sponsa, quae multorum milium sanctorum Dei filiorum mater futura erat, tres horas in Cruce perseverare voluerit? Denique Christus non amorem solum Patris et Sponsae respiciebat, cum passionis calicem bibiturus esset, sed etiam eminentissimam illam gloriam et numquam finiendam laetitiae magnitudinem, ad quam per crucis patibulum ascensurus erat, dicente Apostolo: *Humiliavit semetipsum, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et infernorum* (Phlp 2,8–10).

Addamus ad Christi exemplum exemplum Apostolorum. Paulus, cruces suas et aliorum Apostolorum enumerans in epistola ad Romanos, ait: *Quis ergo nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an fames, an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis.* Et respondet: *Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos* (Rom 8,35–37). Ut durarent et perseverarent in cruciatus, non cruciatus attendebant, sed amorem Dei, qui nos dilexit et Filium suum pro nobis dedit; vel etiam, quia Christum ipsum considerabant, qui dilexit nos *et dedit semetipsum pro nobis* (Tit 2,14). Idem Apostolus scribens ad Corinthios: *Repletus sum, inquit, consolatione,*

nevěstu Církev, která se měla stát matkou mnoha tisíců svatých, Božích dětí, chtěl setrvat na kříži po tři hodiny? Ostatně, Kristus se neohlížel jenom na lásku k Otci a k Nevěště, když se chystal pít kalich umučení, ale také na onu nejvyšší slávu a na velikost radosti, která nikdy nemá skončit, a k níž měl vystoupit skrze dřevo kříže, jak říká apoštol: „*Sám sebe ponížil, stal se poslušným až na smrt, až na smrt kříže. Proto ho také Bůh vyvýšil a dal mu jméno, které je nad každé jiné jméno, aby ve jménu Ježíš pokleklo každé koleno nebeských, pozemských i podsvětních.*“⁹⁶¹

K příkladu Krista přidejme i příklad apoštolů. Pavel, vypočítáváje kříže své i jiných apoštolů, v listu Římanům říká: „*Kdo nás tedy odloučí od lásky Kristovy? Snad soužení nebo úzkost, hlad, nebo nahota, nebezpečí, pronásledování nebo meč? Jak je psáno: Neboť kvůli tobě jsme mrtveni celý den, jsme považováni jako za ovce na zabití.*“ A odpovídá: „*Ale v tomto všem vítězíme díky tomu, který nás miloval.*“⁹⁶³ Aby vydrželi a vytrvali v mukách, nepohlíželi na muka, ale na lásku Boha, který nás miloval a dal za nás svého Syna. Anebo také pozorovali samotného Krista, který nás miloval „*a vydal sám sebe za nás.*“⁹⁶⁴ Tentýž apoštol píšíc Korintánům říká: „*Jsem naplněn útěchou, překypuji radostí ve veškerém našem soužení.*“⁹⁶⁵ Odkud

⁹⁶¹ Flp 2,8–10.

⁹⁶³ Ř 8,35–37.

⁹⁶⁴ Tit 2,14.

⁹⁶⁵ 2Kor 7,4.

superabundo gaudio in omni tribulatione nostra (2 Cor 7,4). Unde consolatio tanta, unde gaudium tantum, quod tribulationem quasi sentiri non patiatur? Respondet alio loco, quia, *quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, aeternum gloriae pondus operatur in nobis* (2 Cor 4,17). Itaque contemplatio gloriae sempiternae, quam ante oculos mentis gerebat, causa erat, cur tribulatio momentanea et levis illi videtur. *Has cogitationes*,⁹⁶² inquit sanctus Cyprianus (Lib. de exhort. Mart.), *quae persecutio potest vincere, quae possunt tormenta superare?* His addi potest exemplum sancti Andreae, qui crucem, in qua biduo pependit, non ut crucem aspexit, sed ut amicam salutavit et, cum populus eum deponendum curare vellet, nullo modo permisit, sed in cruce usque ad mortem perseverare voluit: neque erat iste homo imprudens, sed sapientissimus, et Spiritu Sancto plenus.

Ex his exemplis Christi et Apostolorum ejus discere possunt omnes christiani, quomodo se gerere debent, cum de cruce sua descendere, id est de tribulatione liberari sine peccato non possunt. Ejusmodi sunt in primis regulares omnes, quorum vita votis paupertatis, castitatis et oboedientiae adstricta⁹⁶⁸ similis martyrio esse censetur. Item conjugati, cum divina providentia maritus uxorem querulam, morosam,⁹⁶⁹ iracundam ac paene intolerabilem

taková útěcha, odkud taková radost, která jakoby nedovoluje, aby soužení bylo pocítováno? Odpovídá na jiném místě: „*Naše chvilkové a lehké soužení v přítomnosti působí v nás věčnou slávu.*“⁹⁶⁶ Proto nazírání věčné slávy, kterou měl před očima své mysli, bylo příčinou toho, že se mu soužení zdálo chvilkové a lehké. Sv. Cyprián říká: „Jaké pronásledování může přemoci takového smýšlení? Jaká muka je mohou překonat?“⁹⁶⁷ K tomu se může přidat příklad sv. Ondřeje, který na kříž, na němž visel dva dni, pohlížel ne jako na kříž, ale pozdravil ho jak přítele, a když se lid chtěl postarat, aby ho sňali, žádným způsobem to nedovolil, ale chtěl na kříži setrvat až do smrti. A tento člověk nebyl nerozumný, ale nejmoudřejší a plný Ducha svatého.

Z těchto příkladů Krista a jeho apoštolů se mohou poučit všichni křesťané, jak si mají počínat, když ze svého kříže nemohou bez hříchu sestoupit, tedy být osvobozeni od [svého] soužení. To se týká na prvním místě všech řeholníků, jejichž život, svázán slibů chudoby, čistoty a poslušnosti, se považuje za podobný mučednictví. Taktéž manželé, když se Boží prozřetelností manželovi dostane manželka svárlivá, puntičkářská, hněvivá a téměř nesnesitelná; nebo manželka

⁹⁶² Cogitatio, onis. f.

⁹⁶⁶ 2Kor 4,17.

⁹⁶⁷ Sv. Cyprián, *Ad Fortunatum de exhortatione martyrii*, 13: PL 4, 674.

⁹⁶⁸ *Astringo vel adstringo*, stringis, strinxi, strictum, stringere – est arcte premo, comprimo, ut fit intento fune nectendo vel contractis manuum digitis tenendo, adstringo, contraho.

⁹⁶⁹ Morosus dicitur et est, qui nimis exacte omnia fieri postulat: cui non placet id, quod placere debet: cui nulla re satisfacimus, difficilis, fastidiosus, curiosus.

sortitus est;⁹⁷⁰ vel uxor maritum non minus difficilem habet, qualem fuisse sanctae Monicae virum testis est sanctus Augustinus in libris Confessionum (Lib. 9, cap. 9). Ejusmodi sunt etiam mancipia, quae libertatem amiserunt, addicti perpetuo carceri vel alligati triremibus;⁹⁷¹ aegroti denique, qui morbo incurabili laborant; et pauperes, qui nisi furtis vel latrociniiis ad divitias aspirare non queunt. Hi omnes et si qui sunt alii, si perseverare in ferenda cruce cum gaudio spirituali et ingenti mercede cupiunt, non respiciant crucem, sed eum, qui crucem humeris illorum imposuit. Is enim sine dubio Deus fuit, qui Pater noster amantissimus est et sine cujus providentia nihil in hoc mundo geritur. Beneplacitum⁹⁷² autem Dei sine dubitatione ulla optimum est et nobis gratissimum esse debet. Proinde cum Christo dicere debent omnes: *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum* (Io 18,11)? Et cum Apostolo: *In his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos* (Rom 8,38). Deinde possunt etiam ac debent omnes, qui crucem suam deponere sine peccato nequeunt, non tam praesentem laborem considerare quam futuram mercedem, quae sine dubitatione superat omnem laborem et dolorem vitae praesentis, dicente Apostolo: *Non sunt condignae passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis* (Rom 8,18). Et alibi de Moyse loquens:

má manžela neméně obtížného, jak je toho svědkem sv. Augustin v knihách Vyznání,⁹⁷³ že takovým byl muž sv. Moniky. To se týká i nevolníků, kteří ztratili svobodu, odsouzených k doživotnímu vězení nebo připoutaných na galejích, a nakonec i nemocných, kteří trpí nevyléčitelnou nemocí, i chudých, kteří nemohou dosáhnout bohatství jinak než kradením nebo loupením. Ti všichni, a jsou-li jiní jim podobní, jestliže touží vytrvat v nesení kříže s duchovní radostí a nesmírnou odměnou, ať nehledí na kříž, ale na toho, kdo [ten] kříž na jejich ramena vložil. Byl to totiž bezpochyby Bůh, který je naším nejmilovanějším Otcem a bez jehož prozřetelnosti se v tomto světě nic neděje. To, co se líbí Bohu, je beze vší pochyby nejlepší, a také nám to má být nejdražší. A proto mají všichni říkat spolu s Kristem: „*Kalich, který mi dal Otec, nebudu ho pít?*“⁹⁷⁴ A s apoštolem: „*V tom všem vítězíme skrze toho, jenž si nás zamiloval.*“⁹⁷⁵ Dále pak mohou a také mají všichni, kdo bez hříchu nemohou svůj kříž odložit, hledět ne tak na přítomnou námahu jako spíš na budoucí odměnu, která bezpochyby převýší veškerou námahu a bolest přítomného života, jak to říká i apoštol: „*Utrpení tohoto věku se nemohou srovnávat s budoucí slávou, která se zjeví na nás.*“⁹⁷⁶ A jinde hovoříc o Mojžíšovi: „*pokládal za větší*

⁹⁷⁰ Sortior, iris, itus sum, iri, dep. 4. (sors) – est sortes duco, sortitionem facio, in sortem conjicio.

⁹⁷¹ Triremis est tres habens remorum ordines, ut navis triremis, galera, τριῆρης; Bohem. trojveslice.

⁹⁷² Beneplacito, es, cui, citum, cere, n. 2. – est multum placeo.

⁹⁷³ Sv. Augustin, *Vyznání*, 9, 9: PL 32, 772.

⁹⁷⁴ J 18,11.

⁹⁷⁵ Ř 8,37.

⁹⁷⁶ Ř 8,18.

Majores divitias aestimans thesauro AEgyptiorum improprium Christi: aspiciebat enim in remunerationem (Hbr 11,26).

Denique addere possumus ad consolationem eorum, qui crucem gravem et longo tempore gestare coguntur, exempla duorum, qui perseverantiam perdidierunt et crucem sine comparatione graviores invenerunt. Judas, Christi proditor, cum in se reversus proditoris crimen detestaretur, non ferens confusionem, qua suffundi⁹⁷⁸ eum necesse erat, si cum Apostolis vel discipulis aliis versari voluisset, laqueo se ipse suspendit: sed mutavit, non evasit crucem confusionis, quam fugiebat. Major enim confusio illum sequetur in die iudicii coram omnibus Angelis et hominibus, quando non solum Christi proditor, sed etiam homicida sui ipsius declarabitur. Et quanta caecitas illa fuit, vitare confusionem modicam apud gregem pusillum et mansuetum discipulorum Christi, qui omnes illum ad bene sperandum de misericordia Salvatoris erexissent: et non vitare infamiam et confusionem proditoris Christi et proprii suspendii apud theatrum omnium hominum et Angelorum? Alterum exemplum desumi potest ex oratione sancti Basilii in quadraginta Martyres. Summa haec est: In persecutione Licinii imperatoris milites quadraginta, cum in fide Christi perseverare statuissent, damnati sunt, ut sub dio, nudi, tempore et loco frigidissimo, totam noctem consummarent et eo modo longissimo acerbissimoque martyrio ex congelatione perirent. Aderat autem paratum balneum calidum, ut,

bohatství ponížení Kristovo než poklady Egypťanů, neboť hleděl na odměnu“.⁹⁷⁷

Nakonec můžeme k útěše těch, kteří jsou nuceni dlouhou dobu nést těžký kříž, dodat příklady dvou lidí, kteří ztratili vytrvalost a našli kříž neporovnatelně těžší. Jidáš, Kristův zrádce, když obrácen do sebe vyznával [svůj] zločin zrady, nesnesl potupu, kterou by musel být zahanbován, kdyby se snad chtěl stýkat s apoštoly nebo jinými učedníky, a sám se oběsil. Avšak kříží zahanbení, před kterým utíkal, neunikl, pouze ho zaměnil. Větší hanba ho dostihne v den soudu přede všemi anděli i lidmi, kdy bude prohlášen nejen za Kristova zrádce, ale také za sebevraha. A jaká to byla zaslepenost, utíkat před nepatrným zahanbením v malé a pokojné skupině Kristových učedníků, kteří by ho bývali všichni podporovali v důvěře v Spasitelovo milosrdenství, a neutíkat před nectí a zahanbením ze zrady Krista a vlastního oběšení před zraky všech lidí a andělů? Druhý příklad se může vzít z řeči sv. Basila o čtyřiceti mučednících. Stručně řečeno: Za pronásledování císařem Liciniem bylo čtyřicet vojáků, kteří si umínili setrvat v křesťanské víře, odsouzeno, aby strávili celou noc pod širým nebem, nazí, v silném mrazu, a takto aby zahynuli zdlouhavým a překrutným mučednictvím umrznutí. Na místě však byla připravena horká lázeň, do které měli být přijati ti, kdo by se rozhodli zřít se víry. Třicet devět z nich pohlížejíce očima myslí ne na přítomný trest

⁹⁷⁷ Žid 11,26.

⁹⁷⁸ Suffundo *vel* subfundo, fundis, fudi, fusum, fundere – est subtus *vel* clam fundo; speciatim refertur ad ruborem vultus.

si qui fidem abnegare vellent, in eo reciperentur. Ex iis triginta novem, non tam ad poenam congelationis praesentem et brevi finiendam quam ad coronam gloriae sempiternae mentis oculis aspicientes, facile in fide perseveraverunt et coronas splendidissimas de manu Domini meruerunt. Unus, qui totus defixus erat in poena sua consideranda et appendenda,⁹⁷⁹ perseverare non potuit, et ideo in tepefactum⁹⁸⁰ balneum insiluit. Sed continuo defluentibus⁹⁸¹ carnibus jam congelatis animam exhalavit⁹⁸² et ad inferos, ut Christi abnegator, ad perpetua tormenta descendit. Sic mortem fugiens mortem invenit et crucem brevem et levem cum sempiterna et gravissima commutavit. Horum igitur duorum infelicitium hominum imitatores sunt, quotquot crucem ordinis religiosi deserunt; qui jugum suave et onus leve projiciunt et, quando minime cogitant, inveniunt se jugo longe graviori alligatos cupiditatum variarum, quas explere numquam poterunt, et oneribus peccatorum⁹⁸³ gravissimis pressos, ut respirare non possint. Eadem ratio est de omnibus aliis, qui crucem suam cum Christo ferre recusant et crucem diaboli peccando ferre coguntur.

zmrznutí, který měl za chvílku skončit, ale na korunu věčné slávy, lehce vytrvali ve víře a zasloužili si z Pánovy ruky nejzářivější koruny. Jeden, který byl cele upnut k pozorování a hodnocení svého trestu, nemohl vytrvat, a proto skočil do horké lázně. Hned ale, protože jeho tělo už bylo zmrzlé, vypustil duši a – jako odřeknuvší se Krista – sestoupil do pekla do věčných muk. Tak utíkáje před smrtí, smrt našel, a zaměnil kříž krátký a lehký za věčný a přetěžký. Následovníky těchto dvou nešťastných lidí jsou tedy všichni, kdo opouštějí kříž řeholního řádu. Jho lehké a břemeno příjemné odhazují a když to nejméně čekají, zjišťují, že jsou spoutáni daleko těžším jhem rozličných žádostí, které nikdy nezmohou uspokojit, a že jsou sevrženi břemeny nejtěžších hříchů tak, že ani nemohou dýchat. Toto platí také o všech ostatních, kteří odmítají nést svůj kříž spolu s Kristem a jsou nuceni hřešením nést kříž ďáblův.

⁹⁷⁹ Appendo *vel* adpendo, pendis, pendi, pensum, pendere – speciatim usurpatur pro suspendere in statera vel libras ad pondus cognoscendum.

⁹⁸⁰ Frigidum aliquid et calidum novimus: inter utrumque tepidum est. Si tepido illi plus frigidi ingessero, fiet frigidum: si plus calidi affudero, fiet novissime calidum.

⁹⁸¹ Defluere duo diversa significat, prout praepositio *de* motum a superiore ad inferiorem locum, aut actionis finem ac cessationem significat.

⁹⁸² Exhalo, as, avi, atum, are – ἐξατμίζω, est halando emitte. exspirare, efflare.

⁹⁸³ Paccatum, i, n.

CAPUT XIX

*Explicatur ad litteram verbum septimum:
Pater, in manus tuas commendo spiritum
meum. Lc 23,46.*

Pervenimus⁹⁸⁵ ad postremam Christi vocem, quam, in Cruce moriturus, non sine magno clamore emisit, dicens: *Pater, in manus tuas commendo*⁹⁸⁶ *spiritum meum*. Explicabimus ordine verba singula. *Pater*, inquit, merito Patrem vocat, quia Filius illi fuit oboediens usque ad mortem, ideo dignissimus, qui audiat. *In manus tuas*. Manus Dei dicuntur in Scripturis intellegentia et voluntas, sive sapientia et potentia, sive, quod in idem recidit, intellectus omnia sciens et voluntas omnia potens. His enim duabus, quasi manibus, Deus omnia facit, neque indiget instrumentis, quia, ut loquitur sanctus Leo (Sermo 2 de Nativitate): *In Deo voluntas potentia est*. Itaque velle apud Deum est facere: *Omnia, quaecumque voluit, fecit* in caelo et in terra (Ps 113,3). *Commendo*, quasi in depositum⁹⁸⁷ trado, ut cum fide restituatur, quando restituendi tempus advenerit. *Spiritum meum*. De hac voce non parva quaestio est; solet enim spiritus et pro anima, quae forma substantialis corporis est, et pro vita ipsa accipi: quoniam signum vitae spiratio est, et qui spirant, vivunt, qui spirare desinunt, moriuntur. Et quidem si per spiritum hoc loco intellegamus animam Christi, cavendum est, ne

KAPITOLA 19.

Sedmé slovo: „Otče, do tvých rukou odevzdávám svého ducha.“⁹⁸⁴

Přicházíme k poslednímu Kristovu slovu, které, umíraje na kříži, vydal, ne bez velikého křiku, říká: „Otče, do tvých rukou odevzdávám svého ducha.“ Vyložíme popořádku jednotlivá slova: „Otče.“ Právem volá Otce, protože byl jeho Synem poslušným až na smrt, a proto nejvíce hodným toho, aby byl vyslyšen. „Do tvých rukou.“ Za Boží ruce jsou v Písmu označovány intelekt a vůle, nebo moudrost a moc, nebo [také] – což vychází nastejno – vševědoucí rozum a všemohoucí vůle. Totiž těmato dvěma jakoby rukama Bůh všechno koná a nepotřebuje [žádné] nástroje, protože, jak říká sv. Lev: „v Bohu je vůle moc“.⁹⁹⁰ A proto chtít je u Boha konat. „Všechno, co chtěl, vykonal“ na nebi i na zemi.⁹⁹¹ „Odevzdávám,“ jakoby vkládám do úschovy, aby [mi] byl věrně navrácen, až čas navrácení přijde. „Svého ducha.“ O tomto slovu je nemalá otázka. Duchem se totiž často myslí i duše, která je podstatnou formou těla; i sám život, protože znakem života je dýchání, a ti, kdo dýchají, žijí, kdo [však] dýchat přestávají, umírají. Avšak jestliže na tomto místě budeme duchem rozumět Kristovu duši, je třeba si dát pozor, aby si někdo

⁹⁸⁴ Lk 23,46.

⁹⁸⁵ Pervenio, venis, veni, ventum, venire.

⁹⁸⁶ Commendo, as, avi, atum, are – ratione habita compositionis et etymi, commendare est a cum et mandare, hoc est manui dare; ideoque commendo est rem aut personam aliquam in alterius manus trado, alteri committo, depono, ut faveat, opituletur, curamque habeat eadem, quam ipse habui.

⁹⁸⁷ Depono, ponis, posui, positum, ponere.

⁹⁹⁰ Sv. Lev Veliký, *Sermo 22 (alias 21) in Nativitate Domini*, 1: PL 54, 193.

⁹⁹¹ Ž 113,3.

quis existimet periculum aliquod fuisse illi animae de corpore exeunti, in quem modum aliis hominibus morientibus commendari solet anima multis precibus et multa sollicitudine, quoniam ad tribunal Judicis vadit, acceptura pro meritis bonis vel malis gloriam sive poenam. Tali commendatione non eguit⁹⁸⁸ anima Christi, tum quia beata erat ab initio creationis, tum quia Filio Dei in persona conjuncta erat et anima Dei dici poterat, tum denique quia victrix et triumphatrix de corpore exibat et terrori⁹⁸⁹ erat daemonibus omnibus, non ipsa terri a daemonibus poterat. Itaque si spiritus hoc loco pro anima accipitur, illa verba Domini *Commendo spiritum meum* significabunt animam Christi, quae fuerat in corpore tamquam in tabernaculo, futuram esse in manibus Patris, quasi in deposito, donec revertatur ad corpus, juxta illud Sapientiae: *Justorum animae in manu Dei sunt* (Sap 3,1). Sed omnino credibilis est, hoc loco per spiritum intellegi vitam corporalem, ut sensus sit: Ego spiritum vitae nunc trado ac per hoc desino spirare et vivere, sed hunc spiritum, hanc vitam tibi, Pater, commendo, ut eam corpori meo brevi restituas. Tibi enim nihil perit, quin etiam tibi omnia vivunt, qui vocando, quae non sunt, facis, ut sint, et vocando, quae non vivunt, facis, ut vivant.

Hanc esse veram hujus loci sententiam, primo colligi potest ex Psalmo tricesimo, ex quo Dominus hanc orationem accepit. Sic enim orat sanctus David: *Educes me de laqueo hoc,*

nemyslel, že oné duši vycházející z těla hrozilo nějaké nebezpečí, podobně jako je zvykem s mnoha prosbami a usilovností odporoučet duši u jiných umírajících lidí, protože se ubírá před trůn Soudce, aby podle dobrých či zlých zásluh přijala slávu či trest. Takovéto doporučování duše Kristova nepotřebovala, jednak protože byla blaženou od počátku [svého] stvoření, jednak protože byla spojena s osobou Syna Božího a mohla se nazývat duší Boha, jednak konečně protože z těla vycházela jako vítězka a přemožitelka a byla postrachem všech démonů, a sama se [tudíž] démonů děsit nemohla. Proto jestliže se zde [slovo] duch bude přijímat namísto duše, [pak] ona Pánova slova: „*odevzdávám svého ducha*“, budou znamenat, že Kristova duše, která do té doby byla v těle jako v stánku, bude potom v rukou Otce, jako v úschově, dokud se nenavrátil do těla, podle slov Moudrosti: „*Duše spravedlivých jsou v ruce Boží.*“⁹⁹² Ale daleko věrohodnější je, aby se na tomto místě duchem rozuměl tělesný život a smysl slov [pak aby] byl: Já nyní odevzdávám ducha života a skrze to přestávám dýchat a žít, ale tohoto ducha, tento život, svěřuji tobě, Otče, abys ho zakrátko navrátil mému tělu.

A že je toto pravým smyslem tohoto místa, to se zaprvé může vyčíst z žalmu třicátého, z něhož si Pán tuto modlitbu vzal. Takto se totiž modlí sv. David: „*Vyved' mě ze sítě, již mi*

⁹⁸⁸ Egeo, ges, gui, (gitum), gere – est alicujus rei inopia laborare.

⁹⁸⁹ Terrori – gen. qualitatis a terror, oris, m. – magnus timor incussus.

⁹⁹² Mdr 3,1.

quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendo spiritum meum (Ps 30,5–6), quo loco apertissime Propheta per spiritum intellegit vitam. Precatur enim Deum, ut non sinat se occidi ab hostibus, sed vitam sibi conservet. Deinde colligitur ex hoc ipso loco Evangelii; posteaquam dixit Dominus: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, subjunxit Evangelista: *Et haec dicens, exspiravit* (Lc 23,46). Exspirare enim est desinere spiritum trahere, quod est viventium; quod non de anima, forma substantiali, dicitur, sed de aere, quem spiramus, dum vivimus, et spirare desinimus, cum morimur. Postremo colligitur hoc idem ex illis verbis Apostolicis: *Qui in diebus carnis suae preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido et lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia* (Hbr 5,7). Hunc locum aliqui exponunt de oratione, quam Dominus fudit in horto, dicens: *Pater, si fieri potest, transfer calicem hunc a me* (Mc 14,36). Sed eo loco Dominus non oravit cum clamore valido neque fuit exauditus ac ne ipse quidem exaudiri voluit, ut salvus fieret a morte. Oravit enim, ut calix passionis transiret a se; ut ostenderet desiderium naturale non moriendi, et se vere esse hominem, cuius natura mortem exhorret, sed addidit: *non quod ego volo, sed quod tu: fiat voluntas tua* (Mc 14,36; Mt 26,42; Lc 22,42) Itaque in horto fieri non potest, ut oratio Christi fuerit

*nastražili, protože ty jsi můj ochránce. Do tvých rukou poroučím svého ducha.*⁹⁹⁷ Na tomto místě prorok duchem zcela otevřeně rozumí život. Prosí totiž Boha, aby nedopustil jeho zabití od nepřátel, ale zachoval mu život. Dále se to rozumí ze samotného tohoto místa evangelia. Poté co Pán řekl: „*Otče, do tvých rukou odevzdávám svého ducha*“, evangelista dodal: „*a při těchto slovech vydechl [naposled]*.“⁹⁹⁸ Vydechnout totiž znamená přestat dýchat, což náleží žijícím, a neříká se to o duši, podstatné formě těla, ale o vzduchu, který dýcháme, dokud žijeme a přestáváme [ho] dýchat, když umíráme. Nakonec totéž se rozumí z apoštolových slov: „*Jenž za dnů svého těla se silným křikem a slzami přednášel prosby a žádosti tomu, který ho mohl zachránit od smrti, a byl vyslyšen pro svou uctivost.*“⁹⁹⁹ Toto místo někteří vykládají o modlitbě, kterou Pán proléval v zahradě, když říkal: „*Otče, je-li to možné, odejmi ode mne tento kalich.*“¹⁰⁰⁰ Ale na tomto místě se Pán nemodlil se silným křikem a také nebyl vyslyšen, a ani sám nechtěl, aby byl vyslyšen a zachráněn od smrti. Modlil se totiž, aby od něj byl odňat kalich utrpení [proto], aby [tím] ukázal [svou] přirozenou touhu nezemřít a své pravé lidství, jehož přirozenost se smrti děsí. Avšak dodal: „*ne, co já chci, ale co ty, buď vůle tvá.*“¹⁰⁰¹ Proto není možné, aby Kristova modlitba v zahradě byla ta, o níž mluví apoštol [v listu] Židům. Jiní míní, že

⁹⁹⁷ Ž 30,5–6.

⁹⁹⁸ Lk 23,46.

⁹⁹⁹ Žid 5,7.

¹⁰⁰⁰ Mk 14,36.

¹⁰⁰¹ Mk 14,46; Mt 26,42; Lk 22,42.

illa, de qua loquitur Apostolus ad Hebraeos. Alii orationem istam Christi, cujus meminit sanctus Paulus, volunt istam esse, quam Dominus pro suis crucifixoribus fudit in Cruce, dicens: *Pater, dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt* (Lc 23,34). At eo tempore Dominus non est usus clamore valido neque pro se oravit, ut salvus fieret a morte; quae duo habentur aperte apud Apostolum ad Hebraeos. Oravit enim in Cruce pro crucifixoribus, ut eis peccatum illud gravissimum maximumque dimitteretur. Restat igitur, ut verba Apostolica intellegantur de oratione illa postrema, quam fudit in Cruce, dicens: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, quam orationem fudit cum clamore valido, dicente sancto Luca: *Et clamans voce magna, Jesus ait* (Lc 23,46), ubi manifeste Paulus Lucasque consentiunt. Deinde oravit Dominus, ut salvus fieret a morte, teste beato Paulo, id quod non potest significare, ut non moreretur in Cruce; sic enim non fuisset exauditus, et Apostolus exauditum fuisse testatur (Hbr 5,7): sed significat eum petiisse, ut non absorberetur⁹⁹³ a morte, sed mortem solum degustaret et mox reverteretur ad vitam. Hoc enim significant illa verba: *Preces ad eum, qui posset illum salvum facere a morte, obtulit*. Non enim ignorare poterat Dominus, se omnino moriturum, ac praesertim cum jam esset vicinissimus morti; sed cupiebat salvus fieri a morte in hunc sensum, ut non diutius teneretur a morte,

Kristova modlitba, kterou sv. Pavel vzpomíná, je ta, kterou Pán přednášel za ty, kdo ho křižovali, když říkal: „*Otče, odpusť jim, neboť nevědí, co činí.*“¹⁰⁰² Avšak v tu chvíli Pán nepoužil silný křik a ani se nemodlil za sebe, aby byl zachráněn od smrti, což obojí se otevřeně nachází u apoštola [v listu] Židům. Modlil se totiž na kříži za ty, kdo ho křižovali, aby jim onen přetěžký a největší hřích byl odpuštěn. Zůstává tedy, aby se ta apoštolova slova rozuměla o té poslední modlitbě, kterou přednášel na kříži slovy: „*Otče, do tvých rukou odevzdávám svého ducha.*“ [Právě] tuto modlitbu pronesl se silným křikem, jak říká sv. Lukáš: „*a volaje velikým hlasem, Ježíš řekl...*“¹⁰⁰³ Zde se [totiž] Pavel a Lukáš zjevně shodují. Dále se Pán modlil, aby byl zachráněn od smrti, jak svědčí sv. Pavel, a to nemůže znamenat, aby nezemřel na kříži, protože v tom případě by nebyl býval vyslyšen, a apoštol svědčí, že vyslyšen byl.¹⁰⁰⁴ Ale znamená to, že žádal, aby smrtí nebyl pohlcen, nýbrž pouze smrt okusil a brzy se zase navrátil k životu. Přesně toto znamenají ta slova: „*Přednesl prosby tomu, který ho mohl zachránit od smrti.*“ Pán totiž nemohl nevědět, že má úplně zemřít, a hlavně [tehdy], když už byl zcela blízko smrti. Toužil však být zachráněn od smrti v tom smyslu, aby nebyl smrtí držen déle, což nebylo nic jiného než modlit se za rychlé vzkříšení, a v této věci byl plně vyslyšen, když na třetí den přeslavně vstal

⁹⁹³ Proprie absorbere de rebus liquidis dicitur, et est easdem a patina vel vase aliquo sorbendo absumere.

¹⁰⁰² Lk 23,34.

¹⁰⁰³ Lk 24,46.

¹⁰⁰⁴ Žid 5,7.

quod nihil fuit aliud nisi orare pro celeri resurrectione: in qua re plane exauditus erat, cum tertia die gloriosissime resurrexit. Haec vero explicatio testimonii Paulini satis aperte convincit,⁹⁹⁴ spiritum accipi pro vita, non pro anima, cum Dominus ait: *In manus tuas commendo spiritum meum*. Non enim sollicitus⁹⁹⁵ erat Dominus de anima, quam sciebat esse in tuto, cum beatissima esset et Deum facie ad faciem jam a sua creatione vidisset; sed sollicitus erat de corpore, quod vita destituendum⁹⁹⁶ per mortem esse videbat: atque adeo precabatur, ut corpus non diu maneret in morte, quod, ut diximus, cumulatissime impetravit.

CAPUT XX

De primo fructu verbi septimi, qui est meditari potentiam, sapientiam et charitatem Dei.

Jam vero ex hoc verbo postremo et morte Christi, quae proxime secuta est, fructus aliquos more nostro colligemus. Ac primum ex ea re, quae infirmitatis et stultitiae plenissima fuisse videtur, demonstrari video potentiam, sapientiam et caritatem Dei longe maximam. In eo enim, quod Dominus clamans voce magna exspiravit, perspicue cernitur potentia. Hinc enim colligitur, eum potuisse non mori et sponte sua obiisse. Qui enim naturaliter moriuntur, paulatim vires et vocem amittunt neque in extremo spiritu clamare possunt. Proinde non sine causa centurio videns, quod

z mrtvých. Tedy tento výklad svědectví Pavlova [nás] dosti otevřeně přesvědčuje, abychom ducha chápali jako život, ne jako duši, když Pán říká: „*Do tvých rukou odevzdávám svého ducha*.“ Pán totiž neměl obavy o duši, o níž věděl, že je v bezpečí, protože je blažená a již od svého stvoření viděla Boha tváří v tvář; měl obavy o tělo, které se zdálo skrze smrt opouštět život, a proto se dožadoval, aby tělo nezůstalo v smrti dlouho, čehož, jak jsme řekli, vrchovatě dosáhl.

KAPITOLA 20.

První ovoce sedmého slova – rozjímat o Boží moci, moudrosti a lásce.

Již však z tohoto posledního slova a z Kristovy smrti, která brzy následovala, posbírejme dle našeho zvyku nějaké plody. A nejprve vidím, že z toho, co vypadalo jako nejvyšší slabost a hloupost, se ukazuje daleko největší Boží moc, moudrost a láska. Totiž v tom, že Pán skonal volaje mocným hlasem, je výborně vidět moc. Z toho se totiž usuzuje, že mohl nezemřít a skonal dobrovolně. Ti, kdo umírají přirozeně, ztrácejí totiž síly i hlas postupně a při posledním vydechnutí [už] nemohou křičet. Proto právě setník, ne bez důvodu, když viděl, že Ježíš po prolití tolika

⁹⁹⁴ Convinco, vincis, vici, victum, vincere – est evinco, coarguo, manifesto ostendo verum esse quod ipse affirmo, ita ut adversarius nihil habeat, quod reponat amplius.

⁹⁹⁵ Sollicitus est commotus, agitatus, jactatus.

⁹⁹⁶ Destituo, tuis, tui, tutum, tuere (de *et* statuo) – stricto sensu est deorsum statuo, defigo, pono, colloco; latiori sensu ac saepius destituere est se remove, derelinquere, deserere, inducere, decipere.

Jesus, tanto profuso sanguine, clamans expirasset, dixit: *Vere filius Dei erat iste* (Mt 26,54). Magnus Dominus Christus est, qui etiam moriens potentiam suam ostendit, non solum in extremo spiritu clamando, sed etiam terram concutiendo,¹⁰⁰⁵ lapides scindendo,¹⁰⁰⁶ monumenta aperiendo, velum templi disruptendo: quae omnia Christo moriente facta esse Evangelista testatur (Mt 27,51–53). Accedit, quod ista omnia mysterio non carent, in quo etiam Christi sapientia ostenditur. Nam concussio terrae et scissio petrarum significabant, per Christi passionem et mortem fuisse permovendos homines ad paenitentiam, et etiam obstinatorum corda scindenda, quod illo ipso tempore factum fuisse scribit sanctus Lucas, cum refert, multos ab illo spectaculo reversos *tundentes*¹⁰⁰⁷ *pectora sua* (Lc 23,48). Aperitio sepulcrorum designabat resurrectionem mortuorum gloriosam ex morte Christi successuram. Scissio veli, unde patuerunt Sancta sanctorum, signum fuit, ob meritum mortis Christi aperiendum caeleste sanctuarium et Sanctos omnes deinceps admittendos ad videndam faciem Dei. Neque solum in his mysteriis significandis sapientiam suam Christus ostendit, sed etiam in eo, quod ex morte vitam produxit: in cuius rei figuram Moyses ex lapide scaturire¹⁰⁰⁸ fecit aquam (Nm 20,11), et ipse

krve, skonal s hlasitým voláním, řekl: „*Tenhle byl opravdu syn Boží*.“¹⁰¹⁴ Veliký Pán je Kristus, jenž i při smrti ukázal svou moc, nejen zvoláním při posledním vydechnutí, ale také zemětřesením, pukáním skal, otevřením hrobů a roztržením chrámové opony, o čemž všem svědčí evangelista, že se to při Kristově smrti stalo.¹⁰¹⁵ Navíc ve všech těchto věcech nechybí tajemství, v němž se ukazuje také Kristova moudrost. Vždyť zemětřesení a pukání skal naznačují, že skrze Kristovo umučení a smrt měli být lidé pohnuti k pokání a [měla být] zlomena i srdce zatvrzelých, o čemž píše sv. Lukáš, že se to v tu samou chvíli [také] stalo, když [nám] sděluje, že mnozí se od té podívané navraceli „*bijíce se v prsa*“.¹⁰¹⁶ Otevření hrobů označovalo, že důsledkem Kristovy smrti bude slavné vzkříšení mrtvých. Roztržení opony, kterým byla otevřena Velesvatyně, bylo znamením, že pro zásluhy Kristovy smrti má být otevřen nebeský Svatostánek a od té doby mají být všichni svatí vpouštěni, aby viděli Boží tvář. Ale Kristus neprojevil svou moudrost jen těmito znameními, nýbrž také v tom, že ze smrti vyvedl život, a jako předobraz této věci vyvedl [také] Mojžíš vodu ze skály.¹⁰¹⁷ A sám Kristus se z téhož důvodu přirovnal k obilnému zrnku, které umíraje přináší mnohý

¹⁰⁰⁵ Concutio, cutis, cussi, cussum, cutere (cum et quatio) – est commoveo, simul agito.

¹⁰⁰⁶ Scindo, scindis, scidi *olim* scisidi, scissum, scindere – est findo, abrumpo, lacerare, σκίζω. (lacerare stricto sensu est vi abscindere, amputare, dividere).

¹⁰⁰⁷ Tundo, tundis, tutudi, tunsum *vel* tusum, tundere – est repetitis ictibus caedo, pulso, verbero, percutio.

¹⁰⁰⁸ Scaturio, is, ivi, ire, n. 4 – est scateo, perfluo, effluo, emitto; (scateo est effluo, exsilio, aut ita plenus sum, ut assidue et large effluat exsiliatque, quod intus est).

¹⁰¹⁴ Mt 26,54.

¹⁰¹⁵ Mt 27,51–53.

¹⁰¹⁶ Lk 23,48.

¹⁰¹⁷ Nm 20,11.

Christus ob eandem causam grano frumenti se ipse comparavit, quod moriendo multum fructum affert¹⁰⁰⁹ (Io 12,25), nimirum ut granum frumenti, dum corrumpitur, germinat spicam¹⁰¹⁰ viventem, sic Christus moriendo in Cruce multitudinem gentium vita gratiae donavit, et apertissime sanctus Petrus de Christo dicit: *Deglutiens¹⁰¹¹ mortem, ut nos vitae aeternae heredes efficemur* (1 Petr 3,22), quasi dicere voluisset, primus homo, deglutiens dulce pomum vetitum, omnem posteritatem morti addixit: secundus homo, deglutiens mortis pomum amarissimum, omnes, qui ex illo renascuntur, ad vitam aeternam adduxit. Denique sapientiam suam moriendo Christus aperuit, quia fecit, ut crucis patibulum, quo nihil foedius aut horribilius olim cernebatur, factum sit honorificentissimum et gloriosum, ut reges ipsi illud in fronte gestare honori sibi ducant. Nec solum honorificum, sed etiam dulce et amabile Christi amatoribus factum est. Unde canit Ecclesia: *Dulce lignum dulces clavos, dulce pondus sustinet* (In adoratione S. Crucis Feria VI in Parasceve¹⁰¹²). Quod ipsum sanctus Andreas exemplo suo demonstravit, dum crucem, in qua figendus¹⁰¹³ erat, aspiciens, dixit: *Salve, crux pretiosa, quae decorem de membris Domini suscepisti: diu desiderata, sollicitè quaesita, sine intermissione amata et tam*

plod,¹⁰¹⁸ a to zajisté proto, že obilné zrnó, zatímco se rozkládá, rodí žijící klas. Takto i Kristus umíraje na kříži obdaroval množství národů životem milosti. Sv. Petr [pak] zcela otevřeně o Kristu říká: „*Okusil smrt, aby-chom se my stali dědici věčného života.*“¹⁰¹⁹ Jako by chtěl říci: První člověk okusil sladké zakázané ovoce, a [tím] celé [své] potomstvo vydal smrti; druhý člověk okusil přehořké ovoce smrti, [a tím] všechny, kteří se z něho znovuzrozuji, přivedl k věčnému životu. A konečně, Kristus smrtí odhalil svou moudrost, protože dokázal, aby dřevo kříže, nad něž kdysi nebylo spatřeno nic ohavnějšího a hrůznějšího, bylo učiněno nejčestnějším a slavným, takže sami králové si považují za čest nosit ho na čele. Stalo se však nejen čestným, ale také sladkým a milým milovníkům Krista. Proto i Církev zpívá: „Sladké dřevo, sladké hřeby, sladké břímě podpírá.“¹⁰²⁰ Totéž svým příkladem dokázal i sv. Ondřej, když pohlížeje na kříž, na něž měl být přibit, pronesl: „Zdráv buď kříži drahocenný, ty jsi svůj půvab přijal od údů Pánových; dlouho očekávaný, usilovně vyhledávaný, bez přestání milovaný a s takovou žádostí připravený; klidně a s radostí k tobě přistupuji, i ty mě přijmi s jásotem, [jako] učedníka toho, jenž na tobě pněl – Kristus, můj Učitel.“

¹⁰⁰⁹ Affert – indic. praes. act. – fero, ferre, tuli, latum.

¹⁰¹⁰ Spica, ae, f. et spicum, n. et spicus, i, m. – est acies, cacumen; sed speciatim occurrit et est collectio plurium granorum in summo culmo frumenti; Bohem. klas, vršek.

¹⁰¹¹ Degluttio vel deglutio, is, ire – est cibum, vel potum per gulam ad stomachum transmittere; improprie est patienter vel aequo animo ferre.

¹⁰¹² Parasceve, es, f. – παρασκευή, Graece praeparationem significat; apud Hebraeos ita vocabatur dies ante Sabbatum, quia eo die parabantur necessaria.

¹⁰¹³ Figo, gis, xi, xum, gere – est immittere, adigere, affigere.

¹⁰¹⁸ J 12,25.

¹⁰¹⁹ 1 Petr 3,22.

¹⁰²⁰ Při pokloně sv. kříži na Velký pátek.

concupiscenti animo praeeparata, securus et gaudens ad te venio, et tu exsultans suscipias me, discipulum ejus, qui pependit in te Magister meus, Christus.

Quod jam de caritate dicemus? sententia Domini est: *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis* (Io 15,13). Id fecit Christus in Cruce; nemo enim potuit, illo invito,¹⁰²¹ vita ipsum spoliare. *Nemo, inquit ipse, tollit eam a me, sed ego pono eam* (Io 10,18). Ideo autem *majorem caritatem nemo habet, quam ut vitam suam ponat pro amicis suis*, quia nihil amabilius vel pretiosius vita inveniri potest, cum ipsa fundamentum sit omnium bonorum. *Quid enim prodest homini, inquit idem ipse Dominus, si universum mundum lucretur, animae vero suae, id est vitae suae detrimentum patiatur* (Mt 16,26)? Hinc omnia pro viribus resistunt et supra vires resistere conantur iis, qui vitam eripere conantur. Ex quo legimus in libro Job: *Pellem pro pelle dabit homo, et cuncta, quae habet, pro anima sua* (Iob 2,4), id est pro vita sua. Sed haec generalia sunt, veniamus ad propria. Christus caritatem suam erga genus humanum et erga unumquemque nostrum in Cruce moriendo multis modis ineffabiliter demonstravit. Primum enim vita ejus omnium vitarum pretiosissima erat, quippe vita hominis Dei, vita Regis omnium potentissimi, vita doctorum omnium sapientissimi, vita proborum omnium optimi. Deinde vitam posuit pro

Co pak řekneme o lásce? Pánův výrok je: „*Nikdo nemá větší lásku než ten, kdo svou duši položí za své přátele.*“¹⁰²⁴ To učinil Kristus na kříži. Nikdo ho totiž nemohl proti jeho vůli, o život oloupit. Říká: „*Nikdo mi ho nebere, ale já ho pokládám.*“¹⁰²⁵ Proto však „*nikdo nemá větší lásku než ten, kdo položí život za své přátele*“, neboť nemůže být nalezeno nic milejšího či cennějšího než život, protože on je základem všech dober. „*Co tedy prospěje člověku*“ – říká sám tentýž Pán – „*kdyby získal celý svět, ale utrpěl ztrátu své duše*“, tedy svého života?¹⁰²⁶ Z toho důvodu [lidé] ze všech sil odporují, a pokoušejí se odporovat i nad síly, těm, kdo se jim snaží vzít život. Proto také čteme v knize Job: „*kůži dá člověk a všechno, co má, za svou duši*“,¹⁰²⁷ to znamená za svůj život. Ale toto jsou věci všeobecné, pojďme k vlastním. Kristus umíraje na kříži projevil nevýslovně svou lásku k lidskému rodu a ke každému z nás mnoha způsoby. Nejprve totiž jeho život byl ze všech životů nejdrahocennější, zajisté [to byl] život člověka Božího, život Krále ze všech nejmocnějšího, život Učitele ze všech nejmoudřejšího, život nejlepšího ze všech spravedlivých. Dále [pak, on] položil život za nepřátele, za zločince, za nevděčné. Kromě

¹⁰²¹ Invitus est non libens, repugnans, recusans, iniquo animo faciens.

¹⁰²⁴ J 15,13.

¹⁰²⁵ J 10,18.

¹⁰²⁶ Mt 16,26.

¹⁰²⁷ Job 2,4.

inimicis, pro sceleratis, pro ingratis. Praeterea vitam posuit, ut istos inimicos, sceleratos et ingratos a gehennae incendiis, quibus addicti jam erant, sui sanguinis pretio liberaret. Denique vitam posuit, ut istos eosdem sibi fratres et coheredes efficeret et in regnis caelestibus perpetuo felicissimos collocaret. Et erit deinceps aliquis tam durus et tam efferatus,¹⁰²² qui Christum Jesum toto corde non diligat et in ejus gratiam quaecumque aspera non sustineat?¹⁰²³ Avertat Deus cor tam lapideum et ferreum, non a fratribus nostris tantum, sed ab omnibus hominibus, etiam infidelibus et atheis.

CAPUT XXI

De secundo fructu verbi septimi, hoc est ut discamus ultima verba Christi in cruce saepe repetere et, morte propinquante, magno ardore orare.

Alter fructus et quidem utilissimus erit, si discamus frequentare¹⁰²⁸ orationem, quam Magister noster Christus nos docuit, cum, iturus ad Patrem, dixit: *In manus tuas commendo spiritum meum*. Sed quoniam ipse non ea necessitate premebatur, qua nos premimur, et ipse Filius et sanctus erat, nos servi et peccatores sumus: ideo Ecclesia, mater et magistra nostra, eandem orationem frequentare nos docet, sed integram, ut est in Psalmo Davidis, non dimidiatam, ut Christus eam protulit. In Psalmo sic legitur: *In manus tuas commendo*

toho, položil život, aby tyto nepřátele, zločince a nevďěčníky cenou své krve vysvobodil od plamenů pekla, kterým už byli přisouzeni. Dále položil život, aby je učinil svými bratry a spoludědici a umístil je trvale přestátné v nebeských královstvích. Bude snad napříště ještě někdo tak tvrdý a zdivočelý, že Krista Ježíše nebude celým srdcem milovat a nesnese kvůli jeho přízni věci jakkoli příkré? Odvrať Bůh srdce tak kamenné a železné, nejen od našich bratrů, ale od všech lidí, i od nevěřících a ateistů.

KAPITOLA 21.

Druhé ovoce sedmého slova – naučme se často opakovat poslední Kristova slova na kříži a až se budeme blížit smrti modleme se s velkou horlivostí.

Druhým ovocem, a zajisté nesmírně užitečným, bude, naučíme-li se opakovat modlitbu, které nás učil náš Mistr, když, chystaje se odejít k Otci, řekl: „*Otče, do tvých rukou poroučím svého ducha*.“ Protože ale on nebyl tísněn tou potřebou, kterou jsme tísněni my, a protože sám byl Synem a Svatým, my [však] jsme otroci a hříšníci, proto nás Církev, naše matka a učitelka, učí opakovat tutéž modlitbu, ale celou, jak je v Davidově žalmu, nikoli poloviční, jak ji pronesl Kristus. V žalmu se čte takto: „*Do tvých rukou poroučím svého*

¹⁰²² Effero vel efero, as, avi, atum, are (ex et ferus) – est ferum reddere, efferum facere, feritatis speciem inducere.

¹⁰²³ Sustineo est fulcio, sustento, fero, cadere non sino, quasi sursum teneo.

¹⁰²⁸ Frequentare, ab adjectivo frequens deductum, iisdem pollet significationibus: itaque proprie est frequenter adire, ventitare, visitare, saepius cum aliquo esse.

spiritum meum: redemisti me, Domine, Deus veritatis (Ps 30,6). Omisit Christus partem posteriorem, quia ipse Redemptor est, non redemptus; nos, qui pretioso ejus sanguine redempti sumus, istam partem omittere non debemus. Praeterea Christus Patrem oravit ut Filius unigenitus, nos Christum oramus ut Redemptorem; ideo non dicimus: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, sed: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum: redemisti me, Domine, Deus veritatis*. Ad quem modum sanctus protomartyr Stephanus moriturus, dixit: *Domine Jesu, accipe spiritum meum* (Act 7,58).

Porro Ecclesia, mater nostra, tribus temporibus hanc orationem frequentare nos docet. Primum diebus singulis ad Completorium, ut noverunt, qui Horas canonicas legunt. Deinde, cum ad sacrosanctam Eucharistiam accedimus, post *Domine, non sum dignus* Sacerdos primum pro se, deinde pro aliis communicaturis dicit: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum*. (Nota editoris: Talis ritus in distributione S. Eucharistiae fuit in usu ante editionem Ritualis Romani per Paulum PP. V in pluribus regionibus.) Deinde, in exitu de hac vita fideles omnes admonentur, ut dicant: *In manus tuas, Domine etc.* (Cfr.¹⁰³¹ Rituale Romanum: *In exspiratione*.) Quod attinet ad Completorium, non dubium est, quin tunc dicatur: *In manus tuas, Domine etc.*, quoniam Completorium ad finem diei legi solet, ac, ut

ducha, vykoupil jsi mne, Pane, Bože pravdy.¹⁰²⁹ Kristus vynechal poslední část, protože sám je Vykupitel, a ne vykoupený; my, kteří jsme vykoupeni jeho drahocennou krví, tuto část vynechávat nemáme. Kromě toho, Kristus se modlil k Otci jako Jednorozený Syn, my se modlíme ke Kristu Vykupiteli. Proto neříkáme: „*Otče, do tvých rukou poroučím svého ducha*.“ Ale: „*Do tvých rukou, Pane, poroučím svého ducha, vykoupil jsi mne, Pane, Bože pravdy*.“ Tímto způsobem i sv. prvomučedník Štěpán řekl: „*Pane Ježíši, přijmi mého ducha*.“¹⁰³⁰

Dále, Církev, naše matka, nás učí tuto modlitbu opakovat ve třech situacích. Zaprvé každý den při Kompletáři, jak vědí ti, kdo čtou kanonické hodinky. Dále, když přistupujeme k Nejsvětější Eucharistii, po slovech „*Pane, nejsem hoden*“ kněz nejprve za sebe a potom za ostatní přijímající říká: „*Do tvých rukou, Pane, poroučím ducha*.“¹⁰³⁷ Nakonec jsou všichni věřící povzbuzováni, aby při odchodu z tohoto života říkali „*Do tvých rukou, Pane atd.*“ Co se týče Kompletáře, není pochyb, že se tam proto říká „*Do tvých rukou, Pane atd.*“, protože Kompletář se modlí na závěr dne. A z toho důvodu [také], jak říká sv. Basil: „Hned jak se začne stmívat, a jelikož v nočních hodinách se snadno může stát, že nás zastihne nenadálá smrt, odevzdáváme svou duši Pánu, aby, kdyby nás snad náhlá

¹⁰²⁹ Ž 30,6.

¹⁰³⁰ Sk 7,58.

¹⁰³¹ Cfr. – confer; Bohem srovnej.

¹⁰³⁷ Poznámka vydavatele vydání Řezno, 1925: Takový obřad byl při rozdělení sv. Eucharistie v mnoha oblastech zaveden před vydáním Římského Rituálu papeže Pavla V.

loquitur sanctus Basilius (In regulis fusius explic. quaest. 37) *primis se intendentibus tenebris, et quoniam nocturnis horis facile fieri potest, ut mors inopinata*¹⁰³² *nos opprimat, commendamus animam nostram Domino, ut, si forte subitanea mors nobis adveniat, non adveniat improvisa.*¹⁰³³ Quod autem tempore sacrosanctae Eucharistiae percipiendae dici debeat *In manus tuas, Domine etc.*, ratio est in promptu: quoniam actio illa valde periculosa et simul etiam valde necessaria est, ut sine periculo neque frequentari neque intermitti¹⁰³⁴ possit. *Qui enim sumit Corpus Domini indigne, iudicium sibi manducat* (1 Cor 11,29), id est condemnationem sibi ipse sumit; qui Corpus Domini non sumit, panem vitae (Io 6,54) et ipsam vitam non sumit. Itaque angustiae nobis sunt undique,¹⁰³⁵ quales experiuntur, qui valde esuriunt et tamen certi non sunt, an, quod apponitur ad comedendum,¹⁰³⁶ cibus sit an venenum. Igitur merito cum timore et tremore dicimus: *Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum*, nisi tu ex pietate tua feceris dignum, ideo *dic tantum verbo et sanabitur anima mea* (Cfr. Mt 8,8). Sed quia de hoc etiam ambigo, an plagas meas sanare dignatus fueris, *in manus tuas commendo spiritum meum*, ut in hoc tam terribili negotio adsis animae meae, quam redemisti pretioso sanguine tuo.

smrt zastihla, nezastihla nás neočekávaně.“¹⁰³⁸ A důvod toho, že se i před přijetím Nejsvětější Eucharistie má říkat „*Do tvých rukou, Pane* atd.“, je nasnadě. Tento skutek je totiž velice nebezpečným a zároveň velice potřebným, takže se bez nebezpečí nemůže ani uskutečnit, ani vynechat. „*Kdo totiž přijímá tělo Páně nehodně, jí sám sobě soud*,“¹⁰³⁹ tedy přijímá sám sobě odsouzení. Kdo [však] tělo Pánovo nepřijímá, nepřijímá chléb života¹⁰⁴⁰ a sám život. Proto jsme odevšad sevření, podobně jako ti, kdo velice hladoví, ale nejsou si jisti, zda to, co se jim předkládá k jídlu, je pokrm nebo jed. Proto [tedy] správně říkáme: „*Pane, nejsem hoden, abys vešel pod mou střechu*“, jestliže ty mě z tvé dobrotivosti neučiníš hodným, a proto: „*řekni jen slovo a uzdravena bude duše má.*“¹⁰⁴¹ Protože ale i v tom jsem na pochybách, jestli jsi mé rány ráčil uzdravit, „*do tvých rukou poroučím svého ducha*, abys v tomto tolik hrozném zaměstnání pomáhal mé duši, kterou jsi vykoupil svou předrahou krví.

¹⁰³² Inopinatus est qui praeter opinionem evenit, improvisus, subitus.

¹⁰³³ Improvisus est non provisus, subitus, repentinus, inopinatus.

¹⁰³⁴ Intermittere est interim omittere, ad tempus omittere, interim relinquere, differre.

¹⁰³⁵ Undique, adverb. (unde et que) ex omni loco, ex omni parte, passim.

¹⁰³⁶ Comedo, edis, edi, esum, edere (cum et edo).

¹⁰³⁸ Sv. Basil Velký, *Obšírná pravidla (Regulae fusius tractatae)*, otázka 37: PG 31, 1013–1016.

¹⁰³⁹ 1Kor 11,29.

¹⁰⁴⁰ J 6,54.

¹⁰⁴¹ Srov. Mt 8,8.

Haec si multi cogitarent, non tam avidē¹⁰⁴² se ingererent¹⁰⁴³ ad sacerdotium suscipiendum, ut postea cotidie celebrando victum quaerent. Isti enim non valde solliciti esse solent, an ea, qua par est, praeparatione accedant, cum finis eorum magis sit cibus corporis quam animae. Multi etiam, qui in aulis praelatorum vel principum famulantur, etiamsi rite parati non sint ad mensam illam tremendam, accedunt tamen humano timore ducti, ne forte principi vel praelato suo displiceant, si tempore constituto inter communicantes non appareant. Quid ergo? Utilius fortasse erit quam rarissime ad mensam illam accedere? Immo vero utilius est frequenter accedere, sed cum praeparatione debita. Quo enim quis rarius accedit, eo minus aptus efficitur ad participationem mensae caelestis, ut sanctus Cyrillus sapienter admonuit (Lib. 4 in Joannem, c. 17).

Restat tempus propinquae mortis, in quo necesse est, cum magno mentis ardore orationem istam frequentare ac dicere: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum: redemisti me, Domine, Deus veritatis*. Illud enim est tempus, in quo vere agitur de summa rerum omnium. Nam si forte tunc anima de corpore exiens in manus diaboli veniat, nulla restat ad salutem via. Et contra, si ad paternas Dei manus aditum habeat, nulla deinceps timenda est inimicorum potentia. Itaque cum gemitu innarrabili, cum vera atque perfecta contritione, cum fiducia multa infinitae misericordiae Dei iterum atque iterum repetendum est: *In*

Kdyby mnozí tyto věci zvažili, nevtírali by se tak dychtivě k přijetí kněžství, aby si potom denně hledali obživu sloužením [mše sv.]. Takoví se totiž obvykle příliš nestarají, zda přistupují náležitě připraveni, protože jejich cílem je spíše tělesný pokrm, než pokrm duše. Mnozí totiž, kteří slouží v síních prelátů nebo knížat, i když nejsou k tomuto obávanému stolu řádně připraveni, přece přistupují, vedeni lidským strachem, aby se snad neznelíbili prelátovi nebo knížeti, jestliže by se v ustanovený čas neobjevili mezi přijímajícími. Co tedy? Bude snad užitečnější přistupovat k onomu stolu co nejméně? Naopak, užitečnější je přistupovat často, ale s náležitou přípravou. Čím řidčeji totiž člověk přistupuje, tím méně se stává způsobilým k účasti na nebeském stolu, jak moudře upomíná sv. Cyril [Alexandrijský].¹⁰⁴⁴

Zůstává [nám] čas smrti, v němž je nezbytné s velikou horoucností ducha opakovat tuto modlitbu a říkat: „*Do tvých rukou, Pane, odevzdávám svého ducha. Vykoupil jsi mne, Pane, Bože pravdy.*“ To je totiž čas, kdy opravdu jde o všechno. Vždyť jestli snad tehdy duše vycházející z těla přijde do rukou ďáblových, nezůstává [už] žádná cesta k spasení. A naopak, jestliže bude mít přístup do otcovských rukou Boha, již není žádné moci nepřátel, které by se měla bát. A proto s nevyslovitelným lkáním a s pravou a dokonale zkroušeností i s velikou důvěrou v nekonečné Boží milosrdenství je třeba znovu a

¹⁰⁴² Avidē est cum aviditate, cupide.

¹⁰⁴³ Ingerere est intro gerere, inferre, importare, imponere; *ingerere* se est se immiscere, se conicere aliquo.

¹⁰⁴⁴ Sv. Cyril Alexandrijský, *Commentarius in Evangelium Joannis*, 4, 17: PG 73, 583.

manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Et quoniam in illo temporis articulo nullam graviolem tentationem patiuntur, qui neglegenter vitam duxerunt, quam desperationis, quasi tunc paenitentiae tempus jam praeterierit, scutum¹⁰⁴⁵ fidei opponendum est, cum scriptum sit: *Quacumque die peccator ingemuerit, peccatorum ejus non recordabor* (Ez 18,22; 33,14–16; S. Leo Epist. ad Theodorum Episcopum), et galea¹⁰⁴⁶ spei arripienda, quae in infinita Dei miseratione confidat, et identidem¹⁰⁴⁷ repetendum: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Nec omittenda ratio illa, quae fundamentum spei nostrae esse debet, *redemisti nos, Domine, Deus veritatis.* Quis enim ei refundet¹⁰⁴⁸ innocentem sanguinem? quis ei restituet pretium, quo nos emit? sic loquitur sanctus Augustinus in libro nono Confessionum: nos omnes docens, ut multum omnino confidamus in redemptione, quae est in Christo Jesu; quae irrita¹⁰⁴⁹ esse non poterit, nisi nos ipsi obicem¹⁰⁵⁰ impaenitentiae vel desperationis opponamus.

znovu opakovat: „*Do tvých rukou, Pane, odevzdávám svého ducha.*“ A protože, když nastane ona chvíle, netrpí ti, kdo vedli nedbalý život, žádným těžším pokušením než beznaděj, jako by tehdy už uplynul čas pokání, proto je nutno nastavit štít víry, neboť je psáno: „*kteréhokoli dne hříšník zapláče, na jeho hříchy nevzpomenu*“;¹⁰⁵¹ a chopit se přílby naděje, která důvěřuje v nekonečné Boží milosrdenství, a pravidelně opakovat: „*Do tvých rukou, Pane, odevzdávám svého ducha.*“ A neopomíjet ta slova, která mají být základem naší naděje: „*Vykoupil jsi mne, Pane, Bože pravdy.*“ Vždyť kdo mu navrátí [jeho] neposkvrněnou krev? Kdo mu dá zpátky cenu, kterou nás vykoupil? Takto mluví sv. Augustin v deváté knize Vyznání, učíc nás všechny, abychom vůbec velice důvěřovali ve vykoupení, které je v Kristu Ježíši a které nebude moci být neúčinné, nezapřítčíme-li my sami závoru nekajícího nebo beznaděje.

¹⁰⁴⁵ Scutum, i, n. – genus armorum figura quadrata oblonga, quod laeva gestatur ad protegendum corpus.

¹⁰⁴⁶ Galea, ae, f. – cassis, tegumentum capitis ad munimentum in bellis contra ictus ac tela.

¹⁰⁴⁷ Identidem, adverb. – subinde, frequenter, saepe, per intervalla.

¹⁰⁴⁸ Refundo, fundis, fudi, fusum, fundere – est idem ac rursus, aut vicissim fundo, regero, ἀναχέω; translate est reddere, restituere; item speciatim in re medica fundere opponitur verbo comprimere et significat solvere, laxare, fluentem reddere.

¹⁰⁴⁹ Irritus vel inritus, a, um (in *privat. et ratus*) non ratus, effectum carens.

¹⁰⁵⁰ Obex (*pro obiect*), obicis et obicis, m. et f. (objicio) – est quidquid obicitur et opponitur ad claudendum et impediendum: hinc *Paul. Diac. p. 187. 1. Müll.* Obices pessuli, serae.

¹⁰⁵¹ Ez 18,22; 33,14–16.

CAPUT XXII

De fructu tertio verbi septimi, qui est, morte propinquante, non in aliis confidere sed de salute sua ipse cogitare.

Fructus tertius in eo positus est, ut discamus, morte propinquante, non multum esse confidendum in eleemosynis, jejuniis et orationibus propinquorum vel amicorum. Multi sunt enim, qui, dum vitam ducunt, obliviscuntur animae suae neque aliud cogitant aut agunt, quam ut filios vel nepotes quam ditissimos relinquant. Cum autem moriendum est, tunc primum de anima propria cogitare incipiunt; et quoniam facultates suas jam inter filios vel nepotes diviserunt, animam suam aliis commendant, ut eam eleemosynis, precibus et sacrosancto sacrificio aliisque bonis operibus juvent. Non hoc exemplo suo Christus docuit, qui non cognatis,¹⁰⁵² sed Patri spiritum commendavit; neque hoc sanctus Petrus admonuit, ut fideles animas suas filiis aut nepotibus, sed ut *fidei Creatori commendent in benefactis* (1 Ptr 4,19).

Non reprehendo eos, qui pro anima sua eleemosynas fieri et sacrosanctae Missae sacrificia offerri jubent vel petunt vel optant; sed damno in primis eos, qui in filiis vel nepotibus nihil confidunt, cum usus¹⁰⁵⁴ doceat, facile illos oblivisci majorum suorum defunctorum. Deinde reprehendo, quod in re tanti momenti non ipsi sibi prospiciant,¹⁰⁵⁵ non ipsi eleemosynas multas faciant, quibus multos sibi amicos

KAPITOLA 22.

Třetí ovoce sedmého slova – při blížíci se smrti nedoufat v pomoc druhých, ale sám myslet na vlastní spásu.

Třetí ovoce spočívá v tom, abychom se naučili, když se smrt blíží, nespolehat příliš na almužny, posty a modlitby blízkých nebo přátel. Jsou totiž mnozí, kteří během svého života zapomínají na svou duši a nemyslí ani nečiní nic jiného, než aby [po sobě] zanechali co nejbohatší syny či vnuky. Když už je však třeba umírat, tehdy začínají myslet na vlastní duši, a protože jmění už rozdělili mezi syny nebo vnuky, odporoučí svou duši jiným, aby jí pomáhali almužnami, modlitbami a nejsvětější obětí i jinými dobrými skutky. Toto nás Kristus svým příkladem neučil. On neodevzdával ducha příbuzným, ale Otci. Ani sv. Petr nenapomíná k tomu, aby věřící své duše [svěřovali] synům nebo vnukům, ale [napomíná] aby [je] „*věrnému Stvořiteli odevzdávali v dobročinnosti*“.¹⁰⁵³

Nekárám ty, kteří nařizují nebo požadují či chtějí, aby se za jejich duši konaly almužny a nejsvětější mešní oběti, ale odsuzuji především ty, kteří příliš důvěřují synům nebo vnukům, zatímco obyčej učí, že ti na své zesnulé předky snadno zapomínají. Dále kárám, že ve věci takové důležitosti o sebe nedbají sami a nekonají sami mnohé almužny, kterými by si naklonili mnoho přátel, jimiž

¹⁰⁵² Cognatus, a, um – est simul natus, qui est ejusdem originis.

¹⁰⁵³ 1Petr 4,19.

¹⁰⁵⁴ Usus, us, m. (utor) – est actus utendi, exercitatio, tractatio; speciatim est consuetudo, mos.

¹⁰⁵⁵ Prospicio, spicis, spexi, spectrum, spicere – est ante et procul videre, aut aspicere, προοράω.

concilient,¹⁰⁵⁶ a quibus juxta Evangelium recipiantur in aeterna tabernacula (Lc 16,9). Praeterea gravissime illos arguo, qui non oboediunt Principi Apostolorum, qui jubet fidei Creatori animas commendare, nec solis verbis commendare, sed etiam benefactis commendare (1 Ptr 4,19). Opera enim bona praemissa ad Deum illa sunt, quae pios christianos efficaciter vereque commendant. Audiamus, quid sancto Joanni de caelo sonuerit: *Audivi vocem de caelo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo*¹⁰⁵⁷ *jam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis; opera enim illorum sequuntur eos* (Apc 14,13). Itaque opera bona, facta dum vivimus, non facienda post mortem a filiis vel nepotibus, illa sunt, quae certo nos consequuntur. Praesertim si opera illa non solum sint in genere suo bona, sed ut sanctus Petrus non sine mysterio expressit, bene sint facta. *In benefactis*, inquit, *commendent animas suas fidei Creatori*. Plurimi enim sunt, qui bona opera quam plurima a se facta numerare possunt: contiones¹⁰⁵⁸ frequentes, Missas cotidianas, preces horarias annorum multorum, jejunia quadragesimalia annis plurimis continuata,¹⁰⁵⁹ eleemosynas quoque non paucas; sed cum ad examen¹⁰⁶⁰

by podle evangelia byli přijati „do věčných příbytků“. ¹⁰⁶⁶ Kromě toho co nejprísněji viním ty, kteří neposlouchají knížete apoštolů, jenž nařizuje poroučet duše věrnému Stvořiteli, ne však [je] poroučet pouhými slovy, nýbrž také dobročinností.¹⁰⁶⁷ Jsou to totiž dobré skutky poslané napřed k Bohu, které zbožné křesťany účinně a skutečně doporučují. Poslyšme, co zaznělo sv. Janu z nebe: „*Uslyšel jsem hlas z nebes říkající mi: Piš: Blažení mrtví, kteří umírají v Pánu. Odted' už, říká Duch, ať odpočinou od svých námah. Jejich skutky je totiž následují.*“¹⁰⁶⁸ Tedy dobré skutky učiněné, dokud žijeme, ne žádané, aby se konaly po [naší] smrti [našimi] syny či vnuky, jsou těmi, které jdou bezpečně s námi. Především, jestliže ty skutky jsou dobré nejen v svém druhu, ale jsou také – jak sv. Petr ne bez tajemství vyjádřil – dobře vykonané. Říká [totiž doslova]: „*V dobře učiněných ať doporučují své duše věrnému Stvořiteli.*“ Jsou totiž přemnozí, kdo mohou vypočítávat dobré skutky, které vykonali: četná kázání, každodenní mše, hodinové modlitby po mnoho let, čtyřicetidenní posty bez přerušení po více let za sebou a také nemálo almužen, ale až tyhle [skutky] přijdou na Boží

¹⁰⁵⁶ Concilient – conj. praes. a concilio, as, avi, atum, are.

¹⁰⁵⁷ Amodo vel admodo vel modo, adverb. – posthac; occurrit tantum apud Scriptores Ecclesiasticos; (posthac, adverb. post hoc tempus, deinceps, in posterum).

¹⁰⁵⁸ Contio, onis, f. – est per syncopen pro conventio; contio conventum significat, non tamen alium, quam eum, qui a magistratu vel a sacerdote publico per praeconem convocatur; improprie, h. e. metonymice ponitur pro ipsa oratione, quae ad contionem habetur.

¹⁰⁵⁹ Continuo, as, avi, atum, are – est continenter agere, unum post aliud sine intermissione facere; Bohem. spojuji, sceluji, nepřetržitě konám, spravuji, zastávám, pokračuji.

¹⁰⁶⁰ Examen, inis, n. – est agmen quod foras exit; alio sensu, et quidem est ligula staterae vel librae, quae per mediam aginam vertitur, et, quum in neutram partem inclinatur, aequilibrium indicat – et a Graecis κάλυν dicitur, Latinis vero *examen* ab *exigo*, quia illius ope in statera quidem alicujus rei pondus cum aequipondio, in libra autem duorum rerum pondera inter se comparantur et exiguntur; translate ponitur pro exacto judicio et pensiculata alicujus rei investigatione.

¹⁰⁶⁶ Lk 16,9.

¹⁰⁶⁷ 1Ptr 4,19.

¹⁰⁶⁸ Zj 14,13.

divinum ista venerint et accurate discutientur,¹⁰⁶¹ an bene fuerint facta, recta intentione, cum attentione debita, suo tempore et loco, ab homine grato Deo: o quam multa, quae videbantur lucra, in detrimentis numerabuntur! O quam multa, quae humano iudicio videbantur aurum, argentum et lapides pretiosi supra fundamentum fidei aedificata, inveniuntur ligna, faenum, stipulae,¹⁰⁶² quae mox ignis consumet (I Cor 3,12)! Haec me consideratio non parum exercet, et quo magis ad exitum propinquo – nam ut Apostolus loquitur: *quod antiquatur et senescit, prope interitum est* (Hbr 8,13) – tanto clarius video, mihi necessarium esse consilium S. Joannis Chrysostomi (Homil. 38 ad pop. Antioch.), qui monet, ut de nostris operibus bonis non multum cogitemus, quoniam ea, si quae sint vera bona, id est bene facta, a Deo scribuntur in libris rationum, neque periculum est, ut mercede debita fraudentur;¹⁰⁶³ sed de malis nostris operibus assidue cogitemus atque ea corde contrito¹⁰⁶⁴ et spiritu contribulato¹⁰⁶⁵ multis lacrimis et seria paenitentia diluere satagamus. Qui enim hoc agunt, cum bona spe in exitu dicent: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum: Redemisti me, Domine, Deus veritatis.*

váhu a budou důkladně prošetřeny, zda byly vykonány dobře – se správným úmyslem, s náležitou pozorností, ve svém čase a na svém místě a člověkem milým Bohu – ach jak mnohé, co se lidskému úsudku zdálo být ziskem, bude započítáno mezi ztráty! Ach jak mnohé, co se lidskému úsudku zdálo jako zlato, stříbro a drahokamy zbudované na základě víry, bude shledáno dřívím, senem, slámou, které brzy pozře oheň!¹⁰⁶⁹ Toto rozvažování mne nemálo znepokojuje a čím více se blížím k smrti – vždyť jak říká apoštol: „*co se kazí a stárne, je blízko zániku*“¹⁰⁷⁰ – tím jasněji vidím, jak nezbytná je pro mě rada sv. Jana Zlatoústého,¹⁰⁷¹ který napomíná, abychom příliš nepřemýšleli o svých dobrých skutcích, protože ty, jestliže některé jsou skutečnými dobrými, tedy [skutky] dobře vykonanými, jsou Bohem zapisovány v knihách účtů a nehrozí, že by o svou odměnu byly ošizeny. Máme ale usilovně rozmyšlet o našich [skutcích] zlých a usilovat se je v srdci zkroušeném a duchu zdeptaném obmývat mnohými slzami a opravdovým pokáním. Ti totiž, kdo to činí, budou při smrti říkat s dobrou nadějí: „*Do tvých rukou, Pane, poroučím svého ducha. Vykoupil jsi mne, Pane, Bože pravdy.*“

¹⁰⁶¹ Discutio, cutis, cussi, cussum, cutere (dis et quatio).

¹⁰⁶² Stipula est calamus frumentorum et tenuia in eo folia, quae facile arescunt; Bohem. stéblo, sláma.

¹⁰⁶³ Fraudō, as, avi, atum, are – est rem debitam, aut exspectatam non reddendo decipere, fallere, ludificare, per fraudem privare, fraudem facere; cum Accusativo rei, quae alicui per fraudem adimitur: quo sensu a plerisque translate accipitur.

¹⁰⁶⁴ Contero, teris, trivi, tritum, terere (cum et tero) – est idem quod tero, vel simul aut valde tero, comminuo, contundo.

¹⁰⁶⁵ Contribulo, as, avi, atum, are – translate tantum occurrit, et est molestiis afficere. Tertull. advers. Jud. cap. 5. ex Psalm. 50. 18. Cor contribulatum hostia est Dei. Vulgat. interpr. Psalm. 50. 18. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. et ibid. 73. 13.

¹⁰⁶⁹ 1Kor 3,12.

¹⁰⁷⁰ Žid 8,13.

¹⁰⁷¹ Sv. Jan Zlatoústý, *Homilia 38 ad populum Antiochenum (De statu)*.

CAPUT XXIII

De fructu quarto verbi septimi, qui est consideratio causae, propter quam Christus in cruce statim exauditus est.

Sequitur fructus quartus, qui ex felicissima exauditione orationis Domini colligi potest, ut eo tam fausto eventu nos omnes animati et ardentiores simus in nostro spiritu Domino commendando. Verissime enim Apostolus scripsit, exauditum fuisse Dominum Jesum Christum *pro sua reverentia* (Hbr 5,7). Oraverat Dominus Patrem, ut supra demonstravimus, pro celeri resurrectione corporis sui: exaudita est oratio illa, ut non diutius resurrectio differretur, quam necesse esset ad fidem faciendam, vere corpus Domini fuisse mortuum. Nisi enim probari potuisset, corpus illud vere vitam fuisse defunctum,¹⁰⁷² ipsa quoque resurrectio et tota fides christiana nutaret.¹⁰⁷³ Debuit igitur Christus in tumultu¹⁰⁷⁴ jacere ad horas, ut minimum, quadraginta; praesertim cum esset implenda figura Jonae Prophetae, quam ipse Dominus in Evangelio ad mortem suam praemonstrandam factam fuisse docuit (Mt 12,39; 16,4; Lc 11,29). Sed ut resurrectio Christi, quantum fieri poterat, acceleraretur et Christi oratio manifestius exaudita demonstraretur, tres dies et tres noctes, quibus Jonas fuit in ventre ceti,¹⁰⁷⁵ voluit

KAPITOLA 23.

Čtvrté ovoce sedmého slova – rozjímání o důvodu, proč byl Kristus na kříži záhy vyslyšen.

Následuje čtvrtý plod, který může být získán z nanejvýš úspěšného vyslyšení Pánovy modlitby, abychom my všichni tím tolik šťastným výsledkem byli odhodlanými a horlivějšími v odevzdávání svého ducha Pánu. Zcela správně totiž apoštol píše, že Pán Ježíš byl vyslyšen „*pro svou uctivost*“.¹⁰⁷⁸ Pán předtím prosil Otce, jak jsme ukázali výše, za brzké vzkříšení svého těla. Modlitba, aby se vzkříšení neodkládalo déle, než bylo nutno k vzbuzení víry, že Pánovo tělo bylo skutečně mrtvé, byla vyslyšena. Kdyby se totiž nebylo mohlo potvrdit, že ono tělo skutečně skonalo, i samotné vzkříšení i celá křesťanská víra by kolísala. Kristus tedy měl ležet v hrobě přinejmenším čtyřicet hodin, především protože měl být naplněn předobraz proroka Jonáše, o němž sám Pán v evangeliu učil, že se stal proto, aby se jím dopředu naznačila jeho smrt.¹⁰⁷⁹ Avšak, aby Kristovo vzkříšení – nalikolik se to mohlo stát – bylo urychleno a Kristova modlitba se prokazatelněji ukázala [jako] vyslyšená, chtěla Boží prozřetelnost, aby se tři dny a tři noci, které byl Jonáš v útrokách veliké ryby, při Kristově vzkříšení

¹⁰⁷² Defungor, geris, ctus cum, gi, dep. 3. (de et fungor). Part. Defunctus et Defuncturus – est idem quod fungor, vel omnino et plene fungor, perfungor, officium partesque meas plene exsequor, atque adeo liberor, solvor officio, molestia, periculo.

¹⁰⁷³ Nuto, as, avi, atum, are – proprie est capitis inclinatione aliquid significare; morali significatione nutare dicuntur, qui sunt dubiae fidei; Bohem. klátit se, padat.

¹⁰⁷⁴ Tumulus, i, m. – est colliculus e terra nonnihi eminens sive natura sive arte factus, λόφος; speciatim et saepe ponitur pro sepulcro, quia ibi coacervari terra consuevit.

¹⁰⁷⁵ Cetus, i, m. – Latina vox pro Graeca κῆτος; est idem quod cetos, seu maximus piscis marinus.

¹⁰⁷⁸ Žid 5,7.

¹⁰⁷⁹ Mt 12,39; 16,4; Lk 11,29.

divina providentia, ut revocarentur¹⁰⁷⁶ in Christi resurrectione ad unum integrum diem et duas partes dierum duorum: quod tempus non proprie, sed per figuram intellectionis¹⁰⁷⁷ dici poterat continere tres dies et tres noctes. Neque solum exaudivit orationem Christi Pater, accelerando tempus resurrectionis, sed etiam restituendo corpori mortuo vitam sine comparatione meliorem, quam ante fuisset. Si quidem vita Christi ante obitum mortalis erat, et restituta ei est immortalis. *Christus enim resurgens a mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur*, ut Apostolus dixit (Rom 6,9). Vita Christi ante mortem passibilis erat, id est obnoxia fami, siti, fatigationi, vulneribus: restituta est impassibilis et nulli omnino injuriae subjecta. Corpus Christi ante mortem erat animale; evasit per resurrectionem spirituale, id est ita subjectum spiritui, ut posset in ictu oculi deferri, quocumque spiritus voluisset.

Porro causa, ob quam oratio Christi tam facile fuerit exaudita, subjungitur ab Apostolo, cum ait *pro sua reverentia*, quae vox graece *ευλαβεια* significat timorem reverentialem, qui in Christo erga Patrem omnino eximius¹⁰⁸¹ fuit. Ideo enim Isaias, describens dona Spiritus Sancti, quae in Christi anima fuerunt, de aliis donis dicit: *Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus sapientiae et pietatis*, de timore reverentiali dicit: *et replebit*

převedly na jeden celý den a dvě části dvou dní. A o tomto čase se nemůže říci ve vlastním smyslu, ale [spíš jen] symbolicky, že trval tři celé dni a noci. Otec však Kristovu modlitbu vyslyšel nejen urychlením okamžiku vzkříšení, ale také tím, že [jeho] mrtvému tělu navrátil život neporovnatelně lepší, než jakým byl předtím. Neboť Kristův život před smrtí byl smrtelný, ale navrácen mu byl nesmrtelný. „*Vždyť Kristus vstávající z mrtvých už neumírá, smrt nad ním již nepanuje*“, jak řekl apoštol.¹⁰⁸⁰ Kristův život před smrtí byl trpný, to znamená podrobený hladu, žízni, únavě, zraněním; navrácen mu [však] byl beztrpný a nepodrobený naprosto žádnému bezpráví. Kristovo tělo před smrtí bylo živočišné, skrze smrt však vyšlo duchovní, tedy podřízeno duchu tak, že mohlo být v okamžiku přeneseno kamkoliv by chtěl duch.

Dále [pak], příčina, proč byla Kristova modlitba tak snadno vyslyšena, se dodává apoštolem, když říká: „*pro svou uctivost*“. Toto slovo, řecky *ευλαβεια*, znamená uctivou bázeň, která byla v Kristu vůči Otci naprosto výjimečná. Proto totiž Izajáš, popisujíc dary Ducha svatého, které byly v Kristově duši, o ostatních darech říká: „*spočine na něm duch Hospodinův, duch moudrosti a rozumu, duch rady a síly, duch vědění a zbožnosti*“, [ale] o uctivé bázni říká: „*a naplní ho duch bázně*

¹⁰⁷⁶ Revocarentur – conj. impf. pass. a voco, are – inter cetera significat refero, reduco.

¹⁰⁷⁷ Intellectio, onis, f. – actus intelligendi; figura est rhetorica; Cic. 4. Herenn. 33. 44. Intellectio est, quum res tota parva de parte cognoscitur, aut de toto pars. Pro ipso intelligendi actu non solent Latini hac voce uti.

¹⁰⁸⁰ Ř 6,9.

¹⁰⁸¹ Eximius, a, um, ab eximo, ἐξαιρετος; stricto sensu est egregius, exemptus, extra ceteros positus, exceptus.

eum spiritus timoris Domini (Is 11,2–3). Quoniam ergo anima Christi plenissima erat timore reverentiali erga Patrem, ideo et Pater in illo sibi maxime complacebat, juxta illud Matthaei: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit* (Mt 3,17; 17,5; 2 Ptr 1,17). Et quemadmodum Filius Patrem summo opere reverebatur, ita et Pater semper eum orantem audiebat et quidquid peteret, concedebat.

Hinc et nos discere debemus, si volumus a Patre caelesti semper audiri et, quidquid ab illo petimus, impetrare, oportere nos Christum imitari et Patrem caelestem summa reverentia prosequi¹⁰⁸⁴ et nihil ejus honori anteponere. Sic enim fiet, ut nos, quodquod petierimus, impetremus; ac praesertim illud, in quo summa stat rerum nostrarum, ut, morte propinquante, commendatam Deus habeat animam nostram de corpore egredientem, quando leo rugiens prope astat paratus ad praedam. Neque existimet aliquis reverentiam Deo exhibendam solum in genuflexione, in capitis apertione,¹⁰⁸⁵ in ejusdem generis cultu atque honore. Non hoc solum vox *ευλαβεια*, id est reverentialis timor significat, sed potissimum designat timorem magnum offensionis divinae, horrorem intimum et perpetuum peccati, non ob timorem poenae, sed ob amorem Patris. Ille reverentiali timore vere praeditus¹⁰⁸⁶ est, qui culpam, praecipue lethalem, ne

Hospodinovy“.¹⁰⁸² Protože tedy byla Kristova duše plná uctivé bázně vůči Otci, proto také Otec v něm měl největší zalíbení, podle [slova] Matoušova: „*Toto je můj milovaný Syn, v něm mám zalíbení*“.¹⁰⁸³ A tak jako Syn Otce [tou] nejvyšší měrou ctil, tak i Otec ho, když se modlil, vždy vyslyšel a [Syn] vždy obdržel, o cokoliv by prosil.

Z toho se máme i my naučit, že jestliže chceme být Nebeským Otcem vždy vyslyšeni a obdržet všechno, oč žádáme, musíme napodobovat Krista a s nejvyšší uctivostí následovat Otce a nic před jeho ctí neupřednostňovat. Tak se totiž stane, že o cokoliv požádáme, obdržíme, a to především to, v čem spočívá naše veškeré dobro, že až bude smrt nablízku, přijme Bůh naši duši z těla vycházející jako [sobě] odevzdanou, až [totiž] bude nablízku stát řvoucí lev připravený [uchvátit] kořist. A ať si někdo nemyslí, že uctivost je třeba Bohu prokazovat jen klečením, smeknutím pokrývky hlavy a v úctě a počtách tohoto druhu. Slovo *ευλαβεια* čili uctivá bázeň neznamená jenom toto, ale spíše označuje veliký strach urazit Boha, vnitřní a trvalou hrůzu z hříchu, ne ze strachu z trestu, ale z lásky k Otci. Touto uctivou bázní je obdařen ten, kdo se ani neodváží pomyslet na hřích, především na smrtelný. „*Blažený*

¹⁰⁸² Iz 11,2–3.

¹⁰⁸³ Mt 3,17; 17,5; 2Petr 1,17.

¹⁰⁸⁴ Prosequi est porro aut ultra sequi, subsequi, deducere.

¹⁰⁸⁵ Apertio, onis, f. – actus aperiendi.

¹⁰⁸⁶ Praeditus, a, um (prae et datus) – qui habet, instructus, affectus, ornatus; Bohem. nadaný, opatřený; vynikající čím; postihnutý, trpící čím, pro co.

cogitare quidem audet. *Beatus vir*, inquit David, *qui timet Dominum, in mandatis ejus volet nimis* (Ps 111,1). Id est ille timet vere Deum ac per hoc beatus dici potest, qui valde studet omnia Dei mandata servare. Atque hinc illa sancta vidua Judith *timebat Dominum valde* (Idt 8,8), ut in ejus libro scriptum legimus, quoniam, cum esset adulescentula et speciosissima et dives valde, defuncto viro suo, ne ullam occasionem peccandi dare vel accipere posset, in cubiculo secreto cum puellis clausa morabatur et, habens super lumbos suos cilicium¹⁰⁸⁷ jejunabat omnibus diebus praeter festa domus Israel. En, quanto zelo in ipse Lege veteri, quae majorem multo licentiam permittebat quam Evangelium, cavebat peccata carnalia mulier adulescentula et dives, non alia de causa, nisi quia timebat Dominum valde. Id ipsum de sancto Job Scriptura sancta commemorat. Iste enim pepigerat¹⁰⁸⁸ foedus cum oculis suis, ut ne cogitaret quidem de virgine (Job 31,1), id est nolebat omnino virginem aspicere, ne forte ex aspectu cogitatio ulla minus honesta subreperet.¹⁰⁸⁹ Et cur tam diligenter Job ista vitabat? quia timebat Dominum valde. Sic enim adjungit: *Quam enim partem haberet in me Deus desuper* (Job 31,2)? id est, si turpis cogitatio me utcumque foedaret,¹⁰⁹⁰ non essem ego pars Dei neque esset Deus pars mea. Quod si vellem exempla Sanctorum novi Testamenti

muž“, říká David, „jenž se bojí Hospodina, v jeho zákoně má veliké zalíbení.“¹⁰⁹¹ To znamená, že ten se velmi bojí Boha a tím pádem se může nazvat blaženým, kdo se velice usiluje zachovat všechna jeho přikázání. A proto ona svatá vdova Judit „se velice bála Hospodina“,¹⁰⁹² jak čteme v její knize, protože po smrti svého muže jako mladička a nesmírně krásná i velice bohatá, aby nemohla dát nebo mít nějakou příležitost k hříchu, prodlévala uzavřená ve skrytém pokojíku s dívkami a, majíc kolem beder přepásanou žínici, postila se během všech dní kromě svátků domu izraelského. Hle, jaká horlivost v Starém zákoně, který dovoľoval daleko větší volnost než evangelium. Mladička a bohatá žena se chránila tělesných hříchů jedině z té příčiny, že se velice bála Hospodina. Totéž připomíná Písmo svaté o sv. Jobovi. Ten totiž uzavřel smlouvu se svými očima, zajisté aby ani nepomyslel na pannu.¹⁰⁹³ Nechtěl tedy na pannu ani pohledět, aby se snad z [takového] pohledu nevkradla nějaká méně důstojná myšlenka. A proč se těchto [pohledů] Job tak svědomitě chránil? Protože se velice bál Hospodina? Dodává totiž: „*Vždyť jaký podíl by [pak] měl ve mě Bůh z výsosti?*“¹⁰⁹⁴ To znamená: jestliže by mě jakkoli poskvřnila hanebná myšlenka, nebyl bych Božím podílem a ani Bůh by nebyl podílem mým. Toto je

¹⁰⁸⁷ Cilicius, a, um, adject., ad Ciliciam pertinens – hinc cilicia vestis seu cilicius pannus erat ex pilis caprarum et hircorum contextus, in varios militum et castrorum usus, item nautarum et pauperiorum hominum.

¹⁰⁸⁸ Pango, pangis, panxi, panctum, item pegi et pepigi, pangere.

¹⁰⁸⁹ Surripio est clam et dolo aufero, suffuror, subduco.

¹⁰⁹⁰ Foedare est polluere, inquinare, corrumpere.

¹⁰⁹¹ Ž 111,1.

¹⁰⁹² Jdt 8,8.

¹⁰⁹³ Job 31,1.

¹⁰⁹⁴ Job 31,2.

proferre, nullus esset finis. Hic igitur est timor Sanctorum, quo si nos quoque pleni essemus, nihil esset, quod a Patre caelesti non facillime impetrare possemus.

CAPUT XXIV

De ultimo fructu verbi septimi, qui est oboedientia erga Dominum.

Restat fructus postremus, qui ex consideratione oboedientiae in ultimis verbis et in ipsa morte Christi declaratae colligitur. Quod enim Apostolus ait: *Humiliavit semetipsum, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (Phlp 2,8), tunc potissimum impletum est, cum Dominus verbis illis prolatis: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, continuo expiravit. Operae pretium autem erit paulo altius repetere, quae de oboedientia Christi dici possunt et debent, ut fructum pretiosissimum ex arbore sanctae Crucis decerpamus. Christus igitur, Magister et Dominus virtutum, eam oboedientiam exhibuit Deo Patri, ut major neque cogitari neque fingi¹⁰⁹⁵ possit. Primum oboedientia Christi erga Patrem ab ipsa ejus conceptione initium sumpsit et usque ad mortem sine intermissione duravit, sic ut vita Domini nostri Jesu Christi unus fuerit continuatae oboedientiae cursus. Siquidem anima Christi in ipso primo suae creationis momento usum habuit liberi arbitrii et simul gratia et sapientia plena fuit, ac per hoc ex illo

tedy bázeň svatých a kdybychom jí byli naplnění i my, nebylo by nic, co bychom nemohli od Nebeského Otce nejsnadněji získat.

KAPITOLA 24.

Poslední ovoce sedmého slova – poslušnost Pánu.

Zůstává poslední plod, který se získává z nahlížení poslušnosti vyhlášené v posledních slovech i v samotné smrti Kristově. To, co říká apoštol: „*sám sebe ponížil, stal se poslušným až na smrt, a to na smrt kříže*“;¹⁰⁹⁶ se nejvíce naplnilo tehdy, když Pán pronesl ona slova: „*Otče, do tvých rukou odevzdávám svého ducha*“ a hned vydechl naposledy. Bude však stát za to trochu hlouběji se podívat, co se může a má říci o poslušnosti Kristově, abychom ze stromu svatého kříže sklidili tento nejdrahocennější plod. Kristus tedy, Učitel a Pán ctností, prokázal Bohu Otci takovou poslušnost, že větší nemůže být ani pomyslena ani vykonána.

Zaprvé: Kristova poslušnost vůči Otci začala už od samotného jeho početí a trvala nepřetržitě až do [okamžiku] smrti, takže život našeho Pána Ježíše Krista byl jeden běh neustálé poslušnosti. Duše Kristova zajisté [už] v samotném prvním momentu svého stvoření měla užívání svobodné vůle a zároveň byla plná milosti a moudrosti. Díky tomu [Kristus už] v onom prvním okamžiku, uzavřen

¹⁰⁹⁵ Fingo, fingis, finxi, fictum, fingere – est facere, figurare, formare, fabricari.

¹⁰⁹⁶ Flp 2,8.

primo instanti¹⁰⁹⁷ adhuc in utero Matris inclusus exercere coepit oboedientiam. Id, quod in Psalmo illo exprimitur, ubi dicitur in persona Christi: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei* (Ps 39,8–9). Illud *in capite libri* nihil aliud significat nisi in summa Scripturae divinae, hoc est in tota Scriptura summatim ac praecipue de me praedicatur, quod ad hoc electus et missus fuerim, *ut facerem voluntatem tuam*. Ego vero, *Deus meus*, id *volui* ac libentissime acceptavi¹⁰⁹⁸ ac *legem tuam*, mandatum tuum, imperium tuum *in medio cordis emi* posui, ut illud semper considerarem et accuratissime promptissimeque perficerem. Huc etiam respiciunt illa ejusdem Christi verba: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus* (Io 4,34). Quemadmodum enim cibus non semel aut iterum per totam vitam sumitur, sed cotidie et cum voluptate sumitur: sic ipse Dominus noster cotidie et volenti animo in oboedientiam Patris incumberebat; unde et dicebat: *Descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus, qui misit me* (Io 6,38). Et apertius alio loco: *Qui me misit, mecum est et non reliquit me solum, quia, quae placita sunt ei, facio semper* (Io 8,29). Et

dosud v mateřském lůně, začal vykonávat poslušnost. Toto je vyjádřeno v onom žalmu, kde se v osobě Kristově říká: „*V hlavě knihy je o mně psáno, abych plnil tvou vůli, můj Bože, [to] chci, a zákon tvůj [mám] ve středu svého srdce.*“¹¹⁰⁰ A ono „*v hlavě knihy*“ neznamená nic jiného než v celku Písma svatého, tedy v celém Písmu, se [už] napřed mluví souhrnně a přednostně o mě, že budu vyvolen a poslán k tomu, „*abych plnil tvou vůli.*“¹¹⁰¹ Já pak „*můj Bože*“, toto „*chci*“ a ne-jochotněji přijímám a „*tvůj zákon*“, tvé přikázání, tvé nařízení jsem uložil „*ve středu svého srdce*“, abych je neustále nahlížel a co nejpečlivěji a nejpohotověji vykonával. Sem se vztahují také slova téhož Krista: „*Mým pokrmem je, abych plnil vůli toho, kdo mě poslal a dokonale jeho dílo.*“¹¹⁰² Totiž tak jako pokrm se nepřijímá jednou nebo dvakrát za celý život, ale přijímá se každodenně a s potěšením, tak i sám náš Pán se každodenně a v duchu dobrovolnosti vkládal do poslušnosti Otce, a proto také říkal: „*Sestoupil jsem z nebe, ne abych plnil vůli svou, ale toho, který mě poslal.*“¹¹⁰³ A protože poslušnost je obět ze všech obětí nejlepší, podle výroku Samuelova,¹¹⁰⁴ proto Kristus, kolik činil skutků, dokud putoval na zemi, tolik přinášel obětí, a to Bohu

¹⁰⁹⁷ Insto, stas, stiti, statum, stare, n. 1. – est in vel super aliqua re stare, insistere; *Instans, antis*, adjective quoque usurpatur, unde Comp. *Instantior* et Sup. *Instantissimus* – qui stat in aliquo loco; latiori sensu qui instat, praesens, imminens; translate est urgens, flagitans. Vide Russ. *настоящий*.

¹⁰⁹⁸ *Accepto vel adcepto*, as, avi, atum, are (frequentativum ab *accipio*) – translate apud Scriptores Ecclesiasticos significat tamquam gratum recipere; unde acceptabilis et acceptator. *Tertull. advers. Psych.* 11. Votum cum a Deo acceptatum est.

¹¹⁰⁰ Ž 39,8–9.

¹¹⁰¹ Zároveň ale, jak vykládají jiní, jsou tato slova žalmu „*v hlavě knihy*“ také odkazem na první slova Písma svatého „*v počátku stvořil Bůh*“ nebo také jinak „*v Hlavě stvořil Bůh...*“ čili „*v Kristu stvořil Bůh nebesa i zemi*“. To je ale v naprostém souladu s Bellarminovým výkladem, protože, obzvlášť v hebrejském chápání, první věta Písma je vlastně totéž jako souhrn Písma, nadpis čili titul celé knihy, vyjadřující souhrnně podstatu jejího obsahu. Takto v hebrejském pojmání např. i městská brána znamená totéž co město samo.

¹¹⁰² J 4,34.

¹¹⁰³ J 6,38.

¹¹⁰⁴ 1 Sam 15,22.

quoniam oboedientia sacrificium est sacrificiorum omnium praestantissimum, juxta Samuelis sententiam (1 Sm 15,22), ideo Christus, quot opera faciebat, dum in terris peregrinaretur, tot sacrificia eaque Deo gratissima offerebat. Haec igitur prima est oboedientiae Christi praerogativa,¹⁰⁹⁹ quod ab ipsa conceptione usque ad finem vitae duraverit.

Deinde Christi oboedientia non fuit determinata ad unum aliquod genus operis, ut inter homines fieri videmus, sed extendebatur ad omnia omnino, quae Deo Patri imperare placuisset. Hinc tanta varietas in vita Christi Domini cernitur, ut nunc moraretur in deserto non manducans neque bibens, fortasse etiam neque dormiens, et cum bestiis degens, ut sanctus Marcus adnotavit (Mc 1,13); nunc in frequentia hominum manducans et bibens; nunc domi obscurus et tacens, idque per annos non paucos; nunc eloquentia et sapientia clarus et miracula maxima patrans;¹¹⁰⁵ nunc cum potestate magna ex templo ejiciens ementes et vendentes; nunc denique latens et quasi imbecillus declinans a turba: quae omnia requirunt animum liberum ab omni propria voluntate. Neque enim Dominus dixisset: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum* (Mt 16,24), id est propriae voluntati proprioque iudicio renuntiet, nisi ipse hoc jam fecisset; neque alibi, ad oboedientiae perfectionem cohortans¹¹⁰⁶ discipulos suos, addidisset: *Si quis venit ad me, et*

nejmilejších. Toto je tedy první výsadní přednost Kristovy poslušnosti, že trvala od samotného početí až do konce života.

Dále: Kristova poslušnost nebyla omezena na nějaký jeden druh působení, jak vidíme, že se to stává mezi lidmi, ale vztahovala se naprosto na všechno, co se Bohu Otci zalíbilo přikazovat. Proto se v životě Krista Pána spatřuje taková různorodost, že jednou dlel v poušti bez jídla a pití, a snad i bez spánku, přebýváje se zvířaty, jak poznamenal sv. Marek;¹¹⁰⁹ jindy [zas] jedl a pil uprostřed mnoha lidí; jednou byl skryt doma a mlčel, a to po nemálo let, jindy byl proslulý výřečností a moudrostí a působil divy; jednou s velikou mocí vyháněl z chrámu kupující a prodávající, jindy pak se skrýval a jakoby neschopný utíká od zástupu. Toto všechno si vyžaduje ducha svobodného od každé vlastní vůle. Ani by Pán jistě neřekl: „*kdo chce jít za mnou, zapři sám sebe*“,¹¹¹⁰ to jest: zřekni se vlastní vůle a vlastního úsudku, kdyby to sám již nebyl učinil. [A rovněž] by jinde, povzbuzující učedníky k dokonalé poslušnosti, nedodal: „*Jestliže někdo přichází ke mně a nemá v nenávisti svého otce i matku i manželku i*

¹⁰⁹⁹ Praerogativus, a, um, – qui ante alios rogatur, seu interrogatur; centuria praerogativa; ipsum suffragium, anticipata electio; Bohem. dříve hlasující, předběžná volba, jistá předzvěst.

¹¹⁰⁵ Patro, as, avi, atum, are – facere, agere.

¹¹⁰⁶ Cohortor, aris, atus sum, ari – occurrit tantum in prosa oratione, est idem quod hortor, vel simul, aut valde hortor, et occurrit fere de pluribus, quos ad unum idemque agendum aliquis hortatur; ideoque saepius ponitur de concionibus et copiis.

¹¹⁰⁹ Mk 1,13.

¹¹¹⁰ Mt 16,24.

non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres aut sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus (Lc 14,26): nisi ipse prior rebus omnibus, quae ardentius diligere solent, nuntium remisisset, sicut etiam animam suam, id est vitam propriam paratus fuisset tam prompte deserere, ac si eam vere odisset. Haec est vera radix et quasi mater oboedientiae, quae in Christo Domino mirabiliter fulsit;¹¹⁰⁷ et qua qui carent, vix umquam ad perfectae oboedientiae palmam perveniunt. Quomodo enim poterit alienae voluntati parere, qui propriae voluntati proprioque iudicio adhaeret? Haec nimirum est causa, cur caelestes orbes Angelis moventibus non resistant, sive in ortum sive in occasum convertantur, quoniam non habent propensionem¹¹⁰⁸ aliquam propriam, sive ad unam partem sive ad aliam. Et eadem causa est, cur ipsi quoque Angeli Deo iubenti ad nutum oboediant, ut in Psalmo canit sanctus David (Ps 102,20–21), quia nullam habent propriam voluntatem repugnantem voluntati Dei, sed, conjuncti feliciter cum Deo, unus spiritus sunt cum eo.

Praeterea oboedientia Christi non solum longe lateque diffunditur,¹¹¹³ sed etiam, quantum per patientiam et humilitatem ad ima deprimatur, tantum per meritorum excellentiam ad alta sustollitur.¹¹¹⁴ Est igitur tertia oboedientiae Christi proprietas, quod ad incredibilem patientiam et humilitatem descendit. Incepit

*syny a bratry či sestry, ba dokonce i vlastní duši, nemůže být mým učedníkem.*¹¹¹¹ [Tato slova by Pán zajisté neproněsl,] kdyby sám nejprve nedal výhost všem věcem, které bývají horoucně milovány, a kdyby nebyl připraven i svou duši, to je vlastní život, opustit tak pohotově, jako kdyby ji skutečně měl v nenávisti. Toto je pravá podstata a jakoby matka poslušnosti, která v Kristu Pánu obdivuhodně zazářila, a kterou, kdo nemají, sotva někdy dospějí k palmě dokonalé poslušnosti. Jak totiž může poslouchat cizí vůli ten, kdo lpí na vlastní vůli a vlastním úsudku? A toto je zřejmě příčinou, proč nebeské světy neodporují andělům, kteří [jimi] pohybují, ať už jsou obráceny k východu či k západu, protože nemají žádnou vlastní náklonnost k jedné nebo k druhé straně. A tatáž je i příčina, proč také samotní andělé poslouchají rozkazujícího Boha na pokyn, jak zpívá sv. David v žalmu,¹¹¹² protože nemají žádnou vlastní vůli odporující vůli Boží, ale, šťastně spojeni s Bohem, jsou s ním jeden duch.

Kromě toho: Kristova poslušnost se nejenom daleko široko rozprostírá, ale také nako-lik se [sama] skrze trpělivost a poníženost tlačí mezi nejnižší, natolik je skrze jedinečnost zásluh pozdvihována mezi nejvyšší. Třetí vlastností Kristovy poslušnosti tedy je, že sestupuje k neuvěřitelné trpělivosti a

¹¹⁰⁷ Fulgeo, ges, si, (sum), gere, n. 2. – α φλέγω, ut vult Voss., est fulgurare, quum subita lux e nubibus erumpit.

¹¹⁰⁸ Propensio, onis, f. – ἐπιρροπή, προθυμία, inclinatio. Cic. 4. Fin. 17. 47. Qui nulla in re, nisi in virtute, aut vitio propensionem, ne minimi quidem momenti, ad summum bonum adipiscendum esse diceret.

¹¹¹¹ Lk 14,26.

¹¹¹² Ž 102,20–21.

¹¹¹³ Diffundo, fundis, fudi, fusum, fundere – est in diversas partes fundere, spargere, effundere.

¹¹¹⁴ Sustullo, sustullis, sustuli, sublatum, sustollere – est sursum tollo, attollo, elevo, erigo.

Christus infans ad Paternam implendam oboedientiam in ergastulo¹¹¹⁵ tenebricoso sciens et prudens habitare. Infantes ceteri, qui ratione carent in utero,¹¹¹⁶ nullas molestias¹¹¹⁷ sentiunt. Christus autem, quia rationis usu fruebatur, horruisset sine dubio novem mensibus degere in ergastulo angusto et horrido¹¹¹⁸ materni uteri, nisi oboedientia Patris et caritas erga homines effecisset, ut ad liberandum genus humanum, ut Ecclesia canit (In Hymno Ambrosiano), non horreret Virginis uterum. Deinde non exigua patientia et humilitas necessaria fuit, ut toto infantiae tempore Christus, qui etiam tunc sapientior erat Salomone, quippe in quo erant *omnes thesauri sapientiae et scientiae Dei* (Col 2,3), sese ad infantium mores et imbecillitatem accommodaret. Sed illa admirabilis prorsus continentia et modestia fuit nec non patientia et humilitas, quod per annos octodecim, ab anno duodecimo usque ad tricesimum, Patre iubente, sic latuit in paterna domo, ut fabri filius (Mc 6,3; Mt 13,55) et faber diceretur et ignarus litterarum et forte indocilis vulgo haberetur, cum tamen omnes homines et Angelos sapientia anteiret. Accessit postea gloria ingens ex praedicatione et miraculis, sed admixta egestati¹¹¹⁹ extremae et laboribus assiduis, dicente ipso: *Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos;*

poníženosti. Kristus jako nemluvně začal k naplnění poslušnosti Otcí přebývat v temném vězení mateřského lůna, ač už byl obdařen poznáním i rozumem. Ostatní nemluvnata, která v lůně [matky] nemají rozumový úsudek, žádné trápení necítí. Kristus však, protože se těšil užívání rozumu, by se bez pochyb hrozil dlít devět měsíců v těsném a neúhledném vězení mateřského lůna, kdyby poslušnost vůči Otcí a láska k lidem nebyla způsobila, aby se k vysvobození lidského rodu, jak zpívá Církev, nebál [vstoupit do] lůna Panny.¹¹²² Dále pak byla nutná nemalá trpělivost a poníženost, aby se Kristus po celou dobu svého věku nemluvně přizpůsoboval chování a nemohoucnosti nemluvnat, [vždyť on] byl i tehdy moudřejší než Šalomoun, ba v něm byly „*všechny poklady moudrosti a vědění*“ Božího.¹¹²³ Ale naprosto obdivuhodná zdrženlivost a mírnost a také trpělivost a poníženost byla v tom, že po osmnáct let, od dvanáctého až po třicátý rok, se na Otcův příkaz ukrýval v otcovském domě tak, aby byl nazýván synem tesaře¹¹²⁴ a tesařem a obecně pokládán za neznalého Písma¹¹²⁵ a snad i nevzdělaného, zatím co přece v moudrosti předčil všechny lidi i anděly. Potom přišla nesmírná sláva z kázání a zázraků, ale smíšená s krajní bídou a

¹¹¹⁵ Ergastulum, i, n. – carcer rusticus, locus scil. in agris, ubi servi ad faciendum opus vincti detinebantur: ab ἐργάζομαι operor.

¹¹¹⁶ Uterus, i, m. – est venter, alvus, γαστήρ.

¹¹¹⁷ Molestia, ae, f. (molestus) – est aegritudo, sollicitudo, cura, angor, negotium, δυσχέρεια, ὄχλος.

¹¹¹⁸ Horridus, a, um, (horreo) – est densus et subrectus, hirtus, hispidus, asper, exstans, impexus: diciturque proprie de pilis, comis, setis, spinis et hujusmodi.

¹¹¹⁹ Egestas, atis, f. – idem quod indigentia, inopia.

¹¹²² V ambroziánském hymnu, *Tebe, Bože, chválime*.

¹¹²³ Kol 2,3.

¹¹²⁴ Mk 6,3; Mt 13,55.

¹¹²⁵ „Ignarus litterarum“ – je ten, kdo neumí číst a psát, ale v kontextu evangelia se tím myslí především neznalost Písma svatého Starého zákona.

Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet (Lc 9,58; Mt 8,20). Et fatigatus ex itinere sedit aliquando super fontem (Io 4,6), cum pedes obiret civitates et castella, praedicans regnum Dei. Et tamen facile illi fuisset, si Patris oboedientia sineret, vel humano vel Angelico ministerio rebus omnibus abundare. Quid jam dicam de persecutionibus, de conviciis, de maledictis, de sputis,¹¹²⁰ colaphis,¹¹²¹ flagellis, denique de ipso crucis supplicio? Hic vero humilis oboedientia sic profundas egit radices, ut plane inimitabilis videatur.

Sed restat adhuc aliquid profundius, videlicet ultimum terribilium.¹¹²⁸ Atque ad hoc profundum¹¹²⁹ oboedientia Christi pervenit, cum clamans voce magna dicit: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, et haec dicens exspiravit*. Videtur autem Filius Dei hunc in modum Patrem affari¹¹³⁰ voluisse: Ego a te, Pater, mandatum accepi, ut ponerem animam meam, ut iterum eam reciperem (Io 10,17); jam tempus advenit, ut hoc postremum mandatum tuum adimpleam. Et quamvis nimis sit amara¹¹³¹ disjunctio animae meae a carne mea, quae a principio unionis usque ad hanc horam cum summa pace et caritate conjunctae manserunt; quamvis etiam mors, invidia diaboli introducta, valde sit inimica naturae et vere

neustálými útrapami. Vždyť sám říkal: „*Lišky mají doupata a ptáci nebeští hnízda, ale Syn člověka nemá, kde by hlavu složil*.“¹¹²⁶ Unaven z cesty se kdysi posadil u studně,¹¹²⁷ když pěšky obcházel města a městečka, kázíc království Boží. A přece by mu bylo snadné, kdyby to poslušnost Otci dovolovala, buď pomocí lidí nebo andělů oplývat všemi věcmi. A co již řeknu o pronásledováních, o hádkách, o nadávkách, o plivancích, ranách, bičování, a nakonec o samotném trestu kříže? Zde skutečně ponížená poslušnost zapustila kořeny tak, že se zdá zcela nenapodobitelnou.

Zůstává ale dosud něco hlubšího, totiž poslední hrůza. A k této hlubině Kristova poslušnost dospěla, když, volaje mocným hlasem, říká: „*Otče, do tvých rukou odevzdávám svého ducha. A toto, když řekl, vydechl [naposled]*.“ Zdá se totiž, jako by Syn chtěl Otce oslovit na tento způsob: Já jsem od tebe, Otče, obdržel příkaz, abych položil svou duši a abych ji opět přijal.¹¹³³ Přišel už čas, abych toto tvé poslední nařízení vyplnil. A ačkoliv je rozdělení mé duše a těla, které od počátku [svého] sjednocení až do této hodiny zůstávaly spojeny v nejvyšším pokoji a lásce, příliš hořkým; a ačkoliv i smrt, zapříčiněná závistí ďábla, je velice přirozenosti nepřátelská a skutečně je poslední hrůzou: přesto tvé nařízení,

¹¹²⁰ Spuo, spuis, spui, sputum, spuer – est salivam (humorem e ore) ejicio.

¹¹²¹ Colaphus, i, m. – κόλαφος, ictus manu in pugnum compressa inflicus.

¹¹²⁶ Lk 9,58; Mt 8,20.

¹¹²⁷ J 4,6.

¹¹²⁸ Terribilis, e, adject. (terreo).

¹¹²⁹ Profundus, a, um – item arcanus, ignotus, obscurus; Hinc *Profundum*, i, n. generatim est fundus, profunditas, altitudo.

¹¹³⁰ Affor vel adfor, faris, fatus sum, fari, dep. 1. – idem est ac alloqui.

¹¹³¹ Amarus est saporum habens dulci contrarium, asperum, insuavem.

¹¹³³ J 10,17.

ultimum terribilium: tamen mandatum tuum, in medio atque in initio cordis mei altissime defixum, omnibus rebus praevalere debet. Ideo paratissimus sum nunc mortem deglutire et calicem hunc amarissimum a te mihi datum exhaurire. Sed quia mandatum tuum fuit, ut sic ponerem animam meam, ut iterum reciperem eam, ideo in manus tuas commendo spiritum meum, ut primo quoque tempore illum mihi restituas. Et tunc licentia discedendi a Patre accepta, inclinato ad oboedientiam capite, emisit spiritum. Sic oboedientia vicit et triumphavit, nec solum praemium amplissimum in ipso Christo recepit, ut, qui infra omnes descenderat et omnibus in gratiam Patris caelestis obtemperaverat,¹¹³² supra omnes ascenderet et omnibus imperaret, sed etiam obtinuit, ut omnes homines, qui ejus oboedientiam et humilitatem imitarentur, ipsi quoque super omnes caelos ascenderent et super omnia bona Domini sui constituerentur, ac demum participes throni, et regni fierent in aeternum. Denique de rebellibus et inoboedientibus ac superbissimis spiritibus tam insignem triumphum duxit, ut omnes illi ad conspectum Crucis contremiscant et fugiant.

Hoc exemplar aspicere et imitari debent, quicumque ad veram gloriam aspirant¹¹³⁴ et pacem ac requiem animae suae desiderant. Nec solum viri regulares, qui voto ad oboedientiam Superioris, qui loco Dei praesidet, sese obligant, sed omnes homines, qui Christi discipuli

upevněné přehluboce ve středu a v branách mého srdce, musí nad vším [tím] zvítězit. A proto jsem nyní zcela připraven okusit smrt a vypít tento přehořký kalich, daný mi od tebe. Protože ale tvé nařízení znělo, abych svou duši položil tak, abych si ji [potom] znovu vzal zpět, proto svého ducha poroučím do tvých rukou, abys mi ho také v první [možné] chvíli navrátil. A tehdy, obdržev od Otce povolení odejít a nakloniv hlavu na [znamení] poslušnosti, vydal ducha. Takto poslušnost zvítězila a triumfovala. A nejen že v samotném Kristu obdržela [tu] nejhojnější odměnu, že ten, který sestoupil níže než všichni a k zalíbení nebeskému Otci se všem přizpůsobil, vystoupil nad všechny a všem vládne. Ale [on] dosáhl i [toho], aby všichni lidé, kteří by jeho poslušnost a poníženost napodobovali, také sami vystoupili nad všechna nebesa a byli ustanoveni nad všemi statky svého Pána a nakonec se stali účastníky [jeho] trůnu a království navěky. A konečně, nad vzdorovitými a neposlušnými i [nad] přepychnými duchy slavil tak znamenité vítězství, že všichni tito se pohledem na kříž třesou [hrůzou] a prchají.

Tento vzor mají nahlížet a následovat všichni, kdo chtějí dosáhnout pravé slávy a touží po pokoji a spočinutí své duše. Nejen řeholníci, kteří se sami slibem zavázali k poslušnosti představenému, jenž na místě Boha předsedá, ale všichni lidé, kteří touží být

¹¹³² Obtempero *vel* optempero, as, avi, atum, are, n. 1. – quasi ad alterius voluntatem se temperare; est morem gerere, obsequi, obedire, προσέχω.

¹¹³⁴ Aspiro *vel* adspiro, as, avi, atum, are – est afflo, spiritum emitto ad aliquem locum; saepissime sumitur pro accedere, inest tamen vis quaedam major, quam in accedo, et voluntatem vel conatum quemdam seu cupiditatem significat tendentis ad rem aliquam; Bohem. usilovat se, tihnout, snažit se, dychtit po něčem.

et fratres esse cupiunt, ad palmam hujus praecellarissimae victoriae aspirare debent, nisi velint cum superbis daemonibus sub pedibus Sanctorum in aeternum gemere. Oboedientia enim, quae divinis praeceptis debetur, et quam idem Deus deferri jubet iis, qui in terris praesunt, omnibus omnino necessaria est. Omnibus enim Christus dicit: *Tollite jugum meum super vos* (Mt 11,29), et omnibus Apostolus loquitur, cum ait: *Oboedite praepositis vestris et subjacete eis* (Hbr 13,17). Et omnibus etiam regibus Samuel praecepit, cum ait: *Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non magis, ut oboediatur voci Domini? Melior est enim oboedientia quam victimae; et addit, ut gravitatem peccati inoboedientiae demonstraret, quia quasi scelus idololatriae est, nolle acquiescere*¹¹³⁵ (1 Sm 15,22–23), mandatis videlicet Domini et eorum, qui loco Domini praesunt.

Sed in gratiam eorum, qui se totos majorum oboedientiae sponte subjiciunt, addam pauca de felicissimo eorum statu, non ex meo sensu, sed ex verbis Jeremiae Prophetae, qui Spiritu Sancto inspirante locutus ait: *Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua: sedebit solitarius*¹¹³⁹ et tacebit, quia levavit se super se (Lam 3,27–28). Admiranda plane felicitas significatur verbo illo *Bonum est viro*; nam ut ex verbis sequentibus aperte colligitur,

Kristovými učedníky a bratry, mají směřovat k palmě tohoto přeslavného vítězství, jestliže nechtějí s pyšnými démony pod nohama svatých plakat navěky. Vždyť poslušnost, kterou je dlužno [zachovávat vůči] Božím nařízením a kterou tentýž Bůh nařizuje prokazovat těm, kdo jsou na zemi představenými, je potřebná naprosto všem. Kristus totiž říká všem: „*Vezměte na sebe mé jho!*“¹¹³⁶ A ke všem mluví i apoštol, když říká: „*Budte poslušni svým představeným a podřizujte se jim.*“¹¹³⁷ A všem, i králům, přikazuje Samuel: „*Cožpak Hospodin chce celopaly a oběti, a ne spíše poslušnost hlasu Hospodina? Poslušnost je totiž lepší než oběti.*“ A aby ukázal závažnost hříchu neposlušnosti, dodává: „*neboť jako zločin modloslužby je nesouhlas*“,¹¹³⁸ rozumí se s přikázáními Pána a těch, kteří na místě Pána stojí v čele.

Ale k prospěchu těch, kteří se celí dobrovolně odevzdali poslušnosti představeným, dodám něco málo o jejich přešťastném stavu, ne podle mého mínění, ale ze slov proroka Jeremiáše, který nadchnut Duchem svatým říká: „*Dobré je muži, nosil-li jho od svého mládí: bude sedět osamocen a mlčet, neboť se pozdvihl nad sebe.*“¹¹⁵⁰ Naprosto obdivuhodné štěstí se [tu] označuje oním: „*dobré je muži*“, neboť, jak se otevřeně vyvozuje

¹¹³⁵ Acquiesco vel adquiesco, escis, evi, etum, escere, n. 3.— est idem fere quod quiesco, a negotio cesso et otio fruor, ab itinere cesso, consisto; translate significat in re, aut etiam persona aliqua cum animi solatio et quiete consistere; acquiescere est etiam assentiri, fidem habere, praesertim apud recentiores.

¹¹³⁶ Mt 11,29.

¹¹³⁷ Žid 13,17.

¹¹³⁸ 1Sm 15,22–23.

¹¹³⁹ Solitarius, a, um – solus, sine consortio, separatus.

¹¹⁵⁰ Pláč 3,27–28.

bonum hoc loco dicitur id, quod est utile, honorificum, jucundum, denique omni ex parte beatum. Si quis enim assuescat ab adolescentia portare jugum oboedientiae, liber erit per totam vitam a jugo durissimo carnalium cupiditatum. Testis est sanctus Augustinus in octavo libro Confessionum, quam difficile sit excutere¹¹⁴⁰ a se jugum concupiscentiae illi, qui per annos aliquos legi carnis oboedivit; et contra, quam sit jucundum et facile jugum Domini portare, antequam vitiorum laquei¹¹⁴¹ animam irretierint.¹¹⁴² Deinde quam ingens lucrum est, in omni opere mereri apud Deum? qui enim nihil agit ex voluntate propria, sed ex oboedientia praelati, in omni opere sacrificat Deo sacrificium illi gratissimum, quia, ut loquitur Samuel: *Melior est oboedientia quam victimae* (1 Sm 15,22). Et rationem reddit sanctus Gregorius, quia per *victimam alienam caro, per oboedientiam propria voluntas mactatur* (Lib. Moralium 35, c. 10). Et quod est prorsus admirabile: si forte praelatus peccet imperando, subditus non peccat, sed meretur oboediendo, modo quod jubetur, non sit manifeste peccatum. Addit Jeremias: *Sedebit solitarius et tacebit*. Quid enim est *sedebit*, nisi quiescet, quia invenit requiem animae suae? qui enim nuntium remisit voluntati propriae et se totum divinae voluntati adimplendae addixit, nihil ambit, nihil quaerit, nihil cogitat, nihil desiderat, sed liber a mordacibus¹¹⁴³ curis sedet cum

z následujících slov, dobrým je na tomto místě nazváno to, co je užitečné, čestné, spravedlivé, konečně po všech stránkách blažené. Jestliže totiž někdo přivykne nést od mladosti jeho poslušnosti, bude po celý život svobodný od nejtvrdšího jeho tělesných žádostí. Sv. Augustin v osmé knize Vyznání svědčí, jak těžké je ze sebe setrást jeho žádostivosti tomu, kdo se po několik let podřizoval zákonu těla; a naopak, jak příjemné a snadné je nést jeho Páně, dokud duši neobmotaly smyčky nepravostí. Ostatně jak nesmírným ziskem je v každém [svém] díle získávat zásluhy před Bohem!? Kdo totiž nic nečiní z vlastní vůle, ale [všechno koná] z poslušnosti představenému, v každém [svém] činu obětuje Bohu obět jemu nejmilejší, protože, jak říká Samuel: „*Poslušnost je lepší než oběti*.“¹¹⁵¹ A [jako] důvod uvádí sv. Řehoř [to], že „skrže ostatní oběti se obětuje tělo, skrže poslušnost [však] vlastní vůle.“¹¹⁵² A což je naprosto obdivuhodné: jestliže snad představený [svým] rozkazem hřeší, podřízený nehřeší, ale [svou] poslušností získává zásluhy, jestli jen to, co se nařizuje, není zjevným hříchem. Jeremiáš dodává: „*Bude sedět osamocen a mlčet*.“ Co totiž znamená „*bude sedět*“, ne-li, že spočine, neboť našel odpočívnutí své duši? Kdo totiž dal výhost vlastní vůli a celý se zasvětil naplňování vůle Boží, neusiluje o nic, nic nehledá, nic nemyslí, nic

¹¹⁴⁰ Excutio, cutis, cussi, cussum, cutere (ex et quatio) – Excutere, ἐκσεῖω, ἐκτινάσσω, est quatiendo ejicere, dejicere; Bohem. setrást

¹¹⁴¹ Laqueus, i, m. – est vinculum ita nexum, ut pondere magis claudatur.

¹¹⁴² Laquei irretierint – conj. perf. act. a irretio vel inretio, is, ivi, itum, ire – est reti involvere, circumretire, implicare, illaqueare.

¹¹⁴³ Mordax, acis, adjunct. (mordeo) – est promptus, facilis ad mordendum.

¹¹⁵¹ 1 Sm 15,22.

¹¹⁵² Sv. Řehoř Veliký, *Moralia in Iob*, 35, 14: PL 76, 757. (Viz sv. Tomáš Akvinský, *Summa theologica*, II-II, q. 104, a 3, c 2.).

Maria secus pedes Domini, audiens verbum illius (Lc 10,39), et vere solitarius sedet, tum quia cum illis habitat, qui sunt cor unum et anima una (Act 4,32), tum quia neminem singulari ac privato amore prosequitur, sed omnes in Christo et propter Christum diligit. Ideo etiam tacet, quia cum nullo litigat, cum nullo rixatur, cum nullo negotium proprium habet. Atque hujus tantae quietis illa ratio est, *quia levavit se super se*; transcendit enim ab ordine hominum ad ordinem Angelorum. Multi sunt, qui abjiciunt¹¹⁴⁴ se infra se atque ad ordinem transeunt bestiarum, illi videlicet, qui terrena sapiunt et nihil magni faciunt, nisi quae carnem oblectant et sensus corporales pascunt: avari, lascivi,¹¹⁴⁵ commissationibus et ebrietati addicti. Alii sunt, qui vitam hominum vivunt et in se quodammodo manent, quales sunt philosophi, qui vel naturae secreta rimantur¹¹⁴⁶ vel de moribus praecepta tradunt. Alii denique levant se super se, non sine insigni dono et auxilio Dei, et vitam non tam humanam quam Angelicam ducunt, illi videlicet, qui relictis omnibus, quae in mundo possident, et abnegata etiam voluntate propria, cum Apostolo dicere possunt: *Nostra conversatio in caelis est* (Phlp 3,20), et Angelorum puritatem et contemplationem et oboedientiam aemulantes,¹¹⁴⁷ vitam non tam humanam quam

netouží, ale, svoboden od hryzavých starostí, sedí spolu s Marií „u nohou Pána a poslouchá jeho slovo“.¹¹⁵³ A skutečně sedí osamocen, jednak proto, že přebývá s těmi, kdo jsou jedno srdce a jedna duše,¹¹⁵⁴ a jednak proto, že nikoho nenásleduje jedinečnou a osobní láskou, nýbrž všechny má rád v Kristu a pro Krista. Proto také mlčí, protože se s nikým nepře, s nikým se nehádá, s nikým nemá osobní spory. A důvodem takovéhoho spočinutí je, že „se pozdvihl nad sebe samého“; vystoupil totiž od řádu lidského k řádu andělskému. Jsou mnozí, kteří se shazují pod sebe a přecházejí do řádu zvířecího, totiž ti, kteří ochutnávají věci pozemské a nečiní nic významného, nýbrž [dělají] jen to, co potěšuje tělo a pase tělesné smysly – lakomci, rozpustilí a [lidé] oddaní nevázanému hýření a pitkám. Dalšími jsou ti, kdo žijí život lidský a jaksi zůstávají v sobě, jako filozofové, kteří buďto prozkoumávají tajemství přírody anebo podávají [různá] morální ponaučení. Jiní konečně se pozdvihují nad sebe [samé], ne bez znamenitého daru a pomoci Boha, a vedou život ani ne tak lidský, jako andělský; ti totiž, kdo opustili všechno, co ve světě vlastní, zřekli se i své vůle a mohou spolu s apoštolem říci: „naše přebývání je v nebesích“.¹¹⁵⁵ [Ti se] snaží dosahovat čistotu,

¹¹⁴⁴ Abjicio, jicis, jeci, jectum, jicere – jacere aliquid procul a se, vel de loco superiori in inferiorem.

¹¹⁴⁵ Lascivus, a, um – est petulans, procax, protervus, nimia licentia exsultans ex hilaritate quadam animi, rerum copia atque otio; Bohem. bujný, rozpustilý, nevázaný, necudný.

¹¹⁴⁶ Rimor, aris, atus sum, ari – est idem ac findo, rimas seu sulcos duco; translate est exploro, diligenter quaero, perscrutor, quasi rimas omnes persequor inveniendi causa; (rima, ae, f. Bohem. trhlina, skulina).

¹¹⁴⁷ Aemulor, aris, atus sum, ari – proprie est aliquem aequare aut superare studeo, aut rem aliquam adhibita contentione et conatu assequi studeo.

¹¹⁵³ Lk 10,39.

¹¹⁵⁴ Sk 4,32.

¹¹⁵⁵ Flp 3,20.

Angelicam ducunt. Angeli enim nulla umquam peccati sorde inquinantur et semper contemplantur *faciem Patris, qui in caelis est* (Mt 18,10), et negotiis aliis intermissis,¹¹⁴⁸ toti sunt in mandatis Domini exsequendis intenti, juxta illud Psalmi: *Benedicite Dominum, omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum ejus, ad audiendam vocem sermonum ejus* (Ps 102,20). Haec est felicitas vitae regularis, quae, si serio Angelorum puritatem et oboedientiam imitetur in terris, sine dubitatione ulla eorum gloriae particeps erit in caelo, praesertim si Christum, Ducem et Magistrum, sequatur, qui *humiliavit semetipsum, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (Phlp 2,8), et qui, *cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quae passus est, oboedientiam* (Hbr 5,8), id est experimento proprio didicit, ex patientia veram probari oboedientiam; ac per hoc non solum oboedientiam exemplo suo docuit, sed docuit etiam, oboedientiae verae atque perfectae fundamenta et quasi bases solidissimas esse humilitatem et patientiam. Qui enim libenter oboedit superiori suo, cum jubet opera honorifica et jucunda, is non plane demonstrat, an virtus oboedientiae an aliquod aliud eum ad parendum invitet; sed qui in rebus vilibus et laboriosis, ubi humilitas et patientia necessariae sunt, prompte alacriterque¹¹⁴⁹ oboedit, ille certus esse potest, se ut

nazírání a poslušnost andělů a vedou život více andělský než lidský. Andělé se totiž nikdy neposkvřují žádnou špínou hříchu a neustále nazírají „*tvář Otce, který je v nebesích*“¹¹⁵⁶ a, opomíjejíce ostatní zaměstnání, jsou zcela oddáni plnění Božích nařízení, podle oněch [slov] žalmu: „*Dobrořečte Pánovi všichni jeho andělé, mocní v síle, činící jeho vůli a poslušní hlasu jeho slov.*“¹¹⁵⁷ Toto je štěstím řeholního života, který, jestliže vážně napodobuje na zemi čistotu a poslušnost andělů, beze vši pochyby bude spoluúčastníkem jejich slávy v nebi. Především jestliže následuje Krista, Vůdce a Učitele, jenž „*sám sebe ponížil a stal se poslušným až na smrt, a to na smrt kříže*“¹¹⁵⁸ a jenž, „*přesto že byl Synem Božím, naučil se z toho, co vytrpěl, poslušnosti*“¹¹⁵⁹ tedy z vlastní zkušenosti se naučil potvrzovat pravou poslušnost trpělivostí. A díky tomu svým příkladem učí nejen poslušnosti, ale vyučuje také tomu, že pravými základy a jakoby nejpevnějšími postavci poslušnosti jsou poníženost a trpělivost. Kdo totiž rád poslouchá svého nadřízeného, když [mu] nařizuje důstojné a příjemné skutky, ten zjevně neukazuje, zda ho k poslouchání pobízí ctnost poslušnosti anebo něco jiného. Ale kdo pohotově a radostně poslouchá ve věcech všedních a namáhavých, kde jsou poníženost a trpělivost nutné, ten si může být jist, že se jako pravý

¹¹⁴⁸ Intermittere est interim omittere, ad tempus omittere, interim relinquere, differre.

¹¹⁴⁹ Alacriter, adverb. a alacer, cris, cre – alacer est ad agendum erectus, promptus, paratus, gestiens, hilaris.

¹¹⁵⁶ Mt 18,10.

¹¹⁵⁷ Ž 102,20.

¹¹⁵⁸ Flp 2,8.

¹¹⁵⁹ Žid 5,8.

verum Christi discipulum veram atque perfectam oboedientiam didicisse.

Egregie omnino differentiam hanc inter veram fictamque oboedientiam sanctus Gregorius (Lib. 35 Moral. c. 10) explicat. Sic autem loquitur: *Quia nonnumquam nobis hujus mundi prospera, nonnumquam vero jubentur adversa, sciendum summopere est, quod oboedientia aliquando, si de suo aliquid habeat, nulla est, aliquando autem, si de suo aliquid non habeat, minima. Nam cum hujus mundi successus¹¹⁶⁰ praecipitur, cum locus superior imperatur, is, qui ad percipienda haec oboedit, oboedientiae sibi virtutem evacuat, si ad haec etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub oboedientia dirigit, qui ad accipienda hujus vitae prospera libidini propriae ambitionis servit. Rursus, cum mundi despectus praecipitur, cum probra¹¹⁶¹ adipisci et contumeliae jubentur, nisi ex se ipse animus haec appetat, oboedientia sibi meritum minuit: quia ad ea, quae in hac vita despecta sunt, invitus nolensque descendit. Ad detrimentum¹¹⁶² quippe oboedientia ducitur, cum mentem ad suscipienda probra hujus saeculi nequaquam ex parte aliqua etiam sua vota comitantur¹¹⁶³. Debet ergo oboedientia et in adversis ex suo aliquid habere, et rursus in prosperis ex suo aliquid non habere: quatenus et in adversis tanto sit gloriosior,¹¹⁶⁴ quanto divino ordini etiam ex desiderio jungitur; et in*

Kristův učedník vyučil pravé a dokonalé poslušnosti.

Vynikajícím způsobem tento rozdíl mezi pravou a zdánlivou poslušností vykládá sv. Řehoř.¹¹⁸¹ Mluví totiž takto: „Protože jsou nám někdy nařizovány věci [představující] úspěch v tomto světě, jindy však [věci] protivné, je nanejvýš potřebné vědět, že poslušnost v některých případech, jestliže má něco ze svého, není poslušností, jindy však, jestliže nemá něco ze svého, [je poslušností] jen malou. Totiž jestliže se předpisuje prospěch tohoto světa, jestliže se nařizuje vyšší místo, pak ten, kdo poslouchá a přijímá ho, činí svou ctnost poslušnosti prázdnou, pokud k tomu směřuje i jeho vlastní touha. Vždyť takový [člověk] se pod poslušnost ani nesklání, protože slouží uspokojování vlastních ambicí po přijetí výhod tohoto světa. A znovu, jestliže je předpisováno [být v] opovržení tímto světem a jestliže se nařizuje přijímat věci ohavné a urážky, pak pokud po těchto věcech duch netouží sám od sebe, poslušnost sama sobě ubírá na zásluhách, neboť [takový člověk] sestupuje k věcem, kterými tento svět opovrhne, neochotně a proti své vůli. Poslušnost se totiž kazí, jestliže myslí k přijetí věcí tomuto světu ohavných nedoprovázejí alespoň z nějaké části i vlastní přání. Poslušnost tedy má i ve věcech

¹¹⁶⁰ Successus, us, m. (succedo) – pro diversa vi particulae *sub*, qua constat, diversa significat; translate saepe est eventus, et fere dicitur de iis, quae prospere cedunt.

¹¹⁶¹ Probrum, i, n. – universim dicitur quidquid virtuti consentaneum non est: praecipue vero omne peccatum cum turpitudine ignominiae conjunctum; translate generatim et metonymice est dedecus, ignominia, infamia, quae ex flagitio nascitur.

¹¹⁶² Detrimentum, i, n. – (est pro *deterimentum a detero*) actus deterendi, abradendi, deminuendi.

¹¹⁶³ Comitor, aris, atus sum, ari.

¹¹⁶⁴ Gloriosus, a, um, Comp. *Gloriosior* – est illustris, praeclarus, gloriae plenus, in quo gloriari licet; item jactantiae plenus.

¹¹⁸¹ Sv. Řehoř Veliký, *Moralia in Iob*, 35, 30: PL 76, 766.

prosperis tanto sit verior,¹¹⁶⁵ quanto a praesenti ipsa, quam divinitus¹¹⁶⁶ percipit, gloria funditus¹¹⁶⁷ ex mente separatur. Sed hoc virtutis pondus¹¹⁶⁸ melius ostendimus, si caelestis patriae duorum hominum facta memoremus. Moyses namque, cum in deserto oves pasceret, Domino per Angelum in igne loquente vocatus est, ut eripiendae omni Israelitarum multitudini praeesset (Ex 3,10 ss). Sed quia apud se humilis existit,¹¹⁶⁹ oblatam statim tanti regiminis gloriam expavit, dicens: Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri et nudius¹¹⁷⁰ tertius: et ex quo coepisti loqui ad servum tuum, tardioris et impeditioris linguae sum factus; et se postposito, alium deposcit,¹¹⁷¹ dicens: Mitte, quem missurus es (Ex 4,10–13). Ecce, cum auctore linguae loquitur et, ne tanti regiminis potestatem suscipiat, elinguem se esse causatur. Paulus quoque divinitus fuerat, ut in Jerusalem debuisset ascendere, admonitus, sicut ipse ad Galatas dicit (Gal 2,1). Isque in itinere cum Prophetam Agabum repperisset,¹¹⁷² quanta se adversitas in Ierosolymis maneret, audivit. Scriptum quippe est, quod idem Agabus zonam Pauli suis pedibus inserens dixit: Virum, cujus est zona haec, sic alligabunt in Jerusalem. A Paulo autem

nepříjemných mít něco ze svého¹¹⁸² a znovu i v příjemných nemít nic ze svého.¹¹⁸³ Ačkoliv v nepříjemných věcech má být slavnější, pokud se s Božím řádem sjednocuje i z [vlastní] touhy. A ve věcech příjemných, ať není bodřejší, protože ze samé povahy záležitosti [či úlohy], kterou [na sebe] bere z Boží vůle, se z mysle od základu vytrácí sláva.¹¹⁸⁴ Ale tuto závažnost ctnosti lépe ukážeme, jestliže připomeneme skutky dvou lidí z nebeské vlasti. Mojžíš totiž, když pásł ovce v poušti, byl povolán Hospodinem mluvícím v ohni skrze anděla, aby byl vůdcem celého množství Izraelitů, které mělo být vysvobozeno.¹¹⁸⁵ Ale protože se sám považoval za bezvýznamného, hned se slávy takové nabízené moci zděsil a říkal: *Prosím, Hospodine, nejsem výřečným od věčejška a předvěčejška. A od chvíle, co jsi začal k svému služebníku hovořit, stal jsem se [člověkem ještě] zpozdějšího a více se zadržávajícího jazyka.*¹¹⁸⁶ A sám sebe shazujíc, požadoval jiného, říká: *Posli, koho chceš.*¹¹⁸⁶ Hle, mluví s tvůrcem jazyka, a aby [nemusel] přijmout moc takového úřadu, vymlouvá se, že je [prý] nevýřečný. Také Pavel byl božsky upozorněn, že by měl

¹¹⁶⁵ Verus est sincerus, solidus, germanus, certus, non fucatus, non simulatus, non adumbratus.

¹¹⁶⁶ Divinitus, adverb. – significat a Deo, munere Dei.

¹¹⁶⁷ Funditus, adverb. – ab ipso fundo, a fundamentis, radicitus.

¹¹⁶⁸ Pondus, eris, n. – est quod adhibetur in statera, vel lance ponderandi gratia; morali ratione pondus est vis, auctoritas, momentum ad permovendum, et ad faciendam fidem.

¹¹⁶⁹ Exsto vel exto, stas (stiti, statum) stare, n. 1. – exstare, ἐξέχω, est extra stare, eminere, prominere; saepius, significata causa pro effectu, exstare est superesse, existere, durare, apparere, esse.

¹¹⁷⁰ Nudius, vox ex nunc et dies conflata, ut Paul. Diac. p. 171. 1. – novus dies – jungitur cum nominibus numeralibus, tertius, quartus, quintus; itaque nudius tertius significat ante duos dies, h. e. nunc dies tertius est: sic nudius quartus nunc dies quartus, etc.

¹¹⁷¹ Deposco, poscis, poposci, poscere – est magnopere posco, flagito, postulo.

¹¹⁷² Reperio, peris, peri, pertum, perire – est idem atque invenio.

¹¹⁸² Totiž: protože pravá poslušnost opravdově touží po ponížení.

¹¹⁸³ Tedy: protože nemá věc příjemnou přijímat pro příjemnost, ale jedině z poslušnosti.

¹¹⁸⁴ Tedy: např. církevní úřad sám osobě působí úbytek ctnosti, a proto by ho křesťan měl přijímat jedině z nutnosti a vždy s určitým odporem či nechutí.

¹¹⁸⁵ Ex 3,10n.

¹¹⁸⁶ Ex 4,10–13.

*protinus*¹¹⁷³ *respondetur: Ego non solum alligari sed et mori in Jerusalem paratus sum pro nomine Jesu* (Act 21,10–14). *Praeceptione igitur revelationis Jerosolymam pergens adversa cognoscit, et tamen haec libenter appetit: audit, quae timeat, sed ad haec ardentior anhelat.*¹¹⁷⁴ *Moses itaque ad prospera de suo nihil habet: quia praecepto renititur,*¹¹⁷⁵ *ne Israeliticae plebi praeferatur. Paulus ad adversa etiam ex suo voto ducitur, quia malorum imminentium*¹¹⁷⁶ *cognitionem percipit, sed devotione spiritus etiam ad acriora ferverescit.*¹¹⁷⁷ *Ille praesentis*¹¹⁷⁸ *potestatis gloriam Deo voluit jubente declinare; iste, Deo aspera et dura disponente, se studuit ad graviora praeparare. Praeunte ergo utrorumque ducum infracta*¹¹⁷⁹ *virtute instituimur, ut, si oboedientiae palmam apprehendere veraciter nitimur, prosperis hujus saeculi ex sola jussione, adversis autem etiam ex devotione militemus. Haec sanctus Gregorius. Quam doctrinam exemplo suo Magister omnium, Christus Dominus, apertissime comprobavit; nam cum sciret, venturas esse turbas, ut reperent eum et facerent regem, fugit in montem ipse solus* (Io 6,15). Sed cum sciret venturos Judaeos et milites cum Juda, ut eum caperent et ad supplicium ducerent, juxta praeceptum, quod habuerat a Patre, obviam illis sponte processit et se capi ac ligari permisit (Io 18,1–12; Mt 26,50). Christus igitur, Magister bonus, non

vystoupit do Jeruzaléma, jak sám říká Galatům.¹¹⁸⁷ A když [pak] cestou narazil na proroka Agaba, uslyšel, jaký vůči němu v Jeruzalémě přetrvává odpor. Je totiž psáno, že tento Agabos si svázal nohy Pavlovým opaskem a řekl: „Muže, kterému patří tento opasek, takto svážou v Jeruzalémě.“ Pavel však hned odpovídá: „Já jsem připraven nejen být svázán, ale i zemřít v Jeruzalémě pro jméno Ježíšovo.“¹¹⁸⁸ Směřujíc tedy na základě přijatého zjevení do Jeruzaléma, poznal [blížící se] protivenství, a přece po nich ochotně toužil. Slyší, čeho se bojí, ale horoucněji po tom sahá. Mojžíš tedy ve vztahu k příjemným věcem neměl nic ze svého, protože se vzpíral nařízení být vůdcem izraelského lidu. Pavel [naproti tomu] byl veden vstříc věcem protivným i svým [vlastním] přáním, protože se dozvěděl o hrozcím nebezpečí, ale [jeho] duch vzplanul zbožnou touhou i po věcech obtížnějších. První chtěl [od sebe] odvrátit slávu přítomné moci, když [mu ji] Bůh nařizoval; druhý, když mu Bůh předkládal věci obtížné a tvrdé, usiloval se na [tyto] těžší věci připravit. Když nás tedy předchází nezdolná ctnost obou vůdců, jsme vyučováni, abychom, jestliže se opravdově usilujeme dosáhnout palmy poslušnosti, o přízeň tohoto světa bojovali jedině na rozkaz, o nepřízeň však i z [vlastní] zbožnosti.“ Tolik sv. Řehoř. Tuto nauku zcela otevřeně

¹¹⁷³ Protinus generatim est continuata et sine ullius rei interpositione.

¹¹⁷⁴ Anhelare est crebro et vehementius solito respirare, ut fit post cursum, aut alium laborem corporis.

¹¹⁷⁵ Renitor, niteris, nisus vel nixus sum, niti, dep. 3. – est idem ac contra nitor, obsisto, resisto.

¹¹⁷⁶ Immineo vel immineo, es, ere, n. 2. (in et maneo) – est supra manere, impendere.

¹¹⁷⁷ Ferveresco, is, ere, n. inchoat. – est incipio fervere; (fervere est igni vel aestu commoveri).

¹¹⁷⁸ Praesens (a prae ante et ens) est qui adest, qui est in conspectu, vel nunc est, aut fit: dicitur enim de loco et tempore.

¹¹⁷⁹ Infractus, a, um – non fractus.

¹¹⁸⁷ Gal 2,1-2.

¹¹⁸⁸ Sk 21,10–14.

verbo et lingua oboedientiam qualemqumque ostentavit,¹¹⁸⁰ sed opere et veritate oboedientiam Patri exhibuit in vera patientia et humilitate fundatam. Hoc exemplar est nobilissimae virtutis, quod intueri semper debent, qui a Deo vocati ad palmam propriae abnegationis et Christi imitationis aspirant.

svým příkladem potvrdil Učitel všech, Kristus Pán, neboť když věděl, že mají přijít zástupy, aby se ho zmocnily a učinily králem, „utekl na horu zcela sám“. ¹¹⁸⁹ Když ale věděl, že mají přijít Židé a vojáci s Jidášem, aby ho zajali a vedli na smrt, podle přikázání, které měl od Otce, vyšel jim sám od sebe vstříc a dovolil, aby ho zajali a svázali. ¹¹⁹⁰ Kristus tedy, Učitel dobrý, nepředváděl libovolnou poslušnost slovem a jazykem, ale skutkem a pravdou prokázal Otci poslušnost založenou na pravé trpělivosti a poníženosti. Toto je vzorem nejvznešenější ctnosti, který mají neustále nahlížet ti, jenž povoláni Bohem usilují o palmu zřecení se sama sebe a následování Krista.

* * * * *

¹¹⁸⁰ Ostento, as, avi, atum, are – frequentat. vel intensivum ab ostendo; ostentare saepe pro ostendo usurpatur; speciatim est jactare, gloriari, venditare.

¹¹⁸⁹ J 6,15.

¹¹⁹⁰ J 18,1–12; Mt 26,50.

Textus latinus hic positus descriptus e libello:

Opuscula ascetia auctore B. Roberto Bellarmino S. J., S. R. E. cardinalis Tomus III, *De septem verbis a Christo in cruce prolatis* et *De arte bene moriendi*, Ratisbonae, sumptibus et typis Friderici Pustet, S. Sedis Apost. et S. rit. congr. typogr.; Imprimatur. Ratisbonae, die 25. Februarii 1925. Dr. Scheglmann Vic. Gen.

In locis suspectis textus comparatus est cum editionibus his:

Roberti Cardinalis Bellarmini, *Opera omnia*, tomus sextus, Neapoli, 1862, p. 397 et seq.

Ven. Cardinalis Roberti Bellarmini Politiani S. J., *Opera omnia*, ex editione Veneta, pluribus tum additis tum correctis iterum edidit Justinus Fevre, Protonotarius Apostolicus, tomus octavus, Parisiis apud Ludovicum Vives, editorem, 1873, p. 487 et seq.

De septem verbis a Christo in cruce prolatis, libri duo, auctore Roberto S. R. E. Card. Bellarmino e Societate IESU, ROMAE, Typis Gulielmi Pacciotti, 1618.

Tituli capitulorum singulorum nunc novo confecti maxima ex parte iuxta *Tabulam generalem et analyticam* in: *Roberti Bellarmini Opera omnia*, Parisii, vol XII, p. 621. positam.

Překlad tohoto vydání vyhotoven podle latinského textu v: *Opuscula ascetica* auctore B. Roberto Bellarmino S. J., S. R. E. cardinalis Tomus III, *De septem verbis a Christo in cruce prolatis* et *De arte bene moriendi*, Ratisbonae, sumptibus et typis Friderici Pustet, S. Sedis Apost. et S. rit. congr. typogr.; Imprimatur. Ratisbonae, die 25. Februarii 1925. Dr. Scheglmann Vic. Gen.

Na pochybných místech byl latinský text porovnán s těmito vydáními:

Roberti Cardinalis Bellarmini, *Opera omnia*, tomus sextus, Neapoli, 1862, p. 397 et seq.

Ven. Cardinalis Roberti Bellarmini Politiani S. J., *Opera omnia*, ex editione Veneta, pluribus tum additis tum correctis iterum edidit Justinus Fevre, Protonotarius Apostolicus, tomus octavus, Parisiis apud Ludovicum Vives, editorem, 1873, p. 487 et seq.

De septem verbis a Christo in cruce prolatis, libri duo, auctore Roberto S. R. E. Card. Bellarmino e Societate IESU, ROMAE, Typis Gulielmi Pacciotti, 1618.

Nadpisy jednotlivých kapitol byly nyní nově sestaveny z velké části podle Obecného a analytického přehledu in: *Roberti Bellarmini Opera omnia*, Parisii, vol XII, p. 621.

Biblické citáty jsou většinou přeloženy podle Bellarminova textu, někdy i přizpůsobeny zažitému českému znění, tedy Českému ekumenickému a Českému liturgickému překladu.

Knihu: Sv. Robert Bellarmin, *Sedm slov pronesených Kristem z kříže* si můžete objednat na:

<https://www.pravover.cz/clanky/knihy--/>

* * * * *